Q uis i poſteꝝ ariſtidæ/q olim iuſtus cognominatus eſt iuſtitiã admirabitur:ſi
tuã nouerit? Q uis Catonis grauitatẽ? Q ui tuã uiderit:qs Lælii ſapiẽtiam: qui
tuam pſpexerit? qs Traiani ſanctitatem? cui optimi cognomẽtum ſenatus Ro.
decreuit: quod cum maxime iuuit utpote moribus eius maxime conueniens.
Q uis numæ religionem:Q ui tuam uiderit/Q uis lycurgi fortitudinem/Q ui
tuam intuitus fuerit? Q uis Marcelli manſuetudinem/Q ui tuam intellexerit?
Q uis Ageſilai fidẽ: Q ui tuam ſit expertus. ſi uitam tuam immortalitati cõſe/
crandam diligenter excuſſerit. Q ui nũquam ſtateram tranſiliiſti:nec coronam
carpſiſti:qui leges ſanctiſſime conſeruaſti. Q uæ a ſanctiſſimis conditorib⁹ la/
tæ ſunt ad ſalutem ciuium:& ciuitatum incolumitatem:uitamq; hominũ ſub
earum patrocinio ubiq; locorum uiuentium/& quietam/& beatam:quoniam ſi
ne legibus nec domus ulla/nec urbes/nec gentes/nec deniq; uniuerſum humanũ
genus:nec mundus ipſe ex grauiſſima diuini Platonis auctoritate cõſtare poſ/

Laus a facili/
tate admiſſio
num.

ſet: Q ui docens quantopere colendæ ſint leges: eos| quicunq; legibus p arent: Deo parere atteſtatur: Seq; ciuitati illi paratum uidere interitum: in qua nō lex magiſtratibus: ſed magiſtratus legi dominētur. Q ua ex re diogenis illud exiit: qua in ciuitate leges non ſeruantur: in ea ſapienti non eſſe pernoctandum: Et il lud Ciceronis dictum minime reticendum: ut corpora noſtra ſine mente: ita ciui tas ſine lege ſuis partibus: ut neruis| ac ſanguine | & membris uti non poteſt: Q ūq; ſolonis ſententia duabus rebus. R. P. contineatur pœna| ac præmio: Bene merentibus honores & præmia ſemper detuliſti: Gnarus eo impendi labores: atq; omnia pericula contemni: ubi magni fructus| & emolumenta ſperantur: ibi magnos conatus | & magnos animos fieri: ubi magna titulorum inſignia| & di gnitates ampliſſimæ proponuntur: Malemerentibus uero pœnas | & ſupplicia dediſti: Gnarus quos uirtutis amor | & uitii deteſtatio conſcientia teſte non re/ mouet ab improbis auſis: metu| & atrocitate pœnarum deterreri plærumq;: Per ditos uero homines| qui neutro deflecti poſſent| tanquam peſtiferum corporis membrum ſecari ſatius eſſe: ne toti ciuitati officiant. Traianus laudibus effer/ tur: quod ſe legibus ſubiecerit. Q ui abiturus conſulatu iurauit ſe nihil contra leges feciſſe: omnes enim legum ſerui ſumus: ut ille ait: ut liberi eſſe poſſimus. Magno etiam honori ſibi fuiſſe arpinas orator ſcribit: quod qum abiens con/ ſulatu magna uoce iuraſſet| ſe quæcūq; feciſſet. R. P. cauſa feciſſe: Populus Ro manus magna uoce illum uere iuraſſe iurauit. Sed tu maioribus| pluribuſque laudibus efferendus: cui non permiſſum eſt adhuc iurare uerissimum illud| pul cherrimumque iuſiurandum: ſed Illuſtriſſimus Senatus tuus perinde atque iuratum approbat. Darium Perſarum regem iuſtitiæ olim ſacrificantem dixiſ/ ſe ferunt hiſtoriæ: O domina ſi es uſquam: Q uibus ſane uerbis oſtendit ſe iam pridem exoptaſſe iuſtitiam: neque illam uſquam gentium agnoſcere potuiſſe. Poetica uetuſtas ſcripſit: Aſtræam ultimam cœleſtum terras reliquiſſe: Sed ſi uidiſſent| quæ nos hodie uidemus: & hæc ſcripſiſſet | Aſtræam primam terras repetiiſſe. Et rex ille dixiſſet: O domina| quæ uenetiis es: Interrogatus aliquan/ do Ageſilaus: utra uirtus eſſet melior: fortitudo | an iuſticia: Scite reſpondit: Nihil fortitudine indigemus: ſi iuſti omnes ſimus. Videbor fortaſſe ſiderum numerum uelle diffinire: aut harenam metiri: ſi diutius in ea morabor: cuius fundamentum fides eſt. Q uæ tibi tanta eſt: ut & perfidis hoſtibus| & eam fran gentibus ſerues. Pene præterii decus illud humani animi rariſſimū. Q uod ni/ hil unquam per iracundiæ impotentiam furenter decreuiſti| perque iræ affe/ ctum: Q uæ magna maieſtatis labes eſt. Hæc mihi agminatim ſe inge/ runt: Et quælibet deſtinanda ſe offerunt. Virtutes quidem ſic penitus ſeſe tibi fouendas tradiderunt: ut in tuo ſolo uideantur ſedere gremio: nihil/ que uſquam ſui ſplendoris reliquiſſe: quod in te non eluceſcat. Adeo ut du/ bio relinquatur: diuinitatiſue plus in te ſit | quam humanitatis: pluſque di/

Laus Prīn. a legum obſer uantia.

Laus Pri. qđ nihil p iracū/ diam fecerit.

uinitatis eſſe uel hoc uno liquet indicio: Quod in uirtutum exercitatio/
ne / benegerendam rerum ſcientia parem habes neminem. Immo tuis ue/
ſtigiis inſiſtere pauci queunt: quos æquis amauit Iuppiter: Pauciſſimi ea imi/
tari: quæ tu facillime perficis. Oratio mea princeps ſancte apud poſteros uti
apud præſentes non oratorius ſermo: ſed uera erit hiſtoria: & mo. priſcis au/
ctoritatem dabit: in quibus miraculorum quorundam fides claudicabat:
Magnitudine factorum tuorum admirationem detrahente / & fidem conci/
liante. Si modo talis eſt dictio mea: quæ cœleſtia queat ſub oculos meos
calligantes inducere: & uidenda aliis proponere. Hoc tantum: quod cæteras
quæ ſilentio mandantur / ſignificet. (abſit uerbo inuidia) proferre poſſum:
Te cõmunem omnium parentem iure optimo eſſe ab omnibus una omnium
uoce appellatum: Te patriæ patrem / atqꝫ Camillum: Te eorum propugnato/ Laus princ. a
rem / qui graui aliqua cauſa oppreſſi ſunt: Te pupillorum parentem ui/ cura annonæ
duarum adiutorem: miſerorum portum. Quanta bone Deus diligentia
Annonæ curam ſuſcepiſti? Quibus legibus / quanta celeritate prouidiſti hoc
tempore / quo tanta inopia urbem inuaſura uidebatur / tantaqꝫ fames ue/
xatura: ut miſerrimum mortis genus imminere uideretur? Quot præces
pro tua gloria / & incolumitate lachrymis præ dulcedine immixtæ ab uni/
uerſa plebe ad cœlum emiſſæ. Tu pœnas conſtituiſti aduerſus eos / qui con/
tra annonam faciebant: ſocietatemqꝫ coibant. Tu ſupplicia irrogaſti in Dar/
danos / ſiue dardanarios / qui annonam uexabant / & flagellabant: Tu cu/
ſtodes in foro poſuiſti perp tuos: ne ulla fraude caperentur emptores: aut
corrumperentur uenditores. Tu præſides fidos: & prudentes præpoſuiſti dua/
bus rebus ualde neceſſariis: qui ſcilicet prouiderent: ne frumentarii uel ſup/
preſſione frumenti: uel enormitate precii eſurientium ſanguinem biberent:
Tu copiam frumentorum ex toto orbe undiqꝫ in urbem comportari iuſſiſti:
Tu mercatoribus annonæ frumenti precium diminuiſti: Deniqꝫ tuo ſtudio:
auctoritate / gratia effeciſti: ut fruges non modo non deſint: ſed etiam ad ſaturi
tatẽ ſuperſint: Nihilqꝫ po. Veneto ſit lætius. O ſapientiſſimũ / uere diuinũ prin
cipem. Scitum eſt illud Lucani: Gnarus & iraꝝ cauſas / & ſumma fauoris an/
nonæ momẽta trahi: nãqꝫ aſſerit urbes Sola fames: emiturqꝫ metus qum ſegne
potentes Vulgus alunt: neſcit plebes ieiuna timere. L. Minutius primus præ/
fectus annonæ a Ro. creatus eiuſmodi annonariæ rei curam ne ab ipſis qui/
dem ſcriptoribus: qui facta dictis amplificarunt: tam bene gubernaſſe tradi/
tur. Non minorem gloriam annonæ cura Pompeio addidit / quã oriens trium/
phis / occidenſqꝫ luſtratus: qui qum magnam frumenti uim ex Lybia / Sardi/
nia / Sicilia collectam ad urbem eſurientem comportaret / magna tempe/
ſtate orta / gubernatoribuſqꝫ perterritis / inſcendens nauim / utqꝫ ſoluerent:

iubés exclamauit:nauigare neceſſe eſt/uiuere nõ eſt neceſſe. Laudant hiſtorici
Traianũ/ex cuius ꝓuiſione factũ eſt:ut romæ eẽt canon frumẽtarius ſeptẽ an/
noꝝ.Et Septimiũ ſeuerꝫ:Qui moriẽs ſeptẽ annoꝝ canonẽ frumẽtariũ reliq̄t:
Iulianũ imꝑatorẽ quoq; ſcriptores ꝑconio laudis extollũt:Quod frumẽtis un
diq; coemptis uſq; ad opulentiã/abũdãtiãq; eſuriẽtẽ iã urbẽ referſerit. Sed tua

Laus pri. qđ nihil per irã ſtatuerit.

gloria clariſſime princeps eo maior eſt:Quo ualidiores ſunt. V.R.P.Quã ro.
hoſtes:quoq; anguſtiores ſunt ueneti imꝑii termini imꝑii Ro.finibus.Et in tan
ti momẽti negocio:nihil ẽt in cõtumaces ꝑ irã ſtatuiſti:Quę (ut pauloañ dice
re cœperã)pricipi ꝑniciosa/ac maxĩe deteſtabilis eſt:qđ ab ea facilis ſit ad cru
delitatẽ ꝓlapſus. Quin oĩa cunctatione/ac cõſilii maturitate ꝑpendiſti.Et qm̃
diis ꝓximus ille eſt) inq̄t neſcio q̄s poetaꝝ:) quẽ rõ nõ ira mouet:ſaluberrimũ
illud athenodori documẽtũ in penitiſſimis ꝑcordiis recõditũ habuiſti:Qui pe
tito ab Auguſto cõmeatu iã iã diſceſſurus:Cum ira inq̄t o Cæſar te cæperit:
nihil prius neq; dixeris:neq; feceris:quã ipſas uigintiquattuor elemẽtarias lr̃as
tecũ ipſe ꝑcurreris.Tũc Auguſtus eo manu apprehẽſo:adhuc inquit tua mihi
pñtia opus eſt:cũq; penes ſe retinuit.Sertorius/qui cũctos ſuæ ætatis duces in

Laus prin.ab obedientia.

bello gerẽdo ſuꝑabat/diis æq̄tur:qđ mĩme oĩum ducũ iræ indulſerit:Quid di
cã de ſũma:& incredibili obediẽtiæ obſeruãtia/q̄ppe nõ ſolũ tibi/uerbiſq; tuis:
ſed & magiſtratuũ tuoꝝ mãdatis oẽs ꝓceres/ciues/municipales/ſocii/incolæ/&
ꝑegrini obtemparũt/& ſemꝑ obſecuti ſunt.Hoc ante oĩa hr̃e ab oĩbus indiſcri
minatim uoluiſti:Quod ni habeãt principes:fruſtra poteſtatẽ haberẽt:fruſtra
nimirũ natura ip̃a ſociabiles nos feciſſet:nulla nãq; cõſtare ſocietas põt:quã nõ
ĩmerito ſanctã dixit antiq̄tas:Nulli cœtus hominũ/quas ciuitates appellãt/du
rare:ubi deſit obedientia/per quã & urbes florent:& populi pace ſua fruũtur.

Laus prin:ꝙ idẽ ſit ſemꝑ nec honoribus mutauerit mores.

Idẽ eſt:regnis/& gẽtibus dñandi finis:qui & parendi.Vulgare dictũ eſt:hono/
res mutare mores.Multi.n.poſt bonos mores in uaria uitia dilabũtur:ſeq; ꝓbi
tatẽ ſimulaſſe:non autem ipſa ꝓbos extitiſſe præſeferunt. Plutar. ait hoc fieri
ſeu naturæ cõmotione:Et a fortuna facta cõmutatione ſeu ſubiacentis malicię
in licentia reuelatione.Quãuis affinitionem in aliud tempus reiiciat.Tu uero
ſemꝑ eundem uitæ curſum tenuiſti:Idem ante magiſtratũ:idem in magiſtra/
tu;idem poſt magiſtratũ fuiſti. Tacentibuſq; nobis ſe teſtes faciunt muta etiã
ſola/ipſaq; curia:Principio tuæ iuriſdictionis finem fuiſſe parem:Media tem/
pora primis/& nouiſſimis reſpõdiſſe:Totum deniq; adminiſtratiõis corpus ex
omni parte perfectum/& abſolutum fuiſſe. Circũfertur illud:quod a biante ſa
pienter dictum eſt:Ex magiſtratu uiros oſtendi. At tu non tantũ decoris a ma
giſtratibus reportaſti/quantum ſplendoris: ac ornamenti abs te magiſtratus
acceperunt. Quibus ſumma cũ laude defunctus:aliis ardorem quendam in/
ieciſti:ut ad eoſdẽ honores aſpirent:Et ſub exemplo tuo recte/honeſteq;.R.P.
gerant:ac ſe æquos omnibus/& honeſtos præſtent. Quid auerteris Prin.ſere/

niſſime? Ne ueris laudibus graueris. Adnotaſſe potuiſti:me nec elegiſſeq̄ retru li:q̄m te laudare ut optimū principē:nō tua facta in aīo eſt:qū & mali & illau dabiles q̄dā & multa interdū faciāt:quæ laudari pūt:Adnotaſſe potuiſti:Q uę tua ſūma gl'ia eſt:me nihil uelaſſe:nihil diſſimulādo omiſiſſe:q̄m nō in princi patu tuo:ſed in tota uita tua:nihil eſt:quod cuiuſq̄ p̄dicatio trāſilire artificioſe debeat:niſi forte id agat:(q̄d mihi neceſſe erit)ne in imēſum diffundatur oro: Nullū certe momentū:nullū dieꝝ tuoꝝ punctū:aut uirtute ſterile:aut uacuū laude:aut bn̄ficio caſſum p̄teriit. Ex quo illud quoq; peculiare:p̄cipuaq; laude dignū. Q uod qū coꝝ qui. Res q̄ſcūq; P. admiſtrāt minima q̄q; & ſingula fa ctaldictaq; notēturlac pro magnis habeāturlnemoq; fere repiatur de primariis de cuius laudib⁹ ſermo hēatur:cui nō ī extremo ſermone aliqd uitii tribuatur. Q um īgenia p̄clara queādmodū uirtutes maxīasl ita & uitia maxīa p̄ducere dicātur. Q ū oībus illuſtribus uirisletiā a. R. P. motisletiā dn̄is reꝝ nūq̄ cōtige rit ſine offenſionel & odio plerūq; capitali uitā degere. Nullus adhuc ex his qui reꝝ humanaꝝ periti ſunt inuētus eſt qui nō te uitæ integerrimæ numeros oēs expleſſe atteſtatus ſit. Q ui te inuitus uiderit conſpicuū in magnis honoribus: Q ui tuā amicitiā nō experiuerit aut optauerit. Q ui te amicū loco fr̄is germa ni nō dilexerit:nō iure parentis ueneratus fuerit. Probitas primalfides ſumma: Benignitas admirādalmodeſtia incredibilis: Verecūdia ſingularis faciebant te: aſſidua oībus conſuetudine indies uenerabiliorē:cæteraq; humanitatis officia: quæ penes te maiora ſūt q̄ poſſint a quoq; cōnumerari:nedū digne referri. Sic inuidiæ:qua nullū (ut Baſiliū effingā) pniciofius crimē humanis eſt ingenitū mētibus:morſus euitaſti: Ac eā inimicitiaꝝ magiſtrā:homicidioꝝ matrē:natu ræ cōfuſionē:affinitatis ignorationē:irrōnabilē calamitatē cōculcaſti moribus generoſis & ſimplicibus:in qbus nulla unq̄ liuoris:nulla malignitatis nota ap paruit. Q uid hac re p̄ſtabilius? quid ſplendidius? quid magis litteris & poſteri tati mandandū eſt? quā extare aliquem inter optimates uenetos:quorum cenſo res ſunt quilibet etiam de populo:in quo cōmuni omnium teſtimonio nihil:q̄d non ſit laude dignum inueniatur. Pyrrho epirotarū regi ingratitudinis: & perfi diæ: Alexandro ebrietatis & irę nota inuſta eſt. Olim Athenienſes Cimoni uiro præſtantiſſimo uinum obiicere ſoliti ſunt. Alcibiadi luxum & turpem uolupta tem. Po. Ro. Coriolano arrogantiā obiecit: Aemylio ſuperbiam: Scipioni ſom noletiā: Ci. leuitatē. Q . Pōpeio illud uitio inimici dederūt:q̄d uno digito caput ſcalpe dep̄heſus ſit. Deniq; excellētiſſimos quoſq; uiros nota aliq̄ inſectati ſunt quos qdē optios ex Horatii ſnia qs iure cēſeat appellādos eē:q ait nā uitiis ne mo ſine naſcitur:optim⁹ ille ē:q minimis urgetur. At tu uitā adeo caſtā & inte grā ī oī ętatis gradu traduxiſti:ut aditū īuidis nec ad mīmā culpā reliq̄ris. Hęc (puto) eā fuit:ut q̄m tibi ſe ęq̄re potuit nemo: Nemo te momorderit: Eſt. n. īter pares inuidia:quā tu ſupaſti:quis oēs:qcūq; ad ſūmos aſpirāt honores:ſūmaq; facinora edūt:comitari: & p̄ſeq ſoleat. Iccirco Themiſtocles adoleſcēs nondum

Laus pri. q̄d nulla ei nota obiecta unq̄ fuerit.

Laus prin. q̄ inuidiā ſupe rauerit.

ſe aliquẽ inuidũ habere dixit:quod nihil ſplendidũ:nihil magnificũ a ſe fieret: ut Plutar.ſcribit. Felicitatis qdẽ magnitudo ac ſplendor ſæpenumero inuidiá extinguit:Nec aliter uirtutis fulgor ſupra inuidiæ caput coruſcás eá attenuat expellitq;:q̃ ſol eius umbrã:ſupra cuius caput aſtiterit ſuis aſpergẽs radiis.Nõ ita odiũ:nõ inimicitiæ diſſoluũtur:aut ꝓrſus extingũtur:utpote quæ neq; felices:neq; fortunatos deſerũt:At tua prudẽtia his peſtibus medelas adhibuit ſũma bñfaciendi grã:Q uæ aũt qum extrema eſt:ut Thucidides inqt:Et Plutar. repetit:Et ſi minor fit:opportunũ tñ nacta tpe maiorẽ interdũ iniuriam diſſoluit.Si modo uir bonus & ꝓbus afficere:aut affici poteſt iniuria qui Diogenis animũ induit. Q uo fit:ut non alio modo ciuiũ etiã peſſimoꝝ æmulationes:& obtrectationes euitari poſſint.Maius eſt talẽ eſſe o Princeps:quã principẽ:quã regẽ:q̃ totius orbis dñm eſſe. Ingens gloria tua:Q ui hoc uitæ inſtituto ſemp uſus es:ſiue utantur poſtea reliq:ſiue nõ utantur.Ad aliũ per imitationẽ trãſire poterit:Prima tñ laus tua erit:Hoc optimũ uiuendi genus ſemp agnoſcetur ut tuũ.Vlla ergo ꝑdicatio ſatis digna dotibus & ornamẽtis tuis?Vllus antiquoꝝ tibi anteſtare dicetur?An potius ſi adeſſet non in te omniũ uirtutũ ꝑdicationẽ cõferret?An tuis laudibus ſe poſtponi indignaretur.In quo cõtingit quod pleriſq;:ne cæteris oĩbus dicã:cõtra ſolet:ut maiora oĩa re q̃ fama appareãt:Nam (quod de illo dixit orator) ſæpe euenit:ut expectatio cognitione:aures ab oculis uincerentur.Stupro.P.C.Q um conſidero:quã multa dixi de opt.principe: Et quãto plura ſupſunt:Multa alia ſunt:ac ꝓpe infinita:quæ ꝑtereo:per ſe magna:& ĩmortali ꝑconio digna. Vnũ patere ut dicã:cui cætera cõparata:multo repiuntur eſſe minora.Omnia facta:ꝑclaraq; uirtutes tuæ:aut tibi:aut populis quos regebas:aut rei Venetæ ꝓfuerũt.At hoc de quo ſentio factũ oĩbus populis:& nationibus:quæ chriſtiano noĩe cenſentur:ſalutare fuit.Q uod ubi diuina ꝓuidentia factũ eſt:ut hi pr̃es:& ſapiẽtiſſimi:& illuſtriſſimi te ſui impii gubernatorẽ cõſtituerunt:diuino cõſilio:ſingulari ſapiẽtia:eximia diligẽtia:peculiari quadã Laurctanæ domus felicitate inter uarios tumultus:aſſiduoſq; labores:in reb⁹ dubiis:& arduis fluctuantẽ.R.P.nauẽ rexiſti:fluctibuſq; exagitatã recto curſu erexiſti:Et ex aduerſis ꝓcellis:& tẽpeſtatibus in portũ trãqllũ:atq; tutũ ꝑduxiſti.Verũq; illud hiſtorici cuiuſpiã ſanctũq; inſtitutũ ꝓbaſti:Oportet.n.oẽs:qui in regno cõſtituti ſunt:primũ omniũ regnũ ipm cõſeruare. Seruatur aũt nihilominus:ſi in eo nihil fiat:quod minus cõueniat:q̃ ſi cõuenientia cuncta agãtur.Q ui uero aut remittat aliqd:aut intendat:Is de regis ac principis maieſtate decedẽs: Et aut multitudini ſeruiẽs:aut ſibi uendicãs dñatum:id agit:ut aut cõtemnatur a ſuis:aut in eoꝝ odium:& offenſionem incurrat.Chriſte deus:quanta erat omnium non modo de Veneta:ſed & chriſtiana re deſperatio. Chriſtiana ipſa religio præacerbo tranſfixa dolore:pullata ueſte:fœdata facie: tunſo pectore : paſſis crinibus totum terrarum orbem circuibat:orabat obſecrabat omnes. Non erat: qui conſolaretur : non qui manum porrigeret.

Prin. laus a felicitate:& R.P.conſeruatione.

Chriſtianę religionis miſerabilis hitus.

At ubi te auguratū diuinitus ſenſit:uiditq; omniū patrū ſuffragiis te ad prin/
cipatū hūc aſſumptū:frontē nubilā exhilarauit:exultauit:& præ gaudio pur/
purā/cādidāq; uittā reſūpſit:ꝑuidit.n.qđ futurū eſt:hāc tibi palmā ab æterno
decretā:qui xp̄o regni poſſeſſionē reſtituas:Petri nauiculā in medio ſalo flucti
bus exagitatā:cuius remigiū fractū eſt:uelū reſciſſum:Gubernaculū diſcuſſū:
in placidā/& qetā/& fidā ſtationē pducas.Duæ āt res illā ad hāc ſpē certiſſimā
erexerūt ꝑ cęteris:hinc tua uirtus:illinc Lauretana domus:quæ cū ĩ alios.R.P.
Tū ĩ cōes hoſtes ſemp fatalis fuit. Eſtq; de te pleniorē felicitatē:q̄ de maioribꝰ
tuis(iccirco reor)augurata:qđ ſicut illis huiuſce dignitatis faſtigio pręluxiſti:
Ita diuino ꝓſagio ſperāda p te bonoꝝ plenitudo:Q ū e medio cruētū bellū:&
nomē ſpurciſſimoꝝ hoſtiū ſuſtuleris. Hinc illa oīum gentiū gratulatio:Q uæ
chriſtū colunt.In qbus cordiū opta Rimari ſupfluū eſt:qn̄ extat in uultu cu/
iuſq; hilaritatis interioris decus:& in ſerenis frontibus aīoꝝ indicia plegūtur:
Nullus poſt urbē cōditā dies illuxit:in q̄ tāta exundātis læticiæ magnitudo:tā
inſignis gratulatio fuerit:aut eſſe debuerit.Stupeo adhuc:nec ſatis oculis meis:
aut auribꝰ credo.atq; idētidē me interrogo:an audiuerim q̄ audiui:an uiderim:
quæ uidi læticiæ teſtimonia/& ſigna:nec itelligo ingētiora/an ueriora fuerint:

Gratulatio oīum de prī. creatione.

nec quēq̄ ſua ſpes/aut opinio fefellit.Nam tuo noīe audito oīs Barbaria intre/
muit:Lauretanæ Laureæ auſpicia trepidauit.Bellū ipſe nullū mouiſti:Et ſi qđ
motū fuit,ꝓuidētia & dexteritate q̄dā cōpoſuiſti:In contumaces āt/& pditos/q
in tuū impiū/in ciuitates ſocras atq; tributarias intuliſſent iniurias/Theſauris
.R.p.in exercitus claſſeſq; collatis.R.p.ſalutē in re maritima uti alter Themi/
ſtocles ſitā arbitratus/ꝓpriaq; uirtute/nō aliena uſus iniqtate:Bellū geſſiſti feli/
citer tua diuina uirtute/& q̄ appēdix ſemp fuit/Lauretanę domus:comite for/
tuna:Deo auditore:q ut omniū merita librat:tuā pietatē texit:q tātas rōnes in
belli admīſtratione excogitaſti:Q uātas nec Pyrrhus/nec Scipio/nec Hānibal
didicere:nec Iulius/nec Adrianus/neq; qcūq; diſciplinā militarē diligēter exer
cuiſſe dicūtur.Perfidos hoſtes pſecutus es fortitudine tua:pietate autē miſeros
ab intolerabili iugo liberaſti.Arte & conſilio uſus es ſapiētiſſime Princeps tpis
cā in Barbaroſi meraq; in chriſtū ꝓſitētes uirtute & rōne ſtabilite/quā fortuna
nūq̄ in cōtrariū mutare pōt.Q uāq̄ bonā uolūtatē magnis aduerſitatibꝰ cōtra
merita cōtingētibꝰ mutari nihil ꝓhibet:Q đ neſcio qs in ſertoriū dixit.Q uis
triūphus illuſtrior uſq̄ fuit:Dicā princeps/quo uno ſatis uideor ſignificaturus
& gloriā:& ſapiētiā tuā:plus boni nō tuæ:ſed chriſtianæ.R.P.peperiſti indu/
cias hoſti cōcedendo:q̄ bellū cruentū q̄uis uictor gerendo. Feciſti omnia domi
proſpera:foris placida:feciſti omniū fructuū/& artiū prouentū:feciſti:ut non
deſit uincendi materia:feciſti:hoc facto:ut nulla ſit in terris tā ferox natio:quæ
te non metuat:aut diligat:Feciſti ut & populi:quoꝝ eſt fides omnino lubrica:
in fide pſeuerauerint. O diuinū ueſtrū.P.C.iudiciū:qui hunc talē uobis prin/
cipem eſſe uoluiſtis:tali tēpore:tali familia.Q uid lacedæmonioꝝ prudentiam

Venetoꝝ patrū laꝰ a prī. electione.

ꝗdā iactant? Quod hoc instituto.R.P.tuerentur ſuā:qū regē niſi ex Herculis
ſtirpe hr̄e nō liceret. Prudentia ueſtra.P.C.lōge ſupat quotquot celebrātur reꝝ
publicaꝝ cōditores/legūq;/& inſtitutoꝝ adminiſtrādi latores. Qui hūc princi
patū nō hæreditariū feciſtis:ſed uirtutibus/& meritis debitū.Quid ueſtra ꝓui
dentia dignius facere potuiſſetis:quā clauū.R.p.in tanto turbine tantaq; tem/
peſtate huic gubernatori tradere? O Patriā gratā/& omniū gratiſſimā. In qua
ſi Themiſtocles eſſet:Minime diceret:Quod ſolitū dicere fides teſtatur hiſtori
ca:ſe neq; honoribus a ciuibus ſuis affici.neq; apud eos in admiratiōe eſſe:ſed
ꝓcella uexatos iminēte periculo ad ſe ueluti platanū ſubterfugere.reddita aūt
ſerenitate euellere atq; deiicere.Hæc neminē fugiūt:qm̄ quæ a Regibus & am
pliſſimis uiris augūtur taceri nō poſſunt. Aequis tacebit a te plane declaratū:
uim qdē corporis ſeneſcere/animi aūt robur in p̄ſtantibus uiris ſemꝑ idē ꝑma
nere.Indeq; magnā & honeſtā te appetere gloriā:nō ferre/ſed æquo aio ſuffer/
re oīa:qđ pauciſſimi qdē faciūt.Priuatoꝝ deliciis/magis q̄ magiſtratuū igno/
ſcere/diſſimulatores & calūniatores nō ſecus ac inſidiatores & latrones ꝑſequi:
A diuinis hymnis in ocio nūq̄ uacare:In ſecūda fortuna deo gr̄as agere:in oēs
benignū eſſe:ſimulacraq; ꝑq̄ plurima nō corporis ſed animi in horas & p̄nti
bus & poſteris effingere:quæ in æternū permanſura ſint. Innuis.P.Inclyte:ut
omiſſo incepto tuaꝝ laudū ad catholicā.R.p.& chriſtianiſſimū Senatum me
conuertā. Parebo lubēs/& lætus illuſtriſſimi patres/tū qa ſuas laudes in ueſtris
æquiore aio accipiet princeps optimus:tū qa minor mihi in dicēdo difficultas
erit.Eius nāq; facinora ita ſunt ueſtris ꝑmixta:ut nullo modo ſeiungi poſſint.
Sic & officio/& deſiderio meo melius/& uberius ſatiſfaciā. Nā ſi gubernator:
& nautæ/& remiges/& uectores ſua qſq; laude nō defraudātur:Qui nauē ex
īmenſæ tēpeſtatis ꝑiculo/& ſcopuloſi pelagi uoragine liberarūt:cur nō æterna
Patrū Venetoꝝ laudes.
uobis fuerit gloria:Qui tali duce maioꝝ ueſtroꝝ dignos ſpūs cæpiſtis:ꝓdito
res chriſtianæ fidei/quoꝝ ſceleri/nō nomini iraſci cōſueſtis:ita & cōſiliis/& ui/
ribus ueſtris ꝓſecuti eſtis:Vti.R.P.nō modo in ſuo ueſtigio incolumis p̄ſtite/
rit:uerū ēt ex illis rara honoꝝ inſignia/& æternas uictorias reportauerit.Opus
uere egregiū:& inter ueneti nois trophæa enumerādū.Vide princeps inclyte q
tibi cōſiliarii/quales ſenatus principes/quā ſapiētes ſenatores tibi aſſiſtūt.Feli/
cem principē/& glorioſum:Quāuis ita ſolus ſapiat:ita oīa intelligat genuina
q̄dā/excellentiq; uirtute p̄ditus:ut alieno cōſilio nō egere uideatur:q tales cōſi/
liarios q̄rit:inuenit:habet:Quibus bene cōſulētibus credere poſſit.Facitq;/qđ
optimi nauiū gubernatores:qui nautas ꝑitiſſimos ſecū adducūt:quoꝝ & cōſi/
lio/& oꝑa utātur:Quin ēt in magnis tēpeſtatibus a uectoribus admoneri non
recuſant.O beata Venetoꝝ.R.p.Quæ ſola nouit ſuis principibus uti mr̄ filiis:
& parere/& impare. O felix princeps Venetus cui aſſiſtūt tales cōſiliarii/ſena/
tores coadiutores:q nō ſunt:ut qbuſdā regibus:& ciuitatibus fuere latrones/&
latronibꝰ ꝑnicioſiores/ꝑfidi/ꝓditores:aſſentatores:& tyrānicę harpyæ:ſed bōi:

fideles/taciturnitate in oibus & in dicendis ſententiis rectitudine ſumma pditi:
nõ ad obſequium reſpiciẽtes:ſed ad ueritatem/ quæ tui animi propria eſt:Tuæ
uoluntatis/tui ſtudii:a qua recta/& certa/hoc eſt tua omnia pficiſcuntur cõſilia.
Pro cuius defenſione liberum eſt illis contẽdere. Nã qum in cõſultando occur/
rant fere ſemper res dubiæ:odio/amicitia/ira/ac miſericordia(ut ait apud hiſto
ricum cæſar)uacuos eſſe decet cõſiliarios:Quæ ubi aderint:difficile eſt uerum
cernere:ac ſequi.Ab his conſularibus/& clariſſimis uiris/iſti/& cæteri affectus:
qui cõtra rationem nituntur:& impellunt animum:longius/& in conſulendo/&
in iudicando repelluntur.Conſilium bonum(ut inquit ueriſſime.M.Varro) & Conſiliariorũ
qui cõſulit:& cui cõſuluit:bonum eſt.E contrario malũ cõſilium(ut in prouer/ uenetoꝝ præ
bio eſt)conſultori peſſimũ.Fortuna id unũ hoibus nõ aufert Quod bñ fuerit ſtãs laudatio.
cõſultum Marius celſus dixi . Amicũ fidelem uitæ medicamentũ eſſe prodidit
ſolomon:qui ex his:quæ dixit:ſcripſit:fecit:ſapientis cognomẽ meruit. Celebra
tur ab omnibus.M.Antonini imperatoris ſnia illa.Aequius eſt:ut ego tot cõſi/
lium amicorum ſequar:quam ut tot tales amici meam unius uoluntatem ſequã
tur . Et ſane ſicuti ſcriptum eſt ab auctoribus minime ſpretis:melior eſt.R.P.
Et ppe tutior:In qua princeps malus eſt:Et amici eius Boni ſunt:quam ea/in q̃
bonus eſt princeps:Et amici eius mali ſunt.Siquidem unus malus poteſt a plu
ribus bonis corrigi.Multi autem mali nõ pñt ab uno quãuis bono ulla rõne ſu
perari.Id quod Homulius Traiano iperatori dixiſſe fertur.Hoc ſpecimẽ prudẽ
tiæ in tuis ſenatoribus primũ:Quod ſic ſe gerunt in oibus:ut cõmunes ifimis:
pares principibus:Vt ſubiectorum ſocios/& ſociorum dominos credas.Quid
prudentiæ dixi:qum minus/quam debeam pdicem:quin/diuinatio potius ap/
pellanda/diuinitati.n.hoc magis aſcribẽdum eſt/quã humanæ probitati: Quæ
nullo fortunæ flatu ſiue reflatu agitatur/ſeu concutitur. Iactent nunc Romani
duos Catones/Athenienſes unum ariſtidem iactent:quibus nihil præſtantius ni
hil ſanctius arbitrabãtur. Videant quot Catones:quot ariſtides/ aliũ alio præſta
biliorẽ ueneta urbs oſtẽtare poteſt:non optaſſet certe Agamemnon græcorum:
& regum rex decem neſtoris ſimiles/quibus fretus breui ſperabat celerem con/
tra Troianos uictoriam.Qua ex re nemo & diuturnitatem/ & magnitudinem
imperii ueneti miretur:qum nõ decem dũtaxat Neſtores:ſed plurimi longe ne/
ſtore ſapientiores hic inueniantur.Quoꝝ certiſſimis conſultationibus/diuiniſ/
q; conſiliis/ueneta.R.P.non niſi:qum totius orbis interitus erit: finem habitura
eſt.Nam(ut omittam illud) Quod nemo ueſtrum in omni uita ſua a recta cõ
ſcientia latum unguẽ diſcedat:Nemo ueſtrum ut humanus fallatur : ut omittã
militum robur/& copiam:Quæ non niſi magna eſſe poteſt.R.P.Auro/& argẽ
to præpotenti:nũmiſq;/& pecuniis liberaliſſime utẽti:nec fruenti: ac centeſimũ
ſupra mileſimũ annũ omnis belli martem/oĩa bellica opera obeunti. Vt omittã Venetoꝝ laus
impatores.Qui tot numero uobis ſũt.Quot ſenatores:ſtrenui/nõ minus armis: a ſtrenuitate.
quã lingua/& lris pſtabiles:ut omittã utriuſq; fortunæ expientiã/militariſq; di/

ſciplinæ peritiā|atq; ſeueritatē:q̄ iam inde ab urbe cōdita tradita| & aſſiduitate firmata i artis ꝑpetuis ꝓceptis ordinatæ:qua maximo uobis|& amicis| & ſociis

Venetoꝝ la⁹ a concordia.

ꝓſidio|adiumētoq; cē ſoletis:hoſtibus & barbaris nationibus terrori|& exitio:ciuilē concordiam nō omitto:Q uę ſola ciuitates cōſtituit|humanāq; tuetur ſocietatē:q̄.R.P.ex paruis initiis|magnas facit:Q uæ domi parit īduſtriam:foris iuſtum imperiū:q̄ aīos ciuiū in cōſulēdo reddit liberos|nulliq; libidini obnoxios:

Venetoꝝ la⁹ a cōgeſtis uirtutibus.

quales ſunt uobis.P.ampliſſimi|q mētes ab oī affectione liberas habetis:īgenia motæ mētis|& uix ſibi cōſtantis naturę tēperatis:oīaq; q̄ molliſſima uia:In ſubditos nihil ſtatuētes:quod maiori parti|& in ſūma nō ꝓſit:ſeueritatem abditā te

Veneti imperii æternitas.

netis|& clæmentiā in ꝓcinctu:nō ꝓmiſcuā:& uulgarē:ſed q̄ deploratas hominū ſpēs a ſanabilibus adhibita moderatione diſtinguit.Sic ꝑpetuā īperii ſecuritatem in populoꝝ fide collocaſtis.Fruſtra inſtruūt alii in præruptis rupib⁹ arces: aliis in cœlū edita oppida emuniūt:aliis arduo aſcēſu montes abſcindūt|multiplicibuſq; murorum brachiis|turribuſq;|& ꝓpugnaculis urbes cingūt. Saluos in patētibus campis nullo ꝓſidio reges iuſtitia ꝓſtat. Regna nullo cuſtode æq̄tas tuta facit.Impia æterna|ſola clæmētia reddit. Amor ſociorū|eſt inexpugnabile munimētum.Fides populoꝝ inſupabile columē:q qdem oēs adeo uobis deditι|& obnoxii ſunt:ut magis de ueſtro īperio|& dignitate:q̄ de ꝓpria ſalute ſolliciti ſint.Nēnc oēs:ut ueneti ciues:ſi oporteat:deuotis corporibus mortem oppeterent(humanoſq; quoſcūq; caſus milies exciperent)ꝓſto ſunt Venetiis ſexcenti Decii|atq; Sergii:Mille Dentati|& Fabii:totidē Menechei:Leonidę|Epaminūdæ|Armonii|Ariſtogitones|laconeſq; nō trecēti|ſed infiniti:quoꝝ oīum charitatē dulcis amor patrię uirtutū ueſtraꝝ obſeruātia.R.P.ueſtræ ſanctitas uno tenore complexa nodo indiſſolubili|& infringibili glutino deuinxit.Oēs quoq; princeps|oēs pres: & patricii ita in cōe cōſulūt:ut nihil hoſtibus opportunū cē poſſit:ſublato penitus domeſtico certamine:& ipſo ſeditionis noīe ab oī hoīum memoria oblitterato:Et ꝓ ſalute ciuiū:uitam deuouere:& uoluntariæ neci ſeſe offerre geſtiant.At Roma tot adminiſtrationum cōuerſiones paſſa:religatis tādem manibus diram(ut ita dicam)ſeruitutē ſeruiuit: & poſtea q̄ iugum tantæ tpis longinquitate traxit:a barbaris capta:ſoloq; æquata fuit.Eadē fortuna fuit chartagini:cæteriſq; urbibus:in quibus orbis terræ fuit īperii hoſpitium.Seneſcētibus bonis morib⁹ad ſummū uenerunt.Diſcordia funditus corruerūt:diſſi

Diſcordia eſt mors regnoꝝ.

dio:partæ opes dilapſæ ſunt. Id unū uenenū ciuitatibus opulētis cōpertum eſt: & labes terris īmiſſa:ut magna īperia mortalia ſint. Aeterna iccirco eſt urbs ueneta:inuictum eius īperium:in qua ſuæ ſemꝑ leges uigent: apud quā ſua ſemꝑ inſtituta obſeruantur:Q uæ ſuis in ſe uiribus nō ſæuit:q̄ more cœleſtis harmoniæ ſibi oī cōcentu cōuenientiſſime:ac ſuauiſſime tot annoꝝ æuo rñdet:ut nulla in ſe uis:nulla humana potētia ſatis ualida eſſe poſſit.Neq; mouere quēpiam nimis debēt ſupiora.R.P.detrimenta:& ꝓximæ calamitates.Paſſa eſt ſua fata: Q ñ & urbes ſui(ut aiunt)manes uexēt.Hæc eo ptinet oratio: ut nemo aliquo

omine miretur: ſi ueneta urbs nõ prœliis tñ: ſed & bellis (ut ſunt co℞: exitus incerti) uelut uicta / exanimata ſuſpẽſaq; minime de ſe gratum ſpectaculum prœbuit: Dum in dubia imperii / ſeruitiiq; alea extitit. Non. n. ſe deploratam deplorauit: nõ animis (ut fit in ſupmis iminẽtis excidii malis) attonita cecidit: ſed repentino conſilio ſe collegit: ciues nimium patriœ amantes: q̃tum in cuiuſq; aio roboris fuit / atq; neruo℞ cõtulerunt: pditiſq; rebus oibus ſua ſe uirtute ſuſtentare conſtituerunt. nec tam ex deſperatione / nimioq; periculo / quã ex tacitis / mutiſq; conſiliis: Quœ nec infantia: nec languida fuerunt: hanc ſibi perſuaſionem induerunt: ſeruitutis remedium / mortem eſſe: Et iccirco / aut aliqua. R. P. uiuendum eſſe: aut pdita fortiter cadẽdum eſſe: ne uidentes alienos dominos in ea urbe: ubi nata libertas / & ciuilis uitœ ratio / & moderatio alita eſt / acerbioribus malis premerentur / oculis dolorem augẽtibus: humana oĩa placate ferẽda: plus animis q̃ gladiis pugnandũ: In extremis anguſtiis nihil aliud ſtudendũ: niſi alterutrum nauare: aut ut libertas tãta indole q̃ſita ſeruetur: Aut omnes pariter una ſors / & eadem hora opprimat ſic / nec armis uinci potuerunt: nec iniqua cõditione: ut ſua arma deponerent / duci: nec defatigatione: ut abiicerent / compelli nec morte ipſa: ut detraherẽt / deterreri. Vnde nec togati potentiã / nec armati cuiuſq̃ uictoriam uſquam ſubierunt finẽ in omnibus magis q̃ initiũ ſpectantes ſi iniquas aliquãdo conditiones pacis a barbaris acceperũt: nihil nõ e. R. P. fecerunt: nihil turpe: qum ui ac neceſſitate factũ: ut ad meliora eam ſeruẽt tpa. Quippe qum ſint re℞ bellica℞ magiſtri: maioreq; rei militaris diſciplina & experientia: q̃ aut ſpartani: aut lacedœmonii p̃ſtent: errare nequeunt: neq; ſtulta ambitiõe: aut inani iactãtia ſeſe cõfundere: cuius rei ueritas huic maxime ſplẽdeſcit q. in tãta bello℞ uarietate: quibus defuncti ſunt aduerſus chriſtianos ac barbaros: nũq̃ ab illis: qui pauciores aut pares copiis fuerũt: deuicti ſunt: Qum ipſi ſœpius parua manu inumeras hoſtiũ legiones ꝓfligauerint: Nũq̃ ad hoſtium machinas inſidiaſq; patere dep̃henſi ſunt: aut ſane cõſilio furibũdoq; ingenio ſummam re℞ in diſcrimẽ obiicere. Reſpexit eos p̃terea deus: & reſpicit: ne ex imperio in ſeruitutem caderẽt. Amat enim Ariſtocratiœ formam: prœ cœteris rerum publicarũ adminiſtrationibus: inter mortales optimam. Fauet deus iuſtis bellis: iuſtiſq; uiris: De cœli uertice fauet: Et ſi aliqua mortaliũ re mouetur: Cultu religionis maxime mouetur. Venetum imperium nullis ſubiacet ſtellarum curſib⁹: utpote q. deum ꝓpiciatum ſua pietate: imitatur bonitate. Qui potẽtiſſ mus eſt dei cult⁹: qui laborantibus uobis: & iniuria opp̃ſſis: & laceſſitis ſemper adeſt: cœptis ueſtris aſpirat: fert opem exercitib⁹: claſſibus auxilium mittit. In uos proinde nõ habẽt ſidera decernẽdi p̃tãtem: ſed q ueſtro moderatur priuilegio ſideꝶ opifex deus. Qui uidet: qd regnãdi faciat cupiditas: quã ut qdam pegrinorũ ſcriptorum ait: nõ pelagus: nõ mõtes: nõ deſerta ſolitudo: nõ qui aſiã: Europãq; & Africam diuidunt termini diffiniũt. cupidi reges ſe cõtingentes ac pmixti quieſcere uullo mõ queunt. ſed ſemp inſidias atq; inuidias ingenitas habẽtes pugnant.

Veneto℞ fortitudo in ſumma rerum deſperatione.

pacis & belli noĩbus tãq̃ nũmis ut cõtingit utuntur nõ ad iuſtitiã:ſed ad cõmo/
ditatem:tunc meliores:qum aperte bellũ inferre fatentur:q̃ qum iniuriaꝶ ceſſa/
tione amicitiam uocant. Vnde nec accuſare populos ad utilitatem ſuam ſe mu
tantes licet:Quippe qui in hoc eos ipſos imitantur.Ab his moribus ueneti alie
ni alienos quoq; populos & urbes ſocias habẽt ab hmõi pfidia & ꝓditionũ ma
giſterio:uti ætas oĩs noſtra in tot turbinibus:& regnoꝶ regũq; ruinis clariſſime
uidit: & obſtupuit. O urbs oĩum clariſſima:o diuinis hiſce hoĩbus digniſſima:
Vt uidi:ut obſtupui.Sedes dei in quam æterna eſt:opus ingenio fundata diui/

Venetiaꝶ laudes: & origo diuina.

no anteq̃ mundus fieret.Atq;:ut Satyræ mõ agã: qm̃ ad urbis cõmemorationẽ:
nõ ordo:ſed impetus dicendi intulit: neq; orationẽ reuocare fas eſt: exploratum
quidẽ oĩbus eſſe debet:hunc locũ diuino cõſilio fuiſſe electum: in intimo maris
Adriatici ſinu:tanq̃ in arce Italiæ:& chriſtiani orbis ſpecula:ad uenetæ ciuitatis
incrementũ unice natũ:Deinde urbem diuino numine fuiſſe cõſtitutã in perpe
tuum ueræ libertatis:illibatiq; imperii domiciliũ:ad pacem in terris conſeruan/
dam: ad fidem inter homines tutandam: Quæ quidem adeo breui coaluit : ut
non ſubſtrui: ſed naſci:non fieri:ſed ſurgere uiſa ſit : Mari cincta: & continenti
proxima: Eo argumento ut omnium gentiũ:& nationũ cõmunis patria fieret:
Et terra:mariq;:uirtute:ac armis ꝓpagata:longe:lateq; dominaretur. Quin enĩ
romanũ cecidiſſet imperiũ:hunniq; ſcythaꝶ efferatiſſimi:nefarii uictus barbari
chriſtianam uexarẽt religionẽ: Quæ tunc Arrianæ hæreſis ueneno infecta la/
borabat:nõ ſine cã caput extulit:ut barbaris: & perfidis hoſtibus a primo inote
ſceret:eſſe gẽtem ſanctam:& ciuitatẽ almam:Quæ chriſtianę pſuaſionis cando

Venetiæ natę ad fidei tute/lam.

rem foueret:& terminos tueretur:nec tueretur ſolũ: ſed & ſũma cũ dignitate at
q; gloria augeret:amplificaretq;.Huic uni cœleſtis adeo fauor aſpirauit: ut ipſa
rerum natura ſuo operi ceſſerit.Mira res:ac prope incredibile miraculũ.Funda
ta inter procelloſos uortices:pro pauimẽto:& muris mare poſſidet:ꝓ cuſtodibꝰ
uada circũiecta:ꝓ arcibus portuũ ora abditoꝶ:loco ꝓpugnaculorũ: adiacentiũ

Venetiaꝶ ſitꝰ admirabilis:

fluminũ deriuationes:loco tormẽtoꝶ:& machinaꝶ:breues inſulas: Quæ alter/
nis æſtibus alluũtur:unde nullos claſſiũ externaꝶ impetus:nullas terreſtriũ co/
piaꝶ incurſiões timeat.Roma olim terraꝶ oĩum caput:eadẽq; parens: & alũna
aſylum aperuit:obſcuram:humilẽ:facinoroſam:& nullo liberi:ac ſerui diſcrimi
ne ad ſe oẽm turbã acciuit.Deinde uiribus ita cõparatis:cõſilia: & leges: & ma/

Venetiarum laus cõpara/ta initiis aliarum urbium.

giſtratus dedit.Et altiſſimis muris ſepta:ꝑ portas tantũmodo foribꝰ:Quę obii
ci poſſent:munitas:aditus:receſſus:itus:& reditus:pbebat: Quibus noĩa uariis
ex cauſis impoſuit.Aliæ urbes ꝑ fas:& nefas repletæ: ſanguinolẽtas arces manu
ſacrilega ſibi poſuerunt:nulliſq; legibus multa ſæcula uixerũt.Fuerũt q̃ a porta
rũ nnmero nomẽ ſortiri glorioſum putarũt:Nullo pterea ornatu inſignes:nullo
pudoris rectiq; reſpectu.Nõnullę ſoluto legibus ſcelere:uicis latis:frequẽtibuſq;
gloriari ſolẽt.Quędam munitiſſimis mœnibus:& ꝓfundioribus foſſis cõfidũt.
Syracuſas priſci ſcriptores dixerũt urbẽ maximã: & græcaꝶ urbiũ pulcherri/

mãiquę ex quattuor quaſi urbibus maximis cõſtare uideretur. ſed q̄cito pulchri
tudinem amiſit. Mileton urbium genitricẽ multaꝝ ad cœlũ laudibus tulerunt:
Q uæ tñ ꝓuerbiũ de ſe præſtitit: Q uod olim fortis fuerit. Plurimæ urbes ſitu
opportuno/opibus & impii amplitudine ꝑcelluerunt. Multi urbium auctores:
& oraculis/& gentiũ cõſenſu cæci ob id iudicati fuerunt: quod eas incõſiderati
nõ aliis/uiciniſq; locis poſuiſſent: Ad belli ſcilicet/& ad pacis cõmoda natis. Alię
urbes noĩa/aut a conditoribus: aut a fictis cauſis celeberrima uſurparũt. Oẽs de
niq; terraꝝ felicitatẽ: ſeu amœnitatem: Agricolaꝝ peritiam: reiq; agrariæ cura/
tionẽ iactitant. Hæc ꝑ nihilo putes: ſi hanc urbem ſpectatũ uenias. Q uę una nõ
muro cincta: ſine pomerio: ſine uallo: ſine ullo humani artificii munimine inex/
pugnabilis: quot uicos: & angiportus: totidẽ aditus: & portas ad cõmune huma
ni generis hoſpitium diu noctuq; patẽtes habet: & hinc terreſtres uias pediti: &
equiti ꝑuias: Inde non minutis tñ & mediocribus nauigiis: ſed & triremibus &
onerariis nauibus: quæ uſq; ad lares domeſticos cõmode ꝑuehantur/ curſum ꝑ/
bet tranquillũ: ac facilẽ. Q ũq; in mari ad alendũ hoĩem pauca inueniantur: oĩ
annona: oĩ fructuũ. & reꝝ copia: quæ ad uictum ꝑtinẽt humanũ: refertæ ſemper
uenetiæ/ Terris etiam feraciſſimis præſtant. His nihil mirum: Q ui ſunt oppor/
tunitatis cõſcii: qũ ex oĩbus locis mediterraneis fruges affatim deuehãtur: Mari
timi cõmeatus nauibus ad urbem portẽtur: nulloq; labore: nullaq; difficultate ac
cipiantur. Eſt. n. hoc mare ad oẽs cõmoditates ita expoſitum: ut breui tpe undiq;
cõmeatus largiſſimi cõuehantur. Sunt & flumina multa ex oĩbus terræ cõtinen
tis locis nauigioꝝ capacia: ꝑ quæ in hæc adriatici maris æſtuaria placidiſſimis:
ſinuoſiſq; meatibꝰ egredientia/ cõmode res oẽs/ quadã uiciſſitudine deuehi/ & ſub
uehi pñt. O ſtupẽda/ & uere cœleſtis origo: O felix/ uereq; beata dies illa: quæ per
petuã diris ex anguſtiis felicitatẽ peperit: Et ſolem in terram reduxit. Hæc una
urbs: Q uæ nomen regionis merita: Q uod auguſtiſſimo multitudinis numero
poſteri celebrandum cẽſuerunt: uniuerſæ uenetiæ urbes inſtaurauit: ſplendorẽ:
& gloriã ad romanoꝝ æmulationẽ cõparauit. Q uo die deus humani corporis
ſarcinam ĩduit: & ſumma Cœli myſteria apparuerunt (ſi quid ea obſeruatio ad
rem facit) condita eſt: nõ cõſilio/ ſed occaſione: nõ a paſtoribus/ ꝓfugis/ factioſis:
ſed a uiris illuſtribus/ ac mira religione ꝑditis. nõ ab uno homĩe/ populoue ſed a
multis diuerſaꝝ Italiæ urbiũ/ & regionũ/ & totius fere uenetiæ Ciſalpinæq; Gal
liæ ciuibus: qui nõ libẽter: ſed neceſſario: Dum hoſtilem barbarorum impetum:
ĩmaniſſimãq; feritatẽ fugiũt/ lares patrios deſerere coacti ſũt: ac nõ ſub ſalubri:
ſed paluſtri cœlo: nõ in amœno: aut fœlici loco: ſed in palude inacceſſibili/ & ab
omni humano cultu aliena poſuerunt. Nam/ qum illis nihil non pẽſi ẽẽt: Q uid
quid dicerẽt: Aut facerẽt: & circũuecti oculis locũ: licet trepidi circũſpectaſſent
effugio opportunũ/ & ad ſe tegẽdum paptum/ & latebroſum cẽſuerunt: utpote
præ altis ripis fluuioꝝ/ & circa paluſtribus herbis: & quibus inculta ferme ueſti
untur: uirgultis/ uepribuſue obſitum: Vbi tutius latitantes/ animę pariter/ & cor/

Venetiaꝝ ſitꝰ ſtupẽdus.

Conditores uenetiarum.

Religio cõdi toꝝ uenetiaꝝ

poris ſaluti conſulerent. In hoc latibulo ĩmortali deo gratiis actis ante oĩa ꝓſpe
xerunt. Quibus rebus diuinæ iræ uindictam a ſe remouerẽt: Chriſtũq; optimũ:
maximũ/uerum deum: & hoĩem: Qui primus dei cultus eſt/ rite credendũ ſan/
xerunt: illiq; debitam maieſtatem/ſuãq; bonitatem reddendã: ſine qua nulla ma/
ieſtas eſt: nulla dei notio/nullus cultus: nulla adorandi/orandiq; religio: cuius cã
philoſophi tradunt deum feciſſe mundum. Poſt pietatem/cultũq; diuinũ omnia
habuere: Cui ſexcẽta templa/ſacellaq;/& xenodochia/ ædeſq;/& cœnobia: & quæ
ſempiterna erit aurea diui marci ſedes erexerũt. Quare huic urbi hęc quoq; pe

Habitatores primi uenetiarum: & aliaꝝ urbiũ quales.

culiaris laus aſcribi põt: Quod qum aliæ urbes in populi unius corpus ſine om
nium gentiũ colluuione in iuſtam magnitudinem adoleſcere non potuerit: hæc
ſola in origine ſua/libera capita admiſit: ſolos ingenuos excepit/aſpernata ſerui/
lis ſortis homines: Qui q; patrẽ ciere/auumq; non poſſent. Et ne his diutius mo/
ret/ad illa potius animum/& dictionẽ intẽdam: Qua uitæ diſciplina: quibus ar
tibus partum/& auctum/& conſeruatum ſit ueſtrum imperiũ ad hãc diẽ: Quæ
quo difficilior eſt/eo clariorẽ: & admirabiliorem reddit publicæ huius admini/
ſtrationis perpetuitatẽ: quam formam ꝓprie ſuam eẽ dudum ꝑſuaſum habeo.
Per uos Princeps: & patres clariſſimi intelligere incipiũt: per uos: nunc incipiũt

Prin. Et. P. C. laus a moribus antiquorum.

alieni populi credere eos ab initio. V. R. P. mores: & inſtituta fuiſſe: ut ab hiſto/
ricis traduntur: quę incredibilia: ac falſo memoriæ prodita uidebantur. Nunc ꝑ
uos ueneti impii ſplẽdor cunctis gẽtibus lucet. Nunc intelligunt non ſine cauſa
ſocios/& amicos: liberaſq;: & florentiſſimas urbes: italicas: & exteras uenetos ad
mirari ſolitas: ad uenetos prouocare: cauſas & lites priuatas: & publicas uenetis
conſiliis non tanquam ariopagitarum ſententiis: ſed oraculis ſubiicere: Veneto/
rũq;: ut deum fidem appellare: Quodq; magis mirum: uenetis ſeruire: quã aliis
impare maluiſſe. Nunc omnes intelligunt id: quod re uera eſt: imperium uenetũ

Veneti imperii diuturnitas & firmamentũ unde.

ad hanc diem morum diſciplina ſtetiſſe. Nam ſi uere omnia æſtimemus: non ue
netis aut multitudo maior eſt: q̃ cæteris gẽtibus: aut uehemẽtiora corpora q̃ cæ/
teris italię populis: aut maiores opes: q̃ locupletiſſimis regnis: aut mortis contem
ptus: facilior quam: plæriſq; Barbaris cauſam uitæ non habẽtibus: aut militaris
diſciplina alia: Quam: quæ a chriſtianis deſtituta uelut p̄da illis abducta eſt: Et
ſibi uelut propria occupata. Principes uenetos fecit: & cõſeruat ſeueritas inſtitu
torum ꝓbitaſq;/& morum honeſtas. honeſtas inq̃: Qua ſola deliberationes bo/
norum hoc ac ſapientum conſiliũ cuius ea fuit eſtq; pulcherrima ſemꝑ ſnĩa: Ni/
hil utile eſſe poſſe quod nõ honeſtum. Itaq; plura pene moribus: quam uiribus
uicerunt. Nunc omnes intelligunt perpetuam imperii ſecuritatẽ in populoꝝ fi/
de uenetos collocare. Fruſtra inſtruunt alii principes in p̄ruptis rupibus arces:
Aliis in cœlum edita oppida: non ſibi emuniunt. Aliis arduo aſcenſu montes ex
cidunt: multiplicibuſq; murorum brachiis: turribuſq;: & propugnaculis urbes
cingunt. Saluos in patentibus campis nullo præſidio reges iuſtitia præſtat. Re/
gna nullo cuſtode æquitas tuta facit. Imperia æterna: clæmentia reddit. Amor

ſocioꝝ eſt inexpugnabile munimentũ. Fides populorum inſupabile columen. Aratus ad Philippũ regẽ Macedoniæ: permulti dixit ac magni Philippe Cretenſiũ montes: permulti Bœotioꝝ ac phocenſiũ tumuli ex terra efferũtur: Item plurimi acaranoꝝ partim mediterranei | partim ĩ oris maritimis ſiti | qui natura munitiſſimi ſunt: Et tamẽ qum hoꝝ nullũ cœperis | oẽs tamẽ ſponte impata faciunt. Latrones. n. rupes ac ſaxa incolunt: & ꝑcipitiis ſe tutantur. Regi aũt nihil fidei | & beniuolentia firmius: nec munitius eſſe põt. Hæc tibi creticũ pelagus | hęc Pelopõneſum aperuit: Ab his orſus initiis qum ſis hoc ætatis hi te ſibi impatorẽ præfecerũt: Illi in ditionẽ tuã uenerunt. Per uos omnes hæc oĩa intelligunt: | & credere incipiũt (ut pauloante dicebã) leges | priſcoſq́ Venetæ. R. P. mores. Ita ſe inſtituit: & ab infantia formauit hæc urbs ſancta: ut nulla ambitionis occupatio eſſet: nullus ambitus | nulla honoꝝ affectatio: In quibus confe rendis nõ purpura | nõ potentia | nõ ſtẽmata: ſed uirtus | ſed ꝓbitas | ſed inocentia ſpectaretur. Summũ eſſet oĩbus æquitatis ſtudiũ | ſumma in tanta | tãq́ diuerſa nobiliſſimoꝝ ciuiũ multitudine iuris æquatio: Summa uictus facilitas: ut neq́ furto petẽdæ diuitiæ: neq́ potius (ut Theophraſtus dixit) honori habẽdæ: neq́ diuites haberẽtur. Nã (ut Cherronei philoſophi uerbis utar) neq́ uſus neq́ fructus | neq́ facies oĩno: de Sparthanis loqtur: aut oſtẽtatio fuerat magni apparatus: cũ una cũ paupe opulẽtus ad cœnã iret. Itaq́ celebratũ illud emanauit: In una omniũ | quæ ſub ſole ſunt: urbiũ ſparta ſeruari diuitiaꝝ deũ & cæcũ & iacentẽ: ut picturã inanimatã ac ĩmobilẽ. Nihil his addo: Quæ in corruptis ſanctiſſimoꝝ ſcriptoꝝ monumẽtis tradũtur: Nec me a uero quiſq̃ ulla in re deflectere: ſed narratoris potius ſimplicis: quã oratoris officio fungi depñẽdet. Non ne Caſſiodoro fidiſſimo teſte: q priſcoꝝ uenetoꝝ mores cõmemorat: hac ĩ urbe ꝑcellentiſſima cõſtat: & paupꝝ: & diuitũ oĩa iura adæquata eſſe: oẽs frugi mẽſa degere: æq̃libus tectis | ac pene iiſdẽ domiciliis frui: ita ꝙ nullus alterius ædibus inuideat. Qua qdẽ uitæ parſimonia | & tanta reꝝ moderatiõe uitia oĩa fugiunt: qbus terraꝝ orbis obnoxius eſt. His plura alia idẽ adiicit: Quæ ꝑtermittenda ſunt. Ne totã eius narrationẽ repetẽdo magnã tpis partẽ occupẽ. ꝑterea ſi quiſq̃ alioꝝ ſcriptoꝝ certiſſima teſtimonia euoluere uelit: cõtinẽtiæ: parſimoniæ: abſtinẽtiæ: & uirtutũ oĩum exẽpla facile depñendet: Quæ nullæ philoſophoꝝ ſcholæ ex magno philoſophantiũ cœtu unq̃ exhibuerũt. Quæ quidẽ teſtimonia: ne in dicẽdo ꝓlixior ſim: uoſq́ tædio afficiã: haud quaq̃ ſubiiciã: qum ꝑſertim ſuis ad litteram licet cultioribus uerbis alii referãt: Quæ quidẽ culpa non hominum: ſed ætatis eſt: & proinde æquo animo omnibus ferenda. Nulla unq̃ cupiditas alieni imperii uenetos detinuit. Nullum ſeditionis uenenũ uenetæ libertatis dulcedinẽ oppreſſit. Nullum bellũ niſi iuſtis de cauſis a uenetis illatum. In neminẽ colaphũ ueneti duxerũt: nihil minus: q̃ ad iniuriam nati: ad uindictam tardiores: ad ueniam promptiores. Hæc uera: nõ tm̃modo ſcriptoꝝ monumẽtis eſſe deprehendũtur: ſed & auctoritate ſanctiſſimoꝝ uiroꝝ: ut diui

Caſſiodori teſtimoniũ de priſcis uenetoꝝ morib⁹.

Mores diuini priſcorum uenetorum.

Diui Thomæ de uenetis teſtimonium:

Alberti magni de uenetis teſtimōiū.

aquinatis/qui in nullo unq̃ mētitus eſt:Aſſerit.n.nullū in ora ueneta principa/
tum hēre poſſe abſq; tyrānide præter ducē uenetiaꝝ/cuius regimen tēperatum
eſſe atteſtatur.Albertus magnus ipſius Thomæ ꝓceptor aptius/pluribuſq; uer/
bis uenetā potentiā/& antiquum imperiū terreſtre/& maritimū deſcribit:ut ma
re pyratis infeſtum/pacatū reddiderit:ut lites compeſcat:inſulas/& portus ſuæ
ditioni ſubiectos iuſtiſſime regat:ciuitateſq; ab hoſtibus protegat/ Et fortiter
tueatur:ut ciuilem.R.P.Iuſtis legibus obnoxiā faciat:Et nullam ſectam/quæ
diuinis inſtitutis aduerſetur/In ulla imperii ſui parte diſſimulet/aut admittat.
Præterea ſuperuacaneū eſſe exiſtimat referre ſingulas uenetæ gentis ꝓbitates:
qum uenetoꝝ uirtus/potentia/prouidentia/ciuium ſummus conſenſus/& con/
cordia/iuſtitia/clæmentia/omnibus nationibus cognita/& explorata ſint. Hæc
& plura apud Albertū accuratus lector inueniet.Hi ſunt antiqui mores/a qui
bus nunq̃ alieni fuiſtis:hæc ſunt uera uenetoꝝ inſtituta:quæ ad unguē ſerua/
ſtis.Q uod qum laudabile ſit patriæ legibus/& moribus parere:qs neſcit prin/
ceps/& patres opt.Maiorē uobis laudē deberi:qui ꝑterea omnibus uirtutibus:
quæcūq; non eſſe:ſed deſiderari poſſunt/in ꝑfectiſſimo quoq; principe mire ad
unguē facto uenetam urbem illuſtratis:Q uæ ſic inſtituta beatiſſima facta eſt:

Venetiarum tres ætates.

& ad ſummū faſtigium ꝑducta.Q uæ omnia memoratu digna ſi quis diligen
tius excuteret:per lōgā reꝝ ſeriem/tres uelut ætates urbi uenetæ aſcribere poſ/
ſet/Infantiā/adoleſcentiā/iuuentutē.Q uaꝝ incrementa/& ſingulos gradus dili
gentiſſimi ſcriptores in longas hiſtorias referre poſſent.Prætereo hæc/& alia cō
plura:quoꝝ ſingula ꝓſequi eſt onerosa moles/nedum aceruū omniū explicare:

Venetorum laus a re militari.

Potius ſpe importuna/quā fiducia prompta ad deductam eius rei gloriā acce/
do:qua ſumma imperia cōparantur/ & cōſeruantur:in qua maiores ueſtri qui
hanc uobis patriā pepererer/ſummo elaborarūt opere:in qua patres ueſtri:qui
rem.p.auxere/omni impatoria uirtute ſe exercuerūt:quippe q̄ nō aliis iubebāt
modo:impabātq;:quæ in rē eſſent:ſed pleraq; ipſi tranſigebāt:nec in quēq̃ om/
niū grauius/ſeueriuſq;/q̄ in ſemetipſos impiū exercebāt:fame/ſiti/uigiliis/labo/
ribus/frigoris/& caloris/malorūq; omne genus tolerantia:adeo ut oīa ſibi ꝑuia
fecerint:& ſi qs oēs ꝓuincias/& regiones:oēs gētes:& nationes:ſi qs maria oīa:
oēs ſcopulos:& inſulas:ſi qs breuiter totū terraꝝ orbē ꝑcurrere poſſet:nullū lo
cū dep̄hēdere poſſet:in quo nō aliqđ ꝑclaꝝ facinus ueneti fideli:cōſtantiq; aīo:
ſtudioq;:neq; tpario:neq; callido:frequēter ediderint:pro ſua:ſociorūq;:& ami/
coꝝ ſalute:libertate:dignitate:impio:fortunis. Vt militiā ueſtrā cū illa uirtute:

Venetoꝝ res geſtę admirabiles.

quæ fortunā ſupauit:& ſiugula locoꝝ noīa taceā: Q uia nō his locus eſt:nōne
uos domitores populoꝝ & potentiſſimoꝝ regū uictores:per Dalmatiā:Illyri/
cūq;:per Epirū:& Macedoniā:per totam Græciā:totāq; Europæ:atq; Aſiæ fero
ciſſimas gentes:Renouatis ſocietatibus:inſtitutis nouis amicis:& ſociis:uin/
centes ꝑueniſtis ad ultimos orientis terminos? Nōne homines alienigenas plus
lingua:& moribus:q̄ maris:terrarūq; ſpacio diſcretos uobis parere cogiſtis?

Nōne ad tanaim/extremi orbis/& ultimæ feritatis memorabile flumen ueneta arma fixiſtis:in cuius oſtio uenetoꝝ ciuiū oppidū per multa ſęcula cū magnis mercatoꝝ emolumētis in fide ditionis uenetę retentū eſt? Nōne uos ab oriente ſole/ad occiduū:& inde ad meoticā paludē penetrantes/tot glorianda facinora ediddiſtis:ut nulla ſupioꝝ tēpoꝝ facta ꝑdicanda:& oſtentanda uideantur? non dicam:ne harenā metiri uelle uidear de cæteris rebus geſtis:quæ plurimę ſunt:& maximæ:qum præſertim uir clariſſimus ſummus orator/Bernardus Iuſtinianus clariſſimi uiri/& ſummi oratoris Leonardi filius eas æternitati ita commendauerit:& adhuc in his memoriæ/& poſteritati prodendis/Ita ſtudiū conſumat ſuū.M.A.Sabellicus auctor eloquētiſſimus:ut nulla tēpoꝝ iniuria perire:nulla hominū obliuione inuolui poſſint.Illud nullo pacto (quod opus eſt æternum/atq; diuinum & omnibꝰ ſæculis celebrandū)ſilentio ꝑterire poſſum: quod hāc ꝓpriam ſemp profeſſionē.R.P.ueſtra habuerit:& uires ſuas ad hoc inſtitutū ſemp intenderit:ut iniurias/& cōes calamitates:qbus iāpridē catholica religio affecta/uexata/afflicta/lacerata/& contaminata eſt/acerrime ulciſceretur.Belluā olim dux Pœnoꝝ Hānibal in ſomniis uidit:qua incederet:cuncta deuaſtantē:ab occidētali plaga in orientē ruere/quæ nimirū (ut uidemus)non per ſomniū/ſed per exertā uigiliā tanta omniū ſtrage ab oriente in occidentē reuertitur:in cuius manu regna traditū iri Daniel cecinerat:quā uates euangeliſta ſimilē agno/draconiq; figurauit:Cuius tēpora deplorans Ioachin infelices uocat matres/quæ genuerūt:& ubera/quæ lactauerunt. Miſeroſq; parētes/qui filios non docuerunt:ut in ſiluis habitent cum feris:& radices herbaꝝ paſcant in deſerto:Donec ꝑtranſeat indignatio iſta. Ingratiſſimā profecto ſe arbitrata eſſet chriſtianiſſima ciuitas:niſi eas uires:quas ab imortali deo conſecuta eſſet: ad ſeruandū uerū eius cultū impēdiſſet:qum ſciret olim Romanos/urbe deſerta:Capitolium cum falſis deis defendiſſe:flaminē/ſacerdoteſq; ueſtales/& ſacra publica a cæde/ab incēdiis ſecū abſtuliſſe:nec ante cultum coꝝ deſeri uoluiſſe:q̄ non ſupeſſent/qui colerent. Quamobrē in ſingulos dies ardentius nitītur:nec ulterius tantam mali labē progredi patitur:quo immanē illam:& truculentam peſtē:qua nulla catholicæ religioni pluris ſtetit:quæ chriſtianū genus inficere:& tollere conatur:penitus opprimat.In hac cogitatiōe ſubeſſe puduiſſet uenetos:Seq; parum optimates eſſe crediddiſſent:Si parum diligēter id effectum dediſſent. Nec miretur aliqs uenetos ueræ pietatis aſſertores ad tantas iniurias uidicandas excitatos fuiſſe:qum alioquin rerū chriſtianarum:quæ plenæ miſeriaꝝ:& calamitatum ſunt:miſericordia ſemper commoti ſunt.qum enim illa horribilis:& peſtifera bellua Maumethes:chriſtianæ religionis uaſtitas:eam undiq; oppreſſiſſet:deploraretur q; uera fides:ut deplorata:complorandiq; oēs pariter uiui:mortuiq; uiderentur:dum uulnus ſup uulnus accederet: Et clades undiq; multiplex nunciaretur:Speſq; omniū opinione perdita uideretur:deſtitutaq; res eſſe chriſtiana:nec quiſquam conſultaret:nec auderet:nec

Venetoꝝ ꝓfeſſio eſt fidei defenſio.

Infelicia chriſtianorum tēpora.

Venetoꝝ geſta pro fide.

ageret:inopesq; ois & cõſilii & auxilii noſtros principes:nec uindicẽ queq̃ exi/
ſteret/aut futuꝝ uulgo crederẽt/Nõ potuit ꝑpeti urbs chriſtianiſſima chriſtianũ

Iniuriæ chri/ſtiano nomi/ni a maume/thana gẽte il latæ.

impiũ impune dilacerari:nõ tot ſtrages acerbiſſimas/totq; nefandas cædes:tot
clades:totq; ingenuoꝝ hominũ capita uenalia fieri aut pilo geſtari:nõ tot ma/
treſfamilias/optimateſq; matronas in ſeruitutẽ raptas ſtuprari:nõ uxores ante
oculos uiroꝝ (cũ honoris ꝑfatione talia dicam) turpiſſime ꝓſtitui:nõ maritos
ante ora cõiugũ fœde dilaniari:& eundẽ locũ mortis ac ſepulchri hẽe:nõ infan
tes ab uberibus matrũ pẽdentes crudeliter auferri/abrũpiq;: Non impuberes;
& inuptas puellas nefanda libidine uiolari. Adhuc iſta ꝑinde atq; ſingulorum
ſupplicia/& damna & exitia narro:qd de publicis/& cõmunibus? Non potuit
urbs chriſtianiſſima ꝑpeti diutius ſubiectas tot ciuitatibus faces:nec intra illas
tot collectos ignes:non ingẽtia regionũ ſpacia hoſtili flamma impune abſum/
pta:non tot oppidoꝝ cadauera paſſim iacere:imo nobiliſſimaꝝ urbium fun/
damenta uix notabilia:ſolitudineſq; prouinciaꝝ per multa milia habitatione:
humanoq; ueſtigio deſertas:tot regum corpora ſuſpendio infamari. Non po/
tuit ferre urbs chriſtianiſſima integras cædi gladio gentes:totos populos con/
trucidari:aut in miſerrimã ſeruitutẽ/tãq̃ iumenta promiſcue abigi:tot fluuioꝝ
aquas chriſtiano cruore mutari:utrãq; Aſiam occupari:Africam ferme uniuer
ſam poſſideri:non paruã Europæ partẽ iugũ trahere:& cum qui ſupeſt orbis
angulus obſideri. Tot regna & impia/quæ chriſti titulũ deformenti/ſub pedi/

Chriſtianę religionis dãna & iniuriæ.

bus eius relinquere nõ potuit. Illud ſalutare antrũ:ubi intemerata uirgo/ineffa
bili puerperio/mundi auctorem edidit uectigal eſſe:uectigal ſepulchrũ domi/
ni:& dei noſtri domicilium/ lectulum illum purpureum & odorem ſuauitatis
æternę ſpirantẽ:ubi ſalus noſtra quieuit. Non potuit pati urbs chriſtianiſſ ma
uirgines ſacratas/in ipſis tẽplis concubitu nefando pollui/ & cõtaminari:pon/
tifices ad aras trucidari:Sanctiſſimas diuoꝝ imagines deleri:uenerandã inte/
meratæ matris dei effigiẽ produci:ipſumq; chriſti crucifixi ſimulacrũ de cru/
ce detrahi:per urbes:per caſtra raptari:iterũq; cruci in luto prouolutæ affigi:
clamitantibus ad ſonum timpanoꝝ impuro ore ꝑconibus:Hic eſt chriſtianoꝝ
deus. Quodq; magis deflendum eſt/ſemperq; ingemiſcendũ uerũ corpus chri
ſti/ſalutare uiaticũ/ex ore ſacerdotũ auulſum ludibrio hẽri. Heu qbus lachry/
mis? quo gemitu? qbus ſuſpiriis? tantas illuſiones/tã diras reꝝ chriſtianaꝝ indi
gnitates colligã? Quis dabit capiti meo fontes aquaꝝ:& oculis meis undas la
chrymaꝝ? ut dei cõtumelias/& fidei detrimenta digne defleam. O ſi mihi facul
tas daretur ſermonis pro reꝝ indignitate/ & lugubri materia explicandi copia
non uiuos tñ/ ſed mortuos: nõ modo chriſtianos/ſed & truculentos hoſtes/ſed
& belluas/& lapides omnes ad fletus ac lamentationes cogerem. Me miſeꝝ pa/
tres pientiſſimi/nequeo uerbis publicas religionis iniurias ſaltem:Et dei noſtri
dei uericontumelias conſequi. Felix etiã atq; etiam felix:qui hæc nec uidit:nec
audiuit. Sed quid iſta obſunt regi ſupremo:cuius maieſtas neq; humanis lau/

dibus tolli:neq̧ cōtumeliis deprimi pōt'qn potius eoꝝ dedecori/& ignominiæ
hæc aſcribēda:qui felicitatis alienæ liuore diuinā rem/& chriſtianā poſtponūt:
qui uerum dei cultum/per quē mūdus eſt:& ipſi regnant:cōtemnentes/ſtertere
uidētur:mutuiſq̧ digladiationibus uires conterūt:magiſq̧ de priuatis odiis/ q̄
de cōmuni ſalute/ac dignitate ſolliciti/adhoc deuenerūt:ut nō de impio ãplius:
nō de laude:ſed de ſua/& liberoꝝ/& uxoꝝ uita certandū ſit:deq̧ ſalute nō cor/
poꝝ tm̄:ſed & aiaꝝ multo illis excellentiū.Nēpe ut ſumma mala minimis ſæ/
pe ueniūt pricipiis:ſcythici latrones tm̄ impii ſibi cōparūt (ut alios maumethī
cæ ſectæ populos ſileā)facti ſine dubio a Ro.potētiſſimi:ut meminiſſe horreat
animus.Deſignatur nāq̧ a boſphoro cimerico/& tanai flumine ad occidētē in
mare adriaticū:& a littoribus ciliciæ/atq̧ Lydiæ ultra montē taurū poſitis/ad
aqlonē ſauo amne & mōtibus noricis.In quo terraꝝ tractu quot ſint:quot ur/
bes ampliſſimæ fuerint:quot,puīciæ opulētiſſimæ/quot regna potētiſſima enu
merare lōgū ac,ppe infinitū eſſet.Tutati eſtis hactenus uos(Q d ut citra aſſen
tationē dictū eſt:ita citra inuidiā accipi uelim)ueſtris armis/ueſtriſq̧ corpibus
chriſtiauā religionē:pro eius dignitate claſſes ualidiſſimas cōſtruxiſtis:exerci/
tus īnumerabiles coegiſtis:pro eius libertate inſulas/urbes/uniuerſum imperiū
expoſuiſtis:detrimēta multa/& magna pro peccatis populi:ſeu pro bōitate ue/
ſtra paſſi eſtis.Nā deus/ut ſeuerus pr̄his/quos plus diligit/filiis triſtior eſt inter
dum/& ſeuerior/uos/parētēſq̧ uros plurimis bellis:& difficillimis:R.p.tpibus
ſuis hoſtibus exercuit.uos inq̄ ſoli:Q uis ſaracenos ex Sicilia,pfligauit'Sena/
tus.V.Q uis Italiam a mauris liberauit:& priſtinæ libertati reſtituit' Senatus
Venetus.qs utrāq̧ hiſpaniā ab his oppreſſam recupauit'Senatus.V.Q uis tot
reges Aſiæ & Europæ a pfidis hoſtibus eiectos/captiuoſue factos īcolumitate:
& regno donauit'Senatus.V.Q uis ante Iopenſem portū cōflixit cū Syriaca
claſſe:& eā expugnauit:Q uæ ſeptingētis nauibus cōſtabat.Exacto ad fidē nu
mero:ut q æqualis tpibus illis ſcriptor fuit/ſuo annali expreſſit:quo ſatis certo
auctore ſtetur'Senatus.V.Q uis Syriā a barbaroꝝ poteſtate ereptā Chriſtia/
næ fidei reddidit'Senatus Venetus.Q uis Cōſtātinopolim diui Cōſtātini ſedē:
olimq̧ Epaminūdæ ducis ſpeculam a ſpurciſſimis hoſtibus eruens:ſuis impa/
toribus reſtituit'Senatus Venetus.Q uis Othomanicos Turcoꝝ principes cō
tudit:perque centum:& quinquaginta annos in ſuis:& alienis ,puinciis:terra:
mariq̧ aduerſus eā ſpurciſſimā:& crudeliſſimā gentē'grauiſſimū:& piculoſiſſi
mū bellū geſſit:Et pene beneficiū abſoluit:Si parū anniti cæteri principes uo
luiſſent'Senatus.V.Veneti Amuratum Othomani nepotem multos annos ab
Europæ traiectu,phibuerūt:Veneti Lazaro Myſiæ deſpoto ſuppetias tulerūt:
Q uo eidē occurreret. Nā qum græci de impio diſceptantes illū traiicerēt:nec
ueneti inhibere potuiſſent:Amuratus alteri græcoꝝ principi:Cuius partes in/
clinatæ uidebantur/ita fauit:Et cōſulto bellum ,ptraxit:donec mutuis digladia
tionibus amboꝝ uires cōtriuit:fractoſq̧:& debilitatos captata occaſione ado/

Turcici īpe/
rii magnitu/
do.

Venetoꝝ dā/
na pro fide.

Geſta Veneto
rum pro fide
Chriſti.

riens magnā thraciæ:& inferioris Myſiæ partē occupauit:beſſoſq;& tribalos
domuit:Neq; his cōtentus in Myſiā ſuperiorē irruit. Quo tpe licet:ſiue noſtroꝝ
temeritate:ſiue fati inclemētia:Deſpotus ipſe cū uniuerſo exercitu & prima/
riis utriuſq; Myſiæ atq; Dalmatiæ pceribus copiiſq; auxiliarib⁹ in coſſouo cā
po occubuerit:Tamē & uictor Barbarus cū ingēti ſuoꝝ ſtrage fuit a fortiſſi/
mo illo Myſienſiū impatore Miloſſo Cobilichio cōfoſſus:ubi tumulus eius ad
huc extat. Veneti thraciā tuentes:egregia & ſupra fidē pclara plia geſſerunt in
Paiazitē primū. Qui poſtea a Tamerlane ad montē:Cui ſtellæ nomē in finib⁹
Gallaciæ:atq; Bithyniæ fugatus:& captus eſt:nec nō in cauea cōcluſus:Ac diu
in triūphi ſpeciē & reꝝ humanaꝝ ſpectaculū circūlatus interiit. Veneti Celepi
no:& Orchani fratribus:ne in paternas ſuccederēt opes:uel inuito græcoꝝ im
peratore:ptinaciter obſtiterunt. Eo deniq; ꝓpoſito in Moſem eoꝝ patruū fu/
erunt:Qui adiuuātibus græcis per parricidiū ad regnum peruenerat. Veneti
Mahumeto tertio Paiazitis filio ſe ſe oppoſuerūt:Qui debellatis macedonib⁹
uſq; ad Ioniū pelagus:& ultra Lydiæ Ciliciæq; terminos infeſto agmine pro/
greſſus orientale Chriſtianoꝝ imperiū tollere conabatur. Notiſſima ſunt:quæ
in Amuratū ſecundū geſſerint:Quē audita patris morte quærentē in Europā
trāſire ab oībus maritimis locis reppulerūt:Iamq; de mahumetico Europæ im
perio conclamatū fuiſſet:niſi ab italis:Qui tū maritimo florebāt apparatu cū
Aſiaticis copiis traductus fuiſſet:Quib⁹ cōfeſtim collatis Muſtafam patruū
Venetoꝝ ge/ interfecit:Et regnū recupauit:Et tāq̄ fulgur totā græciā terraſq;:& inſulas ad/
ſta in Turcos iacētes uaſtauit:Et dira trepidatiōe in ſuā poteſtatē Aulone tenus redegit. Nā
ab Epiro manus abſtinuit. Quod a Ioāne caſtrioto principe Croiā oppidū na
turali ſitu inexpugnabile ſibi oblatū obſides tres eius filios accepit:Cōſtantinū
repoſitū Georgiū cui poſtea a turcis ſcāderbegi nomē inditū eſt:licet et ſtaniſ/
ſam primogenitū ab Iſachbego Baſſa:Per Barachū:& Ieſebegū baſſę filios:do
no antea datū cū multis nobilioꝝ obſidibus hēret. Notiora ſunt:& illa:quæ in
eundē hoſtē moliti ſunt:Qū Sigiſmūdus impator & dux Burgūdiæ Philip/
pus funeſto marte cū eo pugnarūt.hunc.n.Adrianopolim in triūphū ductum
magnis pecuniis redemerūt. Illum cū ſupſtitibus fugiētē:ſua claſſe:quæ fretū
ꝓpontidis cuſtodiebat ab inſequētibus hoſtibus:Qui uelociſſimos habebant
equos liberātes Raguſium cōduxerūt:Vnde in Pānoniā rediit. Tranſeo pſidia
Georgio deſpoto miſſa:Quum auxilio Vladiſlai ſanctiſſimi Pānonum regis re
gno Myſiæ reſtitutus eſt. Prætereo quāta facinora admiranda ediderūt in ora
ꝓpontidis. Vbi ſe idem Vladiſlaus uenetis copiis cōiungere inſtituerat:Quæ
cum ſpes fruſtrata eſt:Quādoqdē Genuenſibus(ut fama eſt)ab Amurate cor
ruptis milite ex Aſia cōducto:& copia reꝝ:quæ ad rem ſpectant militarē:anq̄
ſocia arma adderētur:pannoni occurrendū duxit:Cōmiſſoq; ſub Varna oppi/
do prœlio:licet a Ioāne hunniade regni gubernatore Sabēdinus baſſa Roma/
niæ:hoc eſt Europei exercitus impator fuſus fuerit:Rex tamē incautus adole/

ſcens trucidatus eſt : Reſq; Chriſtiana uulnus æternum in eo conflictu accepit. Nemo eſt tam rerum omniũ neſcius:qui neſciat:quid aduerſus maumethẽ ul/timum geſſeritis:quantum ſanguinis pro Conſtantinopolitano imperio profu/deritis? Quantum pro Trapezuntis Imperatoris ſalute:Et pro boſſinæ:hoc eſt i ferioris pãnoniæ incolumitate laboraueritis? Si pro peloponneſi defenſione aīo deſponderitis? Si florentiſſima:& ornatiſſima claſſe peditũq;:& equitum copia ad nutum Pii Pontificis Maximi inclyto duce Chriſtophoro Mauro moueri/tis? Si Vſuncaſſanum in cõmunem hoſtem armaueritis? Quam fœlici uictoria Caliſſam Aſiaticarũ copiarũ præfectũ (Baſſam Nataliæ dicunt) fugaueritis: q̄q; felici ſucceſſu bis pſtraueritis. Et eundem ipſum Maumethẽ cũ cæde & igno/minia a ueſtris finibus reiecceritis. Quid hodie? Nõne iſtius:qui regnat Paiazi/tis impreſſionem repreſſiſtis? Nõne cum eo bis conflixiſtis? Et turcico robori ner uis omnibus Cladem Italiæ:& plagæ occidẽtali palam minitanti uos obiices de diſtis? Nõne Maximis periculis ueſtris? Quæ uirtute & conſilii felicitate ſupe/raſtis? Vniuerſum humanũ genus a ſeruitute atq; interitu liberaſtis? Riuos ego ueneti ſanguinis decurrentes his oculis uidi: fortiſſimorũ impatorum funera ui/di: Vidi præſtantiſſimorum uirorum corpora ſinus:& littora complere: Caſus nobiliſſimorũ ciuium miſerabiles uidi: Deſideratas naues: & urbes expugnatas uidi in ictu oculi interire: horret animus noſtri tpis ruinas replicare horret. Sa/ne his finẽ ponam nõ tñ:ne ſopitam malorum memoriam ſuſcitem: ſed ne ſan ctiſſimas ueſtras laudes: dum alienas iniquitates depromimus i tali ſermone in/ceſſem. Quæ dixi: curſim pertranſiui: Cur.n.in aduerſis imorer enarrãdis: qum uideam oĩa per uos principis noſtri ducatu fere dixerim reſtituta. Meminerunt hæc oẽs: fatẽtur omnes: Et ſi lumen oculis ineſt: uident omnes: Senatum uenetũ barbaricam rabiem in dies ardẽtius reprimere: nec diutius tantam mali labem: nec ulterius pati tantas indignitates progredi: Quo imanem illam & diram pe ſtem: quæ chriſtianam religionem inficere & tollere conatur: penitus excindat: Et pro uirili parte: adempto hoc uno chriſtiani nominis fulgure Paiazite Tur/corũ Tyranno: q̄ qui unquã perfidiſſimo: & uiolentiſſimo: ultra Scythas & Cau caſum exterminet. Non dicam: ut ad apoſtolicæ ſedis obſequium in reges exter nos: & potẽtiſſimos: ac bellicoſiſſimos populos ſe geſſerint: Qui ſuis cladibꝰ ua ſtitatẽ cruciatus tormẽta ſeruitutem denũciabãt: ut ad ſaga milites ierint ſine ul la dubitatione propter eius periculum. ut Rauennam a barbaris receperint: Vt normandorũ uires fregerint: ut in Federicũ Barbarubrã arma ſuſceperit: Eiuſq; filium Othonẽ uictum & captiuũ Venetias perduxerint: Vt Pontificũ cauſa q per tempora fuerunt: Et libertatis eccleſiaſticæ ſtudio: non minas non diſcrimi/na ulla timẽtes grauiſſimis & periculoſiſſimis bellis defuncti ſint: Non dicam q̄ ſunt illæ inclytæ præ cæteris multorum ſæculorum uictoriæ: quibus Pipinum nauali prœlio fuderint: qui eis omnia præter Riuum altum ademerat. Hunnos omnia maritima loca poſſidẽtes nauali prœlio ſuperauerint. Hemanuelem im/

Senatus ue/neti piæ lau/des.

peratorẽ:qui ueꝝ & imane ac nefariũ facinus quod nulla barbaries poſſet igno
Inclytæ uenetoꝝ uictoriæ. ſcere auſus uno temporis momento Mithridatico exemplo ciues omnes & ne-
gociatores uenetos oppreſſerat præclare ulti ſint. Piſanos:qui mari dominabã-
tur attriuerint: Genuenſes poſt uarias utriuſq; fortunæ dimicationes circa Clo-
diam ita profligauerint:ut pene perdiderint:Neq; enim amplius aut ſpiritũ re-
cipere:aut libertatem amplius retinere potuerunt. Nihil autem maiore laude di
gnius ac admiratione cenſendũ: q̄ in ipſa uictoria quæ mortales reddere inſolẽ
tiores ſolet:tantam ĩ uobis eſſe modeſtiam. hoſtes quidem ſæpe numero captos
comiter benigneq; accepiſtis:Ad ſuos remiſiſtis:doniſq; ornatos: nedum incolu
mes:ut oſtenderitis uos nõ minus liberalitate & domeſticis uirtutibus q̄ bellicis
artibus ornatos:neq; tantũ belli finem quæ uictoria eſt:Sed etiam eius fructum
uelle:Qui maxime in liberalitate:clæmentiaq; conſiſtit. Vnde ſũma imperatoꝝ
gloria:Illuſtreſq; Ducum laudes emanarunt:ut Scipionibus:Epaminũdis:& cæ
teris ſimilibus euenit. Vos a captiuis mulieribus manus uictrices abſtinuiſtis:ut
pro uno:quem Roma tulit:Scipione: Venetiæ ſuos omnes imperatores efferãt.
Vtinam pleriq; ex chriſtianis principibus peſſimæ huius artis magiſtri non eſ-
ſent:Melius certe ſeſe Italia haberet:Meli⁹ res chriſtiana:Quæ erubeſcit: Qũ
legit ſertorii inſtitutum inquientis:Genoroſo quidem homini cum honeſtate uĩ
cere optandum eſſe:Cum turpitudine uero nec ſalutem quæri debere. Hoc ſer-
munculo ne:Quod denegaram me facturum:facere uidear:omiſſis his & mille
aliis:Quę non ſunt his minora:Regustans publicas laudes:a quibus pedem nõ
egredior:materiæ indulgeo non ſeruio:neq; quo inuitat: Sed quo ducit eius ue
Lauretani patroni ſcodrẽſium. ſtigia ſequor. Occurrat hic mihi aliquis:Si ſũmatim quę R.P. pro fide & digni
tate ſua geſſerit percurri:an Lauretanæ familiæ laudes tacit⁹ p̄terire uelim. Qũ
præſertim:tantum illa bene merita de. R.P. fuerit cuius nullum decus:nullũ di-
ſcrimen fere fuit:In quo Lauretanus quiſpiam ordinem nõ duxerit: nõ memo-
ratus fuerit:ut ex omnium annaliũ teſtimoniis cõſtat. Vtinã poſſim coꝝ nuda
nomina enumerare:uti debeo:& cupio:etiam facta celebrare:nam p̄ter ſuſcepti
officii rationem:accedit & illud: ꝙ quãuis oẽs patres & patricios uenetos ut do
minos ſcorda coluerit:obſeruaueritq;:tamẽ Lauretanos ab initio patronos ſibi
adoptauit:ut ſidicini caſſios:puteolani brutos:lacedæmonii claudios:ſiculi mar
cellos Allobroges fabios Bononiẽſes Antonios dyrrhachini Cicerones: Sub pe-
culiari Lauretanoꝝ tutela extiterunt maiores noſtri:in lauretanorum cliẽtela ui
xerunt patres noſtri:Nobis filiiſq; noſtris loco parẽtum ſunt in hodiernum diẽ
Lauretani. Sed & ille omnium rector deus effecit:ut ex omnibus anguſtiis ali-
quo Lauretanorum duce erepti fuerimus. Lauretanorum aliquo ſocio pariter
& rectore labores (ut ſuo loco dicemus) & pericula: & mala fere omnia p̄peſſi
Lauretanæ Domus laus pulchra: ſumus:Illud autem ianuam dicendi aperiat:Quod nihil unquam in magſtra
tibus: in adminiſtrationibus imperatoriis in tot bellis præter nudam. R.P. glo-
riam quæſierit:Nihil præter laudem ſibi comparauerit Lauretana domus illu-

ſtriſſima: quæ quiddam peculiare propriūq;: ſiue diuinitus: ſiue humano conſi-lio habere uidetur: Vt frequenter eos uiros exhibeat: qui labantem iuſtitiā eri-gant. Et nutantem. R. P. ſtatum difficillimis temporibus confirment: & in priſtinum decus: ac gloriam uēdicent: Cuius commune decus: ut ex omnibus annalibus conſtat: quod non uidiſſe hiſtoricos noſtri tpis admiror: illud fuit: Quod Baiamontis coniurationem: qui inimicus: & non minus fortaſſis q̄ Catilina olim ſuæ ciuitati infeſto animo fuit: magno animo oppreſſit: Et a paucis optimatibus: Sed maxime a Piſanis: Duodis Landis: Delphinis adiuta libertati patriæ in æternum conſuluit ſublato penitus domeſtico certamine: & ipſo ſeditioſi nomine ab omni hominum memoria obliterato. Imprimis occurrit Nicolaus Lauretanus triremis præfectus: Qui ſeptem triremes ſingulari quāq; certamine ceperat decies ab hoſtium aliquo: qui manu promptiſſimus haberetur prouocat⁹ pugnauerat: & hoſtem trucidauerat: ſub Carolo Zeno imperatore. Quo tempore a Genuenſibus clades illa accepta eſt memorabilis ad Iadram poſt admirandai quæ edidit facinora: tredecim aduerſo pectore uulneribus acceptis non pri⁹ a conferto hoſtium agmine capi potuit: q̄ exangue corpus cecidit Aloiſius Lauretanus ſub Andreæ contateni principis imperio tantum belli artibus eminuit: ut paucis mēſibus interiectis ex triremis unius præfecto claſſis legatus fuerit declaratus Marcus uelut ſidus fulgentiſſimum iter alios Imperatores emicuit: cuius ſapiētia: & eloquentia ſumma in difficillimis rebus apparuit aduerſus Scalanum Veronenſem tyrannum: Qui diu acerbeq; patauinos uexauerat: Marc⁹ Lauretanus omnia fere patauini agri oppida: aut expugnauit: aut in uoluntariā deditionem induxit: Marcus Lauretanus in Scalanas copias ꝓſpere pugnauit: M. Lauretanus legatus ad patauinos miſſus: Ne in duriſſimam amplius ſeruitutem reciderent pro concione populo perſuaſit: ut e ueſtigio ad popularem ſuū Marſilium Carrarium regimē deferrent ciuitatis: Deinde ad Marſilium conuerſus nihil: quod ad æquitatem: & rectæ adminiſtrationis formam ſpectaret: docēdo: monendo: inflāmandoq; omiſit. Quæ Paulus qui cognomento magnus dicebatur: naualibus prælijs geſſerit: quot illuſtres uictorias ex hoſtibus reportarit: Si quis mandare litteris & poſteritati uellet in longiſſimas profecto hiſtorias exiret. Is uenetos mercatores in creta ab hoſtibus obſeſſos nouem triremibus liberauit: & uenetias incolumes traduxit. Is contra Ludouicum pannonum regem taurīſium defendens grauiſſimi belli: quo patria erat implicita: leuamē fuit. Temerarios cretenſium motus oppreſſit: inſulæ ſtatum recognouit: rebelles ſupplicio affecit: antiquum ocium cæteris reddidit. In his non immoror: ſed in tranſitu rerum capita delibo: ut noſtrum panegyricum percurrere uolentibus guſtū aliquem ex Lauretanæ ſtirpis: undantiſſimo flumine: non poculo: Sed manu appronē. Petrus terreſtri naualiq; certamine plurimum effulſit: in bello: quod aduerſus Philippum Mediolani ducem geſtum eſt: dum Brixiæ ſummæ rerum

Nicola⁹ Lauretanus.

Aloiſius Lauretanus.

Marcus Lauretanus.

Paulus Lauretanus Magnus cognomento.

Petrus Lauretanus.

præſſet:egreſſus urbem inermis unde incompoſitam turbam exeuntem compoſuit:qua fortiſſimo animo multas cohortes hoſtilesque citato curſu uſq; ad portas excurrerant concluſit:aſtuq; militari ad locum inſidiarū conduxit: ubi ſerio marteq; aperto inuaſit:fudit:profligauit:plures trucidauit:plures captiuos in urbem ueluti triumphans traxit: hic poſtea ſummo conſenſu patrum dux claſſis declaratus eam ab adriatico mari ad tyrrhenum ambitu longiſſimo maturius: atq; celerius q̄ quiſquam cogitare potuiſſet:deduxit:& prope in conſpectu genuæ urbis cum munitiſſima genuenſium claſſe cui Fraciſcus ſpinula Philippo auctore præerat acerrimum prœlium cōmiſit:in quo tandem uictor poſt multas hinc & inde cædes euaſit.Spinulam & eius trierarchos in poteſtatem ſuam redegit:multos milites cæpit.Idem per padi fluenta inuectus mantuanos fines populatus eſt:& niſi intemperie cæli in morbum: quo ſub ipſum fere aduentum correptus eſt:incidiſſet:feciſſet patriæ gradum ad ſummam uictoriæ.Nam nautici homines illum tanquam deum uenerabantur:& tanquam patrem amabant:cuius certiſſimum argumentum hinc maxime patet:q̄ maxima remigum: & aliorum turba Venetiis falſo uictoriæ nuntio concitata : qum ad diripiendas tabernas magno impetu iam uerſa eſſet:nec ullis magiſtratibus cohiberi poſſet:ſolo Lauretani aſpectu compreſſa fugam arripuit: hic tamē queadmodum Ariſtides:Epaminundas:Curius:Fabricius:nihil aliud poſſidere uoluit: q̄ cuius uſum natura poſtularet:ſupremoq; eius die de publico: qm̄ de ſuo nihil erat:Elatꝰ eſt: Adeo paupertatem amauit: Et pauperes cognomine gloriatus eſt.Paupertate q dem non erubeſcunt niſi qui præter ſuam uoluntatem pauperes ſunt.

Laurentius Lauretanus.

Laurentiꝰ quoq; non eſt diſſimulandus:qui mare quod ſæuiſſimi pyratæ infeſtum fecerāt: paucis diebus Pompeium imitatus:pacatum:ac tutum reddidit.Prætereo in turcos quas pugnas ediderit: Quas clades illis intulerit. Vtinam:non legatus:non parti claſſis ueſtræ præfectus:Sed imperator fuiſſet in expugnatione euboeæ:nā & cladē illam nō ſenſiſſet.V.R.P.imo chriſtiana: & turci nūq̄ amplius fortunæ maritimæ ſe credidiſſent.

Ludouicus Lauretanus.

Poſt hūc Ludouicus prorūpit prælii naualis tanq̄ fulmē:& de ſe ſileri non permittit:qui legatus Victori Piſano Petri exēplo:quem ſibi perinde atq; Cato Fabiū Maximū imitandum propoſuerat:datus ad antium uictoriam illam in ligures peperit: quam omnia ſæcula celebrabunt : & Carolo Zeno omnem oram liguriæ deuaſtauit:oppida plura cæpit:q̄ dies in ea egit capta ac direpta ſubiecta flamma conſumpſit.arces munitiſſimas retinuit.

Aloiſius Lauretanus.

Aloiſiꝰ item ille Lauretanus hoc ſolum ex plurimis facinus attingi exigit . quod qum præfectus:cum imperio aduerſus alphonſum regem miſſus eſſet:paruo temporis interuallo deduxit claſſem in mare ſiculum . Regiam ectheam eximiæ magnitudinis nuper inſtructam : pluresq; nauis:quæ cum ea in portu erant flammis abſumpſit:triremes ad meſſanæ ſubſidium citato curſu uenientes oppreſſit:mox inde ſiciliæ oram præteruectus in portu ſyracuſano cathena & repugna

culis munito:exituq; occluſo/multas hoſtium naues in quibus duas genuenſium
onerarias mille & quingentarum utrãq; amphorarum incendio penitus abſum/
pſit/ingenioſe oneraria ſarmẽtis & ſulphureo puluere referta imiſſa : quæ uenti
uiolentia cathenas/& obiectas omnes moles:uiris ad hoc facinꝰ animatis actua
riæ ad hunc uſum eo protractæ redditis perfregit. Q uãti Aloiſium etiam Lau Aloiſius Lau
retanum patria hæc fecerit:certiſſimum eſt illud argumentum:quod qum præ/ retanus.
mium non haberet eius meritis dignum neq; aut principalis locus: aut procura
toria dignitas uacaret:auctus eſt per.S.C.procuratorum numerus:primiſq; ip/
ſe comitiis creatus. Is aduerſus ſfortiam legatus miſſus militarem ſeditionẽ:ꝗ
parum abfuit:quin maximum in diſcrimẽ.R.P.adduceretur:ſua ſedauit affabi
li auctoritate eaq; prudentia/qua Ariſtides uſus dicitur:ex multis octo tm̃ com
præhenſis/qui in ea noxa erant: cæteris/qui erratum ſuũ obſcuri eſſe credebant
pœnitẽtiæ loco relicto. Is poſt carauagianam cladem/ut Brixiæ circũſeſſæ opem
ferret/deſtinatꝰ/qum urbem obſidione undequaq; uallatam ingredi nequiuiſſet:
ueronæ mira uelocitate peditum/& equitum uim magnam contraxit:unde poſt
ea ſforcia fœdus uobis neceſſarium uobiſcum percuſſit. Is claſſis imperator Iſt/
hmum:prout xerxianis temporibus fuerat: a græcis muniuit : Argos diripuit:
Baſilium/& alia omnia corinthiaci ſinus oppida/ualidiſſimam turcorum manũ
circa neapolim trucidauit:turcicum nomẽ ex uniuerſa pelopõneſo deleuit/ arca
diam in ſolitudine uſq; ad eiuſdem nominis oppidũ poſuit. Paruo temporis in
teruallo ſeptem & quadraginta hoſtium naues partim incẽdio partim alia ui p
didit. Non inferiora illa/quæ deinde contra ipſum turcorum ſæuiſſimum tyrã
num/ & fidei noſtræ hoſtem acerrimum geſſit:longum eſſet cõmemorare quot
eius portus/& ſinus depopulatus ſit:quot uictorias in multis certaminibus mari
timis reportauerit. Q uid de Andrea Lauretano dicam? qui iuuenis impiger ali Andreas Lau
is ueneti nominis illuſtribus fortiter cadens exemplum reliquit memorabile in retanus.
eo prælio/quo parum proſpere liguſticum pſidium tentatum eſt. cuius uirtꝰ ma
gnam reuerentiæ partem habuit etiam apud hoſtes/ quorum ignauia quamuis
fortunata ſua ſibi conſcientia iudice uituperatione digna uidebatur. Nec mino
ri admirationi Georgius eius frater fuit/ qui & facinus & fatum illius ad byzã/
tium ſecutus eſt. Q uo piaculo Iacobum/taceam uirum pclarum inuicti animi
imperatorem? cuius præclariſſima geſta alterius tractatus ſunt & temporis. nõ Iacobus Lau
dicam:ut audita byzantii expugnatione/quam præuenire non potuit ſerius ab retanus.
urbe miſſus:inumerabiles ſtrages/ac calamitates turcis/qum præfectus claſſis eſ
ſet:intulerit. Vt lẽnum imperio adiecerit:ut apud euboeam multa hoſtium naui
gia prœlio acerrimo depræhenderit/demerſerit/cæperit: pluresq; captiuos cru/
deliſſimis ſuppliciis (ut merebantur)affecerit:ut inſulas omnes & omnem ma
ritimam oram ſtrenue ab omni eorum incurſu tutatus fuerit. Longã operis ſe/
riem & illa exigunt:quæ antequam imperator eſſet: ſtrenue geſſit pſertim dum

Byzantium/ terra/ mariq; a turcis obſideretur. Petrus item Lauretanus Aloiſii fi
lius in portu callipolis a claſſe turcorum contra fidem circũuentus/& inſidiis pe
ne captus animi magnitudine/& naualis militiæ peritia per medios hoſtes pene
trauit:collectiſq; claſſis reliquiis illos oppreſſit. Sequitur Daniel Lauretanus: q
pulcherrimã atq; clariſſimam græciæ parté in deditioné accepit: & in fide ꝓpe
tua.cõfirmauit Imperiũq; ita geſſit ut & pro Themiſtoclis ſententia hoſtium cõ
ſilia ſcire ac ꝑſagire nõ ut ſummam impatoris uirtuté eſſe ſed neceſſariũ ſtudiũ
diſſiniens laborauit. Et ꝓ Ariſtidis iudicio pulcherrimũ & ueri imperatoris mu
nus ducés manus abſtinétes habere/nõ modo manus ſed & oculos uenetus Sci/
pio cõtinuit. Aloiſius Lauretanus: itéq; paulus minores qui claſſis eugenianę tri/
archi:& Leonardus belgicæ triremis ꝑfectus aduerſus turcos & animum/ & feli
citatem ſuę familiæ ſub Aloiſii gentilis imperio ꝑſetulerunt. Alterq; Georgius
Lauretanus/qui per padi fluenta triremibus:quibus præfectus fuerat uectus/in
gens bellum cum ſfortia/& Mediolanéſibus feliciter geſſit. Franciſcus ité ille/cu
ius magnificentiam Leoneli æſtenſis uxor/aragoniæ regis filia/ quam purpureis
uelis aduexit/admirata extollendo ſatiari nõ poterat. Sed hi de ſe ſilentium fieri
æquo animo patientur:qm̃ occurrit Antonius Scodréſis cognométo/qui tñ alio
in loco de ſe dicere ꝑcipit:q̃ incredibili conſtantia & intrepido animo ſcodrę ob
ſidioné in omnium rerum deſperatiõe pertulit: Vnde ſubito ut hoſti terra uicto
nauali exercitu occurreret:claſſis impator oibus fere ſuffragiis creatus rem ue/
netam/ in magno rerum diſcrimine confirmauit:& qua celeritate / quãta ſtrage
magnam barbarorum multitudinem:quæ naupactũ obſidione cinxerat percu/
lit:& in turpiſſimam fugam uertit:nec inferiorem lauream ex Lẽno inſula libe/
rata reportauit. Vbi primo impetu turcorum munitiſſimam claſſem non abſq;
magna eorum cæde ꝓfligauit. Quis breui compẽdio poſſet quanta eius aucto/
ritas fuerit in bello ferrarienſi legatum agentis recéſere? certe niſi fata illum in/
tercepiſſent:ut publica omnium uoce ferebatur: Hercule proſtrato uoti compos
leo fuiſſet: Et ipſe qum in patriam rediiſſet/abſq; dubio: quia ſic publica omniũ
fama ferebat:declaratus princeps fuiſſet. Poſt hos Hieronymus parens tuus in/
tegerrimus ſequitur cuius tot/tantæq; uirtutes fuerunt:ut ſi exiguam earum ꝑti
culam digne celebrare poſſem:hoc uno & hiſtorias priſcas/& annales tam græ/
corum/q̃ Romanorum lõge ſuperarem. Vni multa ueteres ſcriptores/ſed nõ om
nia dederunt. nullæ uirtutes/mores/ſanctiſſima uitæ inſtituta / optimum uirum
decẽt:quæ clariſſimo patri tuo aſcribi non potuerint : circũfertur una omnium
uoce eum & togæ/& armorum artibus adeo præſtitiſſe: ut in his æqualem glo/
riam/ac laudem parq; decus ſine ulla obtrectatione conſecutus ſit. Vt reliq̃ tam
ciuilia/q̃ militaria eius facta ſileam:& in his ſumma cum laude gerendis diſcipli
nam adeo ſeueram: clariſſimum adminiſtrationis. Publicæ ſpecimé ꝑtermittere
minime deberẽ:quãq; adeo ſanctã uitæ traducendæ diſciplinã ille oibus nume/

Petrus Lauretanus.

Daniel Lauretanus.

Aloiſius Lauretanus.

Georgius lauretanus.

Franciſcus Lauretanus.

Antonius lauretanus Scodréſis cognomento.

Hieronymus Lauretanus Prin. pater.

ris exegerit:Sed crudelia fata ante diem interceperũt ad ſummũ culmẽ pleno
gradu tendentẽ. Diuinus ac ĩmortalis deus potiuſq̃ homo habitus eſt:iuſtitia:
prudẽtia:pietate:uirtutibus oĩbus admirabilis in p̄tura patauina:in qua ſupre
mũ uitæ diẽ obiit:atq; tãq̃ unicũ exẽplar:& magiſtratuũ:& priuatoꝝ hominũ
in hodiernũ diem cõmemoratur:Vnde ſummã eius integritatẽ:fidẽ:probitatẽ:
cõſtantiã:æquitatẽ:beneuiuẽdi inſtituta:mores:quos ſequerẽtur pleriq; oẽs de/
ſcriberẽt.Nihil tã ſimile unq̃ fuit inter patrẽ:& filiũ quẽuis:quã qoud in omni
uitæ gradu: & dignitatis inter illum:teq; ſemper fuit:ut a paternis uirtutibus
nulla in re diſcreparet filius:ut pater talis eſſet:qui nõ niſi talẽ filium ꝓcrearet.
Nullã faciã mentionẽ de uiris rariſſimis:quos nr̃a ætas tulit:inter quos nõ po/
ſtremũ locũ tenuit Andreas qui in hoc ultimo:& grauiſſimo bello:quod aduer
ſus paiazitẽ geſſiſtis:claſſe ex tpe:ſineq; ſenatus aut imp̄atoris mãdato:eaq; ua
lidiſſima cõparata ueluti unus decius ſeſe pro p̄ria uouit.Parco noĩbus uiuen/
tium:qui maioꝝ ueſtigia pro uirili parte ſequẽtes familiã ſuã ornamẽtis accu/
mulant:in q̄bus eſt Antonius eques clariſſimus:in quo q̄d deſiderari poſſit ne/
ſcio.Si ꝓbitatẽ q̃ris:uir optimus:ſi eloquẽtiã:eloquẽtiſſimus:Si Pu.adminiſtra
tionẽ:expiẽtiſſimus:ſi deniq; oĩa:ad unguẽ expolitus. Eſt &.M.Antonius Lau
retanus uir clariſſimus:cuius mores:ingeniũ:prudẽtia uniuerſæ ciuitati patent
nõ eſſe uulgaria.Eſt Andreas Lauretanus:nũq̃ pro meritis laudatus cuius uitæ
& actionibus interfui:Vir ad ſumma quæq; obeũda natus:Cui res militaris:&
caſtrẽſis labor terra:mariq; tã ſunt faciles:quã pacis:& togæ negocia expediẽ/
da. Qui reꝝ humanaꝝ plenã cognitionẽ:& oẽm ciuilẽ rationẽ longo uſu:ua/
ria expientia:& fortunaꝝ uiciſſitudine tenet:Quẽ Senatus:populuſq; Brixia/
nus:atq; uniuerſa plebs regni uerius:quã agri Brixiani:ut patrẽ amant:ut libe
ratorẽ admirantur:utq; ſpirans uirtutis ſimulacrũ adorant:quẽ &.R.P.gratia
& priuata ſibi quiſq;:aut ſaltẽ ad ſe quoq; ꝑtinẽte ratione:uno cõſenſu:ꝑpetuũ
(Si mos ueſtræ.R.P.ferret) prætorẽ ſibi exoptarẽt.Dictitãt publice Princeps
excellentiſſime & p̄res ampliſſimi eũ prętorẽ ſupaſſe omniũ nõ modo expecta
tionẽ:ſed etiã deſideriũ:illũ Patrẽ patriæ:Illum omniũ tutorẽ fuiſſe:cõmunẽq;
parentẽ coꝝ:qui indigne laborabãt:Illum tutelã pupilloꝝ geſſiſſe:Viduas ꝓte/
xiſſe:illũ Res:quæ ad miſericordiã:& ad pauptatẽ ſuſtentandã ꝑtinẽt:fouiſſe:
illũ extra oẽm uel minimæ auaritiæ ſuſpitionẽ poſitũ:& per oĩa inocẽtiſſimũ.
Si nũc tp̄s eſſet Princeps &.P.eminẽtiſſimi:libẽter exponerẽ:quod ſui deſide/
riũ:q̃ iucundã memoriã:qum Brixia diſceſſit Andreas Lauretanus pectoribus
omniũ reliquit.Vidi totam ciuitatẽ oĩa oppida:& caſtella Brix.Iuriſdictionis:
quoad illis ab illo p̄miſſum eſt:ſũmo ſtudio abeuntẽ comitari:& cũ fletu ꝓſeq.
Tum circũſpiciebã omniũ uultus:& oculos.Vbiq; aut mœſtũ erat ſilentiũ:aut
inter loquẽtes lacrimæ ꝓrũpebãt:& ſuſpiria.In hoc uno hærebãt. Vna omniũ
uox audiebatur:in unius abitione abire iuſtitiæ columen:prudẽtiæ oculũ:pa/

Andreas Lauretanus ĩ bello nauali defunctus.

Antoni⁹ Lauretan⁹ eques.

.M.A.Lauretanus.

Andreas Lauretanus nũq̃ ꝓ meritis laudatus.

Andreæ Lauretani diſceſſus ex prætura Brix.

tientiæ ſpeculum:temperantiæ exemplũ:uirtutes omnes:omniaq; abire bona.

Frãciſc⁹ Bragadenus clariſſimus philoſophus.

Deum teſtem inuoco Princeps:& patres optimi:me uera comperta:hiſq; oculis uiſa:ſine fuco:ſine amplificatione memorare. Teſtor Chriſtum Ieſum pro ſummis:& ſingularibus Andreę Lauretani uirtutibus:eius diſceſſum adeo doluiſſe uniuerſam ciuitatẽ:& agrum Brix.ut niſi uir clariſſimus:ſapientiſſimuſq; philoſophus:qualis & quantus eſt Frãciſcus Bragadenus:illi ſucceſſor datus fuiſſet:neq; uinci poſſe:neq; ſedari a dolore mœror uideretur.

Antoni⁹ Lauretan⁹ minor

Mitto Antoniũ minorem Andreæ defuncti fratrem:Mitto alios iuniores:qui domũ Lauretanam illuſtrare non deſinunt olim nominandi. Vtinamq; quos in præſentiarum nominaui:idoneis uerbis: & laudibus efferre potuiſſem. In ſumma Princeps domus tua non uſq; quartum genus:quod Roma in Catonis domo admirata eſt: Sed uſq; ad quadrageſimum quartum imperatores:& conſules. Cæterum quãdo ita tulit neceſſitas:ut indiſertus:aut ingratus uideret:indiſertiq; potius nomen:q̃ ingrati ſubire maluerim:Ne propoſitam pietatis erga uos meæ:offiiciiq; debiti partẽ deſideretis:annitar.Gratias uobis Princeps & P.C. Et publico iudicio:& priuato nomine agere debeo.Scodrenſes quidẽ:uel(ut uerius loquar) Scodrenſium reliquiæ de ueſtra in ſe beneficientia una uoce loquuntur:Vobiſq; conſeruatoribus ſuis hic gratias agere cupiunt:clamoreſq; ſuos:quibus cotidie benignitatem ueſtram tollũt in cœlum:a uobis exaudiri.Sed q̃m idquod fieri decet:non poteſt:qum ciues mei per totum ſint imperium ueſtrũ diſperſi: Hãc ſponte prouinciam ſuſcepi:ut eſſem iam non priuati ſtudii litterarum:Sed uelut patriæ infelicis orator. Sed antequam gratiarum actionem maiore uoto:q̃ ingenio perſoluam:oſtendere oportet:ueſtra in nos & maxima:& pulcherrima beneficia non a fortunæ felicitate: ſed a iuſtæ clæmentiæ ratione proceſſiſſe. Nam qum omnes mortales iuuare boni ſit principis:ium præcipue benemeritis:& grauiter affectis ſubuenire(uti miſeri ſumus Scodrenſes) & boni:& ſapientis eſt.Idq; non tam ſtudio laudandi patriam meã:Aut prædicandi parentum meoꝝ merita:q̃ officio demonſtrandæ prouidentiæ ueſtræ faciam. Obſecro Princeps:& patres benigniſſimi: Qua patientia hactenus audiẽtiam mihi feciſtis:ut ueſtra beneficia recognoſcere poſſitis:non noſtra merita dicam:ſed

Scodrẽſium fides in Venetum ſenatũ.

quæ paſſi ſumus mala:& miſerias audiatis:Quarum recordatio in bonis non niſi dulcis eſſe poterit:Vt eſt nautis tempeſtatum:& ægrotatione leuatis morborũ memoria.Nec meis lachrymis aut ſuſpiriis moti ſilentiũ indicatis.Eſt.n. aliquod doloris leuamen:Eſt aliquod mœroris delinimentum ſuas calamitates narrando lachrymis:atq; ſuſpiriis pectus laxare. Quenã igitur ciuitas in fide: & amore Veneti nominis Scodrenſibus ſe conferre:nedum anteferre audebit? Qui primi omniũ populorum totius Dalmatiæ:Macedoniæ:Epiri nõ marte uicti:non obſidione fatigati:non bello laceſſiti ultro ſe detulerunt. Petrũ Becichemũ auũ meũ ad uos(ut audio)legatũ miſerũt:Qui ubi data copia fandi:

Quod inquit uobis Princeps: & Patres Veneti: Venetoq; imperio felix: & fauſtum ſit: Quod nobis: & Scodrenſi. R. P. bonum: & ſalutare ſit in perpetuum: Ego: & hic collega meus Stephanus Ionima ſenatus noſtri decreto nos: urbeq; noſtram: agrũ: oppida: quicquid poſſidemus: uobis dedimus: tradimuſq;. Exploratum quidẽ nobis eſt: Melius rẽ patriã Veneta ſub ditione: q̃ ſui arbitrii legibus uicturam. Accipite hanc fidem publico Scodræ nomine: quæ ſi cõmouere ſe funditus: atq; huc uenire potuiſſet: libentius: & plenius tali functa eſſet officio. Semper fuit: Eſt: eritq;: quã Scodræ fidẽ accipitis: ſancta: & conſtans: incorrupta: & æque in aduerſis: atq; ſecũdis intemerata. Tum Baſſa utriuſq;: Myſiæ. Thraciæ: atq; Græciæ rex: Qui qum non potuiſſet ſuo nos iugo ſubdere: magis atq; magis indignatus quod libertatẽ noſtram uobis: & qualecunq; erat regnum ſponte noſtra ceſſiſſemus: ualidiſſimo nos exercitu oppugnare cœpit: floriumq; Becichemum aui mei patruum uulnere tardum: in primo congreſſu pro mœnibus patriæ captum: in uinculis mori crudeliſſime coegit. Diraq; bi&ẽnii obſidione uexauit: adhuc uexaturus: Ni felicis Laurentii Lauretani auſpiciis mors regis opportuna fidei noſtræ ſacramẽtum ab eius libidine: & furore liberaſſet: Stephanus Myſiæ deſpotus ſtatuens & ipſe nos inuitos ſuo regno adiicere ingentibus copiis per multos menſes: Omnia noſtra ferro flammiſq; deuaſtauit: poſtea urbẽ omni tormentorũ genere expugnare laborauit: Qumq; irritos uidiſſet conatus ſuos: Quarto deinde menſe ipſe in regnũ rediens Maſerechum imperatorẽ ſuum uirum ſtrenuum & impigrum reliquit: Qui tres ferme annos fame ad deditionẽ compellere nixus eſt. Tanta urbem penuria inuaſerat: ut extrema rerũ omniũ inopia: debiles q̃ plurimi perierint. Tum captato periculoſo: neceſſario tamẽ conſilio: ſeptem patritios ex totidem: hiſq; primatiis patritiatus familiis: Velut tranſfugas ad hoſtem miſerũt: Qui ſuo aſtu fidem hoſti fecerunt urbem ſe dedituros per factionem: Si permitteret illos collecta ſuorum manu ad portas urbis nocte intempeſta ſubito euolare. Quo facto ſignum ex cõpoſito dedere: Ciuitas patentibus portis effuſa hoſtes nihil tale opinantes: & adhuc ſtertentes oppreſſerunt: Et Maſerechum caſtris ſpoliarũt: Qui equo ualociſſimo ſublatus uix ſolus euaſit: ſucceſſor Stephani Georgius cognomine Vuchus infeſtiſſimo animo: maioreq; conatu quã patruus Scodrã inuadit: undiq; uallo: & foſſa cingit. Sed & ipſe magna accepta ſuorũ ſtrage ſeptimo a die obſidionis menſe diſceſſit. Non multo poſt Baſſa minor noĩe Ioannes bellũ intulit: Quẽ ueſtris armis & auxiliaribus Frãciſco Quirino: & Nicolao Lauretano legatis nõ modo profugauimus: Sed etiã e regno expulimus. Qui in Dauniã traiiciens ab illis adiutus: quibus gloria Veneti noĩs erat inuiſa: grauius belli incẽdiũ excitauit: Quod ſtatim extinxiſtis icto cũ eo fœdere: ex cuius formula illi antibarũ ceſſiſtis: & driuaſtũ oppida. Paucis poſt annis dux Stephanus ipſius Baſſæ ſocer ex ſuperiore Myſia innumerabilem exercitum

Scodrẽſium fides in Venetos.

duxit:agrum diripuit totum:inq; eo oppidum dagnum incendit:ad ciuitatem
noſtram opprimendam maturantē Aloiſius Lauretanus ſuperueniens claſſico
exercitu fudit:Scodrenſibuſq; proſequentibus dux ille cum paucis qui cele/
rioribus inſederant equis/ uix euaſit:quicquid in Scodrenſi regione poſſidebat
amiſit:quo tempore auus meus in driuaſti expugnatione fratrem amiſit:cuius
& ipſe fatum mox ſecutus eſt. Deinde Altomanus dux bellicoſiſſimus multis
cum legionibus & agrum/ & oppida/ & quicquid Scodræ adiacebat/ fere occu
pauit:Elatuſq; uictoria ad urbem etiam inuadendam aſpirabat.At Scodren/
ſes captata temporis/ & loci opportunitate in hoſtem Buenam inſolenter traii/
cientem impreſſionem fecerunt:qui inopinato caſu territus/ fugæ ſe dedit:
Q umq; fugientem pertinaciter noſtri inſecuti fuiſſent:una cum fratre prope
ſuacium oppidum noſtrum captus:Venetias uinctus miſſus eſt:hic conflictus
uel unus teſtis eſſe poteſt & uirtutis/ & fidei patriæ:ſi cōflictus ille dicēdus eſt:
qui hoſtes animo magis/ q̄ armis inuaſit:& eius terga in ictu oculi cecidit:ita
ut ſermo iſte prolixior ſit q̄ res illa fuit. Omitto prouinciæ regulos/ qui nobis
aſſidue inſenſi & infeſti fuerunt. Nonne Princeps & Patres Illuſtriſſimi ex tot
uariis/ & extremis periculis patria mea Scodra inter omnes:quæ ſunt:quæ fu
ere:quæ futuræ ſunt fidiſſimæ ciuitates/ prima eſſe deberet? Omitto quod cen
tum/ & eo amplius annos paſſa eſt/ uidit/ ſenſit tot rapinas/ populationes pro/
phanorum/ ſacrorumq; direptiones:Tot effuſas per phana/ ac templa/ per pu/
blica/ ac priuata ædificia flāmas:tot uillarum/ & caſtellorum incendia:horren/
dos efferentium prædas/ repetentiumq; diſcurſus:Omitto barbaricos ex diuer
ſis clamoribus ſonos:non ſonos/ ſed tonitrua:repentinoſq; ruentium tectorum
fragores:Omitto tot cædes/ fœditates uulnerum obſidiones:in quibus tam in/
comparabili fide/ urbis mœnibus omni ex parte exciſis/ ſua corpora telis ho/
ſtium:& tormentis/ nihil minus q̄ uitæ/ aut mortis diſcrimen æſtimans oppo/
ſuit.Infinitum eſſet talia percenſere.Ad alia deſcendamus.Scodra annos pro/
pe triginta Ottomani imperium:martemq; tam grauem/ & periculoſum ſuſti/
nere potuit. Scodra tantas uictorias de immaniſſimo hoſte/ de tot interneciui
belli prœliis reportauit:Scodra Paulo Lauretano prætore Caliſſam Aſiatica/
rum copiarum præfectum:Q ui ſexaginta armatorū milibus inſtructus qua/
triduano temporis momento ſeſe urbem expugnaturum iactauerat turpiter re
pulſum a mœnibus relictis caſtris/ & impedimentis fere omnibus fuga ſibi:
& expedito militi conſulere coegit.¶ Taceo quæ geſſimus auſpiciis Scanderbe/
giquē imperatorem ueſtrum in ea prouincia declaraſtis/ & Veneta nobilitate
donaſtis:poſtea q̄ a Meſithbego Turcorum præfecto/ ſub quo militabat clam
abiens/ paternum regnum recepit. Nonne Amurathē iſtius/ qui regnat/ auum
uexauimus? Et ſub Croiæ mœnibus magna turcici exercitus parte conciſa
præindignatione expirare coegimus? hoſtiles prouincias ferro/ flammaq; de/

Scodrēſium fides in Venetos.

uaſtauimus? eoq; duce theſſaliſq; & Epirotis confiſi ad ſtrimonem uſq; perue/
nimus? Taceo quæ Ioſaphato Barbaro legato geſſimus: qum lechas Ducagi/
nus in fratrem tot turchoꝝ milia contraxit: Quæ fudimus iuſto conflictu: q̄/
uis numero longe impares: itaq; perſecuti ſumus a Drini ripa p ualles: & mon
tis nigri iuga: ut omnes ad unum cæſi fuerint præter paucos: qui præceleri fu/
ga per auia montium ſalutem ſibi cum ipſo lecha pepererе. Occurret aliqs an/
tiqua ſunt iſta. Equidē fateor: & eo ſanct. ora: quo antiquiora: Talibus quidem:
tot: tantiſq; meritis cū ętate dignitatis gratia: & ponderis auctoritas: & religio/
nis cuiuſdam ueneratio accedit. Atq; ut ſenes magis: magiſq; ueneramur coti/
die ſeneſcentes: ęquales uero blādiore licet affectu: minore tamen honore pro/
ſequimur: Ita beneficia uetera recentibus ſunt grauiora: q̄q̄ pñtia ſuauiora ui/
dentur. Præterea apud ſenatum uenetum: qui idē eſt ſemper: non moritur: non
ægrotat: non ſeneſcit: non alia patitur: quę cæteri reges: & principes patiuntur:
non debent ſuorum ciuiū: ſocioꝝ: amicorū: non poſſunt aliorum promerita ſe/
nio corrodi: aut obliuione oblitterari. Sed tñ ſint illa inueterata: q̄ diximus: ſint
carie conſumpta: & in puluerem uerſa: quid hæc recentia: quæ pueri uidimus?
Eloquar: an ſileam? Qua fide: qua conſtantia: quam uaria fortuna Scodrenſes
ſuſtinuerint bellum illud diuturnum: omniumq;: quæ unq̄ geſta ſunt grauiſſi/
mum: & periculoſiſſimum: quod intulit Mahumetes crudeliſſimus ille turco/
rum tyrannus. Notum eſt omnibus: ut Sulimanus Baſſa contractis centum
milibus militum ex prouinciis Europæ: & ex ipſius tyranni cohortibus Sco/
dram obſederit: ut muros urbis: publica: priuataq; mœnia ſolo ęquauerit: ut mi
nis: & pollicitationibus ciues ad deditionem tentauerit: ut tantam multitudi/
nem in ipſis munitionibus ciuitas mea conſtanti animo exceperit: Exceptam
ſæpius ſtrage fœdiſſima proſtrauerit: præcipiteſq; Ianizaros per ſuorum ca/
dauera uſq; ad montis radicem perſecuta fuerit: ſigna militaria: & ſpecioſiſſi/
mi triumphi ſpolia ademerit: Ad uiginti hoſtium milia: trigintaq; pręfectos in
quibus Alibegus tribalorum dux fuit: trucidauit: uulneribuſq; fere confecerit.
Hæc uictoria parta eſt Antonio Lauretano auſpice: quem uenetum Fabium
merito appellare poſſum: qui & militis: & imperatoris officio fungebatur: prę/
ſenti conſilio omnia circunſpiciebat: Inuicto animo omnia perferebat: prææui/
debat: prouidebat: nuſquam deerat: hortabatur: orabat: obteſtabatur: ſolabatur.
Non deſtitit tamen ab obſidione Sulimanus: & ad tantam rerum omniū ne/
ceſſitatem redegerat urbem: ut non ſolū animalia fœda in uſum obſcœni cibi
conuertere: uerumetiam omni potu carens: excrementa ſub bibere cogeretur:
Et ante ora: inter ultimos amplexus: parentes: liberos: uxores: tantamq; chariſ/
ſimorum turbam imbellem: & ad defendendum minime idoneam: aut miſera/
biliter expirare dimitteret: aut in prædam hoſtibus miſerabili ſpecie obiiceret.
Siquidē tenuiſſimus: & luculentus aquæ potus: quē non oibus: ſed fortioribus
tm̄ diuidebat: & qdqd ad quādā alimenti ſpeciē trāſferri poterat: iā deficere in/

Scodrēſiū fi/ des erga ue/ netos.

Antoniꝰ Lau retanus ſco/ drenſis uene/ tus Fabius.

Inaudita & miſerabilis res.

cipiebat:Et conſtantiſſimi propugnatores:qui turcos toties a mœnibus detru/
ſerant:ad extremã corporis imbecillitatem langoremq; non tam aſſiduis labo/
ribus:uigiliiſq;:quã fame:ſitiq; redacti uidebantur. Vnde ſeniores fato malo
uſq; in illũ diẽ ſeruati:ultro morti (quod utile obſeſſis fore animaduertebant)
ſe deſtinantes:patriam:quã tueri non poterant/iuuenum uirtuti cõmendabant.
Mulieres fletu/& concurſatione incertæ:cui ſe/cũ pueris fato darent/nũc hos:
nunc illos/quoſcũq; obuios interrogabant. Dehinc ad ſuos cõuerſæ/& in extre
mo eoꝝ cõplexu cohærentes/lachrymis/ & eiulatibus/ſupplices/ut ſe interime/
rent/obſecrabant. Vbi uero non in ſuo conſpectu/ſed coram/ſenes omnes tra/
ctos ante pedes turcoꝝ/&(quod fortibꝰ quondã uictoribus miſerrimũ) prius
ignominia ſeruitutis/quã hoſtili ferro cõfici/defixa ciuitas uidit:& mulieres co
nantes retinere ſuos infantes/agi/ante ſuos quãq; ꝑdones cathenatas:Et modo

Scodrẽſium fides incredibilis.

ad cœlum:modo ad urbẽ oculos extollentes/fletum edidit æternum/exuta fer/
me uirilem illam conſtantiam.Nec minor captiuaꝝ audiebatur ploratus:mu/
tuo dolore lachrymas & planctus utriſq; integrãte ultimũ illud iter ſe uiſuris.
Durã ſortem:plenam miſerationis faciem/& acerbiorem ipſa euerſione imagi
nem. Q uæ expugnatæ urbis fortuna maioꝝ doloꝝ monumenta complectere
tur? Sed quo rapior? Fluuius torrẽs Demoſthenis/& mare Ciceronis ĩmenſum
opus eſſent:ad noſtras miſerias breuiter deflendas. Alioquin ſi hiſtoriam cõte/
xere in animo eſſet/ad hæc merito explicanda Herodotus/&Thucydides muti
eſſent:muti Saluſtius ueritate hiſtoriæ præclarus:& lacteæ eloquẽtiæ candore
Liuius excellens:Ad me redeo. Q uæ ciuitas unq̃qum omnia deficerẽt/in hãc
conſultationẽ deſcendiſſet? Vt nocte intempeſta urbẽ penitus in ictu oculi ali/
quot morati de induſtria incenderẽt ſimul:ſimul uniuerſi repentinam in hoſti/
lia caſtra irruptionẽ facerent/ Deo tamẽ optimo maximo gratias agentes/ſine
feſtinatione improuida/& cæca:Q ua uix ad capienda arma/nedum ad conſe
rendam manũ competit animus:Non quo fugerent:quando nulla fugæ ſpes:
nullum ne euolandi quidẽ iter tutum eſſet:Sed quod fixum/deſtinatũq;:quod
certum/atq; obſtinatum omnibus erat:quo non ſine ultione/ & maxima hoſtiũ
ſtrage/& omnes ad unũ trucidarẽtur. Per deum ĩmortalem quæſo:quod aliud
hominũ genus potuiſſet tunc tẽporis liberos/coniuges/fratres/parẽtes/domos:
tecta/lares familiares/diuoꝝ templa ſine fletu.Iam aũt miſeram mortẽ/aut mi/
ſerabilem ſuoꝝ captiuitatẽ.Cogitabant patriæ & chriſto nati ꝓpugnatores:ſed
qũo extremũ ſpiritum fortius effunderent pioꝝ ſedem & locum conſecuturi.

Antonii Lauretani uirtus.

Tanta in deſperatione Scodrenſis Lauretanus infracto fuit animo:Et in me/
dium procedens per egregiam ipſoꝝ fidem in deum/ & uenetum imperiũ:ut
ſuæ uirtutis memores:qua patriã/ſe/liberos/cõiuges/ſacra/prophana/Venetos:
chriſtum ipſum defenderant:Obſecrauit:ut in ſequentẽ diem conſilium egre/
diendi urbem/& inuadendi hoſtem differrent:Adhuc modicũ & tm̃ aquæ ſup
eſſe:quod diſtribuẽdo in diem craſtinum ſuffectuꝝ eſſet.Iudices urbis/& con/

ſilii participes teſtes citauit. Addidit obſecrationibus lacrhymas uir tantæ for/
titudinis honeſtiſſimas: ſimul & illud addidit. Vt pectus ſuum tranſ oderent
(Denudauit autem cum dicto pectus)Et eruptionem ſanguinis ſui exciperent:
Ita ut nulla ſtilla remaneret:Et in potum ſuum diuiderent:inſtabatq; acrius ſer
monem ingeminans:ut ſuum ſanguinem haurirent.Incredibile dictu eſt:ut illi/
co ciues exorati hac miſerabili oratione miſerandoq; tanti imperatoris aſpectus
a propoſito deſtiterunt:Cuius etiam uerbis & miſericordia non mitius quam to
tius urbis calamitate & fletu puto dei uiſcera cõmota: Cuius prouidentia factũ
eſt paucis poſt horis:ut tabellarius a ſæuiſſimo tyranno litteras Sulimano red/
deret.Quibus iuſſus eſt:ut omnibus poſthabitis ſine mora ſoluta obſidione in
Macedoniam concederet.O Spectaculum diuini operis celeberrimum. O cœ/
leſte miraculum. Vix dum hoſtis abire cœperat:quum ſitibundi ciues ad ſubiectũ
flumẽ Buenam ſe ꝑcipites dedere:ut optato diu potirentur:Multiq; uulgo tam
auide aquã ingurgitarunt:ut ex inſuetudine:quum ferre non poſſent tantũ hau/
ſtus exanimes conciderint. Hoſtilis diſceſſus nũcium attulit Venetias Stepha/
nus Becichemus patruus meus patrię legatus:qui gaudio incredibili hanc excel
lentiſſimam.R.P.affecit: quæ ſollicita de ſtatus ſui ſumma(ut par erat in tanto
belli diſcrimine) ſuo ſtetit ueſtigio.Honorifice patruus ſuſceptus eſt: Aureum
uexillum ciuitati ob æternam memoriam hoc eſt trophęum in æde aurea p.S.
C.erectum eſt:Laudatus per litteras Antonius Scodrenſiũq; eius fides & patien/
tia:utraq; in defendẽda urbe uirtus laudata:Miſſa & his & illi munera.Scodrẽ
ſes ut Croiæ oppido fame laboranti opem ferrent: cum duobus milibus peditũ
equitũq; quos miſiſtis ſe in Amarbegum armarunt:Et in tyrãna planicie manũ
cum.xx.M.barbaroꝝ conſerentes:in fugam uerterũt:caſtris ſpoliarunt.Quæ
uictoria felix & diuturna fuiſſet:niſi mercenarius pedes auidius prædæ inhians
a ſuis ſe excluſiſſet: Vnde barbarus eo intercepto in reliquum exercitum impetũ
fecit:fuſumq; horrenda noſtrorum cæde uſq; ad Ialmiſſam fluuium perſecutus
eſt.Nouiſſime Maumethes:ut parentis mortem recentẽq; ſulimani cladem: ut
erat iræ impatiens:& uictoriis totq; regum ſpoliis iflatus:Simul ulciſci ſtatuit:
omneſq; uires ſuas artes artifices atq; inſtrumenta bellica quattuor annorũ cur
riculo in unum contraxit.Res incredibilis poſteritati uidebitur:eſt tñ(ut ſcitis)
ueriſſima : traxit ad Scodræ expugnationem ſupra trecenta hominum milia.
Prę miſit Alibegum Danubii præcurſorem & Scanderbegum eius fratrem My
ſiæ ſuperioris:Et Malcotium inferioris prefectos:Qui uigintiquinq; bellatorũ
milibus obſidione undequaq; Scodram cinxerunt:Quattriduo poſt Solimanꝰ
Baſſa Sanzachus factus ſub Tauti gaiolę ſucceſſoris ducatu cum octoginta mi
libus ad ortum conſedit. Cuneq; totidem ſubſecutus Aſiaticæ oræ præfectus ad
meridiem metatus eſt. Nouiſſime imperator ipſe tanta hominum multitudine
affuit: ut quicquid terrarum circa urbem:longe:lateq; patebat:tabernaculis &

Diuina erga Scodrenſes Prouidentia.

Scodrenſium fides & conſtantia.

uelis quinq; milium ſpacio texerit : Omni tormentorum generelin quibus erãt: quæ ſaxum mille & ducentorum pondo emittebant:erant quæ globos inextin/ guibiles ferme igneos contorquebant:ut urbem incenderent: erant mortaria : q̃ dicuntlſphæricas moles in cœlum tollentes: quarum impetu ne in cuniculis q/ dem oppidani tuti erant:Murosl& ꝓpugnacula:templaldomoſq;l& ipſas mu/ nitiones funditus proſtrauit. Suaq; præſentia tot ſane & tã horrenda facinora a ſuis edita ſunt:a noſtriſq;:ut uix ſibi fidem uendicent : Q uorum illa mihi in/ digna ſilentio uidẽtur:quod qum multis leuibus certaminibus urbem uexaſſet: Tandem quadrato agmine totis conatibus inſtructus l urbem ter oppugnauit: In quibus oppugnationibus bellicis machinisl ſuosl& noſtros quil temere imiſ/ ſis ignibus occurrebant:interficiebat. Ad tria milia præter totidem lapideas mo leslplumbearum glandium ſuperſtites collegerunt: Exq; unius impulſu ad uigi ti ciues deſideratos obſeruarunt.Tantã item hoſtes imittebant cum telorum om nium: quæ more grandinis cadebãt tum ſagittarum uim:ut ſolem uelut nubes ab oculis auferrent:ut urbis ſolum & tecta contegerent. Signa hoſtium milies ĩ munitionibus erecta fuerunt cominus pugnabaturl& in urbis gremio . Nemo erat ex omni ciuium ordine nõ aliquo uulnere affectus.Certatim pater filiosl fra ter fratreslciuis ciues exhortantes ſup ſuoꝝ cadauera in hoſtem ferebantur.Nec minor uirginum & mulierumlq̃ uirorum fortitudo erat. Videres filium in con/ ſpectu matris confici:uirum ante oculos uxoris fratrem pręſente ſorore proſter ni:non reſpiciebant ad illos:ſed in hoſtes tella bellatoribus fortiſſimis ſubmini/ ſtrabant:opera conficiebant:iu multis quietemlcorporiſq; curandi tempusl his: qui pugnaturi erant:dabant.Nemo tormẽta formidabat:nemo armalnemo uul

Scodrenſium fides ſtupen/ da.

nera/nemo mortem timebat,Hoc omnibus certum erat:hoc unum ſtatutum:ur bem ſuo ſanguinelſuo corpore ſeruare. Vbiq; ſtrages fœda : & plurima mortis imago.Videres tormentis ciuium membra diſcerpi: integra corpora per aerem ferri:parieteslulicoslulaslforaltecta fruſtis carniumlcruorel diſruptiſq; uiſceribus fœdatalſanguinis flumina undiq; prorũpere. Deniq; qum in poteſtatem hoſtiũ ex fœdere coacto infortunata patria deueniſſetlnatale ſolum: in quo natus quiſ q;:educatuſq; fuit:deſeruere ſcodrenſes:templa:& ſepulchra & penates:& tecta: & agros feraciſſimos:amœniſſimoſq;: Et fortunas oẽs penitus reliquerunt Sco/ drẽſes.Mira res:& oĩbꝰ ſæculis cõmendanda:ex tanto ciuiũ numero:Ex triplici ordine:nobilium: plebeiorum: & primariorum : qui ut olim equites romæ me/ dii erant:nemo inquam unus inuentus eſt:quamuis & publice omnes:& priuati inuitati:multiſq; allecti pollicitationibus & muneribus a barbaro fuiſſent:Q ui non maluerit ſub ueneto impio miſer:deſolatus:mẽdicus: uitam extorrem:& in felicem trahere:quam in opibus ac commodis dulcis patriæ eẽ : aut uetus ſco/ drenſis fidei ſtudium quoquo modo uiolare. Q umq; agmen migrantium triſti ſilẽtio ciuium:Q ui tamẽ non cõmoti circũfuſæ multitudinis feritate: & hoſtili

aſpectu/ſed erecti maximi & pulcherrimi facti cóſcientia ingrediebantur: miſe
rabilemq; matronarum habitum:quæ per medias barbarorum cateruas pueros
flentes exilii comites ſecum trahebant:hoſtes q̃uis & hoſtes & hoſtium crudeliſ/
ſimi uidiſſent:non mirari & ſtupere fidem/& conſtantiam: & a lacrimis tempe/
rare non potuerunt.In his nouiſſimis obſidionibus pater meus fuit & patruus:
patrueles/amitarum/auunculorũq; filii ferme triginta/omneſq; fratres mei: ex q
bus ſeptem tantum euaſerunt:cæteros cum patre chariſſimo amiſi:quorum qui
dam gladio cæſi:alii uti & ſororis meæ uir nicolaus malonſius:tormentis diſcer
pti.Nónulli ruinis munitionum oppreſſi/& ſemianimi/ſed pugnantes cum ho/
ſtibus ſepulti.Leonarde Princeps pientiſſime/& clæmẽtiſſimi patres: ut merita:
& laudes patriæ meæ dixi q̃ breuiſſime potui:qm̃ uerecundia modum facere ad
monuit:Ita in cómemorandis eius malis/ & erumnis meus dolor cohibuit. Hæc
autem quoquo modo dixi:ut intelligeretis/q̃ benemeritis Scodrenſibus benefe/
ceritis.Q uorum meo iudicio laus eſt ut nouiſſima/Ita omnium fere clariſſima:
q; fortiter & ſapienter quicquid ſibi accidere poſſet præmeditati/ prouidere cu/
rauerint:ne acciderẽt:ubi accidit/patientiſſime omnia pertulerint: Venetoq; im
perio:quod turcico illo bello non uno aduerſo prœlio mutatum: & quam florẽs
antea ac potens:tam ea tẽpeſtate languidum/& eneruę uidebatur iacere:ſe ſuaq;
omnia poſthabuerint. Sed hic ſua laude pater meus fraudandus non eſt:Q ui:
ut ex publicis monumentis conſtat/ a ſecretis ueſtra magni negocii negocia an/
nos prope quadraginta:Apud Turcoꝝ principes non minus conſtanter . Q uã
fideliter tractauit:Tot labores:& pericula terra:mariq; paſſus inter barbaras: ar
mataſq; gentes ſæuiſſimis/Imperatoribus: etiam mortem illi minitantibus ma/
gno animo quæcũq; in mandatis habebat expoſuit:perfidiam obiecit ſpectante
interdum:& audiente inſtructo Exercitu auditus: ſæpius in hoſtiles manus inci
dit:ius legationis tuitus eſt.Ita ut non honoratus/ſed & donatus dimiſſus fuerit.
Tandem:ut morte uitam probaret: mortem ut uitam ſagitta confoſſus Venetæ
R.P.numini dicauit:Liceat in hoc & mihi gloriari inclyti.P.Q uod arcana ma
ximi illius:& periculoſiſſimi belli:Q uod uelut tumultuario exercitu raptim du
cto:antequam cœptum crederetur/ uno conflictu proxime confeciſtis:Q uodq;
iam pridem in turcos geritis:Ea inquã arcana:dum terra/mariq;.Q uoquomo/
do pro ueſtri nominis gloria/capitis periculum adire non dubitaui / mea manu
conſcripta:in actaq; publica ſuperioribus annis relata:Eiuſmodi præſcriptioñe
ſeruantur:ut dum illa extabunt:mea in uos fides obſcura eſſe non poſſit. Plura
de patre/meq; dicere pudor:& modeſtia uetat.præter id unum ſemper illũ op/
taſſe:Semper uotis & precibus ad deum optimum maximum effuſis oraſſe : ut
mortem quamuis acerbam ſibi concederet in aliquo Venetæ:R.P.negocio:Pro
qua pater eius patruus:omnes deniq; Becichemi occumbere non dubitauerant:
hoc genuſ mortis glorioſum ꝑdicabat:Ideq; & filiis/& nepotibus ſuis optabat.

Exaudiuit deus pias ſui ſerui preces:Q uem credo cum omnibus ciuibus ad fe
liciſſimas piorum ſedes euolaſſe:Vbi patriæ propugnatores ſanctiq; fidei Tuto
res beato:æternoq; æuo pro uulnerum:& cruciatuum genere:pro ſanguinis pro
fuſi precio fruũtur: Sequitur ut canam & beneficia ueſtra & gratias ſi nõ quas
debemus;quas certe poſſumꝰ:Q uæ pars longam exigeret orationem:Si ueſtra
pateretur Modeſtia in ueſtræ Munificentiæ & Benignitatis operibus ĩmorari.
ſed hunc modum ſeruabo:ut ex plurimis pauciſſime uel ut uno aſpectu notem:
Q uæ non ego:nõ ciues mei mecum a uobis ſeruari: ſed totus terrarum orbis:
ſed uentura ſæcula recognoſcant . Scodrenſes ſic facti extorres Venetias ueni-
mus Septingenti uiri mille & Trecenti pueri:Totidemq; mulieres.Tot quidem

Veneti Prin. & ſenatus miſericordia in Scodrẽſes.

ex tãto populo ſuperſtites fuimus.Audite omnes: & chriſtiani: & Barbari uera.
V.R.P.beneficia non ambitu empta:non pcibus efflagitata : Sed quæ ex eius ĩ
nata liberalitate:uoluntariaq; benignitate prouenerunt:Tacebamus nos in tãtæ
maieſtatis conſpectu uerecundiæ difficultatibus:Vultu incompoſito iacebamꝰ
ad pedes principalis ſolii.Vidimus principem patreſq; conſcriptos uultus ſere-
nitatem obumbrare:lacrimiſq; ora rigare:quæ nobis ſalutares:Illis decoræ fue-
runt.Vtpote quæ pietatis:non doloris indices eſſent:Eueſtigio nos attollunt:cle
mentiſſimoq; affectu ſolantes miſericorditer complectuntur: uulnera noſtra ui-
dere:& tangere leniter uoluntutq; optimi medici:quæ nos celabamus : in pro-

Venetorũ benignitas quãta in Scodrẽſes.

fundiſſimo ulcere inueſtigantes detegunt.Multa remedia adhibent pro tempo-
re opportuna:Et ſi qua alia optemus:percõtando ſuggerunt.O diuinam diuinę
R.P.medicinam.Q uis nõ dico reminiſcitur?Sed quis non adhuc quodammo
do uidet:Vt nos inuicem iam dolore diſcuſſo:flebamus gaudio.Cuiuſuis maior
eratq̃ oĩs luctus fuerat:eo q poſt diuturnã ęgritudinẽ:atq; mœſticiã: caluit ſu-
pra ſpẽ: pter expectationẽ: ultra uires nr̃as animus cuiuſq; nr̃m ad repẽtinã lę-
ticiã:Et hęc qdẽ ad cõſolationẽ:& neceſſitatẽ noſtrã ſufficere potuiſſent. Sed tã
prõpta eſt ĩ Venetis bñficẽtiæ natura:Tam aperta ſunt miſericordię uiſcera:Vt
& omniũ remediorũ:quę ad ſalutem noſtrã facerent:Spem differre:Aut quibus
opibus nos leuaturi eſſent in dubio relinquere noluerĩt:Sed ſtatim:quæ pia mẽ
te conceperant:Senatus cõſulto pulcherrimo declararunt. Q uo nõ ciuitate do
narũt Scodrẽſes:Sed omnibus ciuibus præferẽdos ſtatuerunt: Q uaſturas plu
res:artium:aliorũq; locorum pręfecturas.ſcribarum beneficia:Perpetua ſalaria:
Militares dignitates cum amplo ſtipẽdio pro conditione cuiq; decreuerunt.Ita
ut nullus eſſet ex omni populo:& ſtirpe ſcodrẽſium:qui publico non ſubleuare
tur bñficio:Addiderũt:& uiduis ex publico uictum:& itẽ puellis:& pueris uſq;
ad pubertatẽ:Q ua ætate his locus daretur pro meritis: prout uiris: Et illis dos

Principis beneficentia in Scodrenſes.

ex fiſco pro fortuna priſtina nubẽtibus:Q uæ oĩa rite:ut ſeruarentur: Q uinq;
uiros cõſtituerũt ex flore ſenatus delectis:in quibus Tu unus fuiſti Princeps be
nigniſſime:Q ui celeritate præſtandi occupabas ſpacium cogitandi:Citraq; pe-

tendi Moleſtiam uoluptatem Adipiſcendi nobis Dabas: Quod ſi publica bene-
ficia non ita in promptu erant: ut ſtatim tuum implere poſſes deſiderium: Tuis
opibus alimenta ſuminiſtrabas: Pecunias tuas uiduis/ pupilliſq; noſtris eroga-
bas: Nec ante deſinebas. Quam publicum aliquod beneficium conferres egen-
tibus. Sic publica in adminiſtratione iuſtus eras premiorum diſpēſator: Iuſtus
patriæ uoluntatis executor: Et tuarum opum pius elargitor: & Munificus pieta-
tis Auctor. O ueri principis imaginem in priuato ciue: O principalem in magi
ſtratu etiam minori maieſtatem. Dabas Benigniſſime nulloq; negocio oībus ſi-
ne mora/ aut artificio/ quæ tribuēda erant/ læta fronte/ alacri animo/ ambabuſq;
(ut aiunt) manibus profundebas. Singulos: quid opus eſſet: curioſe interroga-
bas: non ut diſceres/ omniū ſciens: ſed ut deſiderio eorum liberalius ſatiſfaceres:
qui neſcio utrum uerecundo ingenio/ an grato animo/ tuæ reticendo indulgētiæ
fonti uiuo/ celeriter largeq; fluenti/ & uelut de cœlo ad nr̄a pectora irrigāda miſ-
ſo modum facerent. Effeciſti quidquid cogitaſti: præſtitiſti multa: plura adhuc
præſtare cupiebas: ſi auſi fuiſſemus expoſcere. Sed omnia feciſti: q̄ nobis uictū:
& uitam dediſti tua liberalitate/ tuæq;. R. P. Munificentia: Ex qua plus argenti
conſecuti ſumus/ quam omnes eius metalli fodinæ largiuntur: plus auri / quam
tagus atq; pactolus emittit. Nobis ergo pręcipue te deus/ qui in nos tandem ocu
los rettulit: & ſenatus/ qui ad mala noſtra reſpexit: principē creauerunt. Virtus
tua meruit hunc principatum: quem fortunę/ cuius conſilia tecta ſunt/ nō debes.
An ego ſine diuino numine factum putē? qum in declaratione principatus ni-
hil pręteritum fuerit: quo uel minimus inuidiæ ictus penetraret: q̄ cum ex aliis
uirtutibus/ tum ex iuſticia maxime concitatur. Et oblatus eſt/ ēt ſine ambitu/ ſi-
ne occaſione/ non appetēti: immo fere dep̄canti? Mihi uero præ cęteris te princi
pem diuinitus creatum uideo: qui quem uix nomine/ facie nunquam cognoue-
ris locum in urbe honeſtiſſimum dediſti: ſalarium publicum & mihi/ & liberis
conſtituiſti: Rem/ & famam pariter auxiſti: meis omnibus ſubueniſti. O Rem
tali principe/ ſenatuq; dignam. O optimę naturę/ & dei ſimulacra. Veſtram Pa-
tres liberalitatem/ & munificentiam iam pridē una eadēq; omniū uoce/ atq; lau-
datione audieramus celebrari: eam tamē qum experti ſumus in nobis/ & in libe
ris noſtris: uos deos terreſtres eſſe ſtatuimus: qui digni ſitis ſemper in uita eē: Et
non minus toti terrarum orbi/ q̄ ueſtro pacatiſſimo/ & feliciſſimo imperio domi
nari. Multi ſunt principes: Quos qui adeunt nō tam diuitiarum: & luxus ma-
gnitudine obſtupeſcūt: q̄ ſuperbiam atq; inſolētiam oderunt: quibus faſtidioſe
aſpere in eos/ qui ſua opa indigent/ uti conſueuerūt: qui in pollicitando liberaliſſi
mi ſunt/ atq; facillimi: At in ſoluēdo/ aut auari ſunt: aut difficiles. Vos hoꝝ diſſi
miles ueniētes comiter excipitis: petētibus benigne reſpondetis: quod uos factu
ros p̄humaniter recipitis: id p̄benigne ad conſtitutum tempus/ ac munificētiſſi-
me efficitis. Quæ non p̄mittitis/ munera ſponte: libenterq; cumulatis. Memo-

Principis / & ſenatus uene-ti in ſcodren-ſes munificē-tia.

rabilia illa duxit uetuſtas ueri amplificatrix/ſuiq; oſtentatrix: quod qum Treſi/
pus cæcatus eſſet:ut publice aleretur a ſolone decretum eſt. Piſiſtratus quoq; le/
gem tulit:ut qui oculos in bello amiſiſſent:publice alerentur. Lacedæmonii eu/
rybiadi premium fortitudinis dederunt lauream:ſapientiæ autem Themiſtocli:
Laudat illam athenenſium legem. Quæ parentes/& filios eorum/qui in bello in
terierunt/ali iubet:ſummoq; magiſtratui talium committit curam:ne ulla pror/
ſus afficiantur iniuria: Admiratur:q; filios ita educare ea ſoleret ciuitas: ut parē
tis uicem gerens efficeret:ut illis pueris ignota eſſet orbitas: & ad maturam æta
tem prouectis ad officia ſua aditum dabat: & omnem armaturam donabat: &
inſtrumenta paternæ uirtutis memorans ad patrum ſtudia inflammabat. Apud
Platonem pro magno & premio/ & ornamento aſpaſia in funebri oratione ait:
Nempe ſenectutem ueſtram/priuatim/ publiceque alemus: & quemcunque ex
illorum progenie nacti fuerimus/ſumma beniuolnetia complectemur. Et apud
Thucydidem Pericles in laudatione eorū/ qui in bello peloponneſiaco deſidera/
ti fuerunt: Quorum inquit liberos ciuitas hinc ad pubertatem publice alet:uti/
lem profecto:& iſtis:& futuris proponens lauream taliū certaminū. Quę enim
ubertima uirtutis propoſita ſunt premia:ad ea optimo quiſque in. R. P. animo
contendit. Extollit etiam antiquitas. R. P. illam quod ſingulis/Ariſtidis filiabus
tria dragmarum milia dederit: Lyſimacho quoq; filio argenti minas centum to
tidemq; iugera conſiti agri: & cotidie quattuor dragmas adiecerit phrynici in/
terfectori ac ſociis eius premia detulit. Celebrantur ſimilia romanoꝝ/aliorumq;
principum exempla/quæ ſi uellem cōmemorare/ prolixior quam inſtitui forem
Cicero in philippicis decernit:ut quæ militibus/qui pro patria ſanguinē profu/
derunt:tribui oporteret:ſi illi uixiſſent:eorum parētibus/liberis/coniugibus fra/

Veneti Senatus in Bene/meritos beneficentia.

tribus tribuantur. Id pro ſummo premio in eo. R. P. ſtatu in quo profundi opes
omnes/& priuatæ/& publicæ debebant. At ſenatus uenetus integros populos in
tra regalis ſuos parietes excipit:nullamq; prætermittit munificentię partem:nul
lum humaniſſimi liberaliſſimiq; principis officium. Non eſt græcia in Megalo
politanos/ non eſt Roma in Sagūtinos/quos patriæ caſus nō eripuit/tali benefi
centiæ munere uſa. Qua publica/& ingenti gratitudine in Scodrenſes uſus eſt
uenetus ſenatus: Eadem eſt in tenedios olim uſus:eadem pauloante in chalcidē/
ſes:eadēq; nunc etiam in driuaſtenſes & Methonenſes. Huc huc hiſtorici ſtilum
conuertite: Huc huc oratores eloquentiæ uires conferte: Huc huc uates muſaꝝ
dictata proferte. Venetorum iuſtitiam:& benignitatem:o uos omnes ſcriptores
omnibus linguis:& litteris celebrate. Hoc opus erit perēne: Hæc ueſtris ſcriptis
rerum materia dabit perpetuitatem:quā hactenus rebus ipſis ingeniorum mo/

Venetis debent lr̄æ oēs: & litterati.

numenta præſtarunt. Hoc publicum eſt:& commune officium: & debitum ue/
ſtrum. Debent enim Venetis patribus litteræ:debent litterati omnes. Debent ui/
uentes: Pariterq; omnis poſteritas. Hi ſunt ingeniorum Mecœnates. Nemo eſt:

qui aliquem litteratorum domi non habeat:& nutriat.Ingenuę artes:dum eaꝝ profeſſores in complexu:oculis:auribus habent:per uenetos ſibi redditæ reui/uiſcunt.Salariis publicis gymnaſia non uenetiis tantū:ſed patauii:ſed in cun/ctis fere urbibus ſuæ ditionis conſtituerunt:Quod eſt pulcherrimū:& præci/puum.R.P.ſpecimē.Quis digne laudare uos ueneti.P.poterit?Quas gratias agere?quibus uerbis hoc tam latum:& patēs beneſaciendi inſtitutum cōmen/dare?qui omnia agitis:& curatis:quæ ciuium/ueſtrorumqꝫ ſociorum(ſic enim potius:quā ſubditos appellari uultis)uitam:ad bene/ſanctéqꝫ uiuendū compo nant:hortentur:& quodāmodo impellant.Modum quoqꝫ:& cōmoda:& immu nitates dediſtis ſtudioſis omnibus:Quo recta inſtituti lingua:eloquentiæ deco re:animoqꝫ diſciplinis exculto:ad uirtutē ueniant:ad gloriam inflammentur: Et ciues/& populi ueſtri:quinimo tota Italia/& gentes omnes.Roxani/Poloni: Boemi/Pannones/Germani/Galli/Hiſpani/Britanni/Siculi/Dalmatæ/Albani: Græci/qui ad ueſtra gymnaſia undiqꝫ confluūt:excellentiſſimos habēt dicendi magiſtros:iuris antiſtites/ſapientiæ doctores:diuini eloquii interpretes.Hoc ni mirum beneficio beneficium eſt amplius nullum:hoc inſtituto inſtitutū eſt lau dabilius nullum.Hoc unum inter ueſtra inſtituta certe præclariſſima laudabi le eſt:ac minime reticendum:Quod qum adoleſcētes abſqꝫ liberalibus ſtudiis ad bonam frugem peruenire non poſſint:uos.P.Illuſtriſſimi ad id primū ani/mum appuliſtis:ut honeſtiſſimos bonarum artium profeſſores ſalariis nō par/uis conduceretis:quo præclara:& ingenua iuuentus optimis eorum inſtitutio/nibus/& caſtiſſimis moribus imbuatur:Quæ in prouectiori poſtea ætate/cum aliis tum his:qui in patres legendi ſunt:dum publica tractare incipient/adiu/mentum/& ornamentum afferant. Et pleni ſapientia/atqꝫ eloquentia ad.R.P. capeſſendam accedāt:Quoqꝫ ſenatus ueſter non minus uirtute/atqꝫ doctrina: quā imperio/& auctoritate:ut ſupra non poſſit:cenſeatur. Quis hoc inſtitutū non magnopere probet?qum principibus/& regibus bonum ſe tantū pręſtare non ſufficiat:ſed & alios ſibi ſimiles reddere:quoꝝ opera utantur: Et ſapientia ipſa Cicerone teſte parum ſine eloquētia poſſit:Coniuncta uero cū ea nihil eſt: quod non ſtatim adoptatū exitum perducat.Qum enim & reges/& principes ſemper plurimū delectati ſint eloquentia:quid de liberis/& pacatis populis di/cendum eſt:Quoꝝ in omni memoria peculiaris fuit?quia ſine dicendi copia: omnia clanguere/ac propemodū muta eſſe uidētur.Plures uiri conſumati:qui in hac excellentiſſima ciuitate/magna ſui nominis celebritate ꝓfeſſi ſunt/mul/tis laudibus extolli poſſent:Inter quos ad cœlum/ferrem Georgium Vallenſem omnium diſciplinarum peritum:Benedictum Brunulum hominem integrum: & caſtum/& grauē.M.A.Sabellicū ſcriptorē eloquentiſſimum:quē præſentē: ut illos abſētes nō minus ex modeſtia/quā ex doctrina cognoui:In qbus/& bo/ni mores/& bonaꝝ litteraꝝ cognitio/dubiā palmā fecerūt:an his?an uero illis

Laus patrū uenetoꝝ a lit teraria cura.

magis apud omnes excellerent? Sed quo feror improuidus, & infantiſſimus? Inhibẽda eſt oratio: Nc laudes eorum momẽto temporis percurrendo uelut aliud agens deteram. Digniſſimi profecto uiri: Qui ueſtros adoleſcentes inſtruerẽt. Nam adeo in omni rerum uſu præſtare, & in claros uiros euadere nõ poſſent: ſi armis corpus, aliiſq laboribus ſolũ exercerẽt. Qui enim florerent in re pub. ni litteris, & diſciplinis inſudent? Quantum bone deus natura parentum in filios tranſfuſa prodeſt, & officit. Quas notas: quos igniculos cõfert. Indignum eſſe æſtimantes, & exiſtimantes nobiliſſimi adoleſcentes, corpus exercere: animum uero incultum relinquere: utriq pariter inſeruiũt: nam corporis curæ, bonæ ualitudinis gratia incumbunt: ut etiam ſi caſus acciderit, rem poſſint publicam armis defendere: diſciplinis autem operam nauant: ut domi: & foris: pace: & bello curſum uitæ cum dignitate teneant. Sic ſemper in manibus optimorum ſunt. R. P. Habenæ: cuius optima gubernatio non eſt oibus ciuibus: ſed paucis attribuenda: qui colendi ſunt, ac uenerandi: queãdmodum in pugna, nõ eſt ad omnes milites, ſed ad paucos uictoria referenda: quibus merita pmia largienda ſunt. Illis clauum cõmittere oportet: quos ancipitia cõmendarunt: ſunt enim maxime mirabilia, quæ maxime piculoſa: Et hæc hominẽ: ut aurũ ignis: purgant. Conſideranda. n. non maris tranquillitas: ſed hiems. Non compar gubernatoris eſt uirtus (ut ait ille) qũ placido, aut nõ turbato mari uehitur: Tunc laudante nullo, illaudatus inglorius ſubit portũ. At qum ſtridunt funes: Turbatur arbor: gubernacula gemunt: tũc ille clarus, & diis maris proximus. Admiror ſingulas uirtutes ueſtras. P. C. & laudibus ex pio affectu & intimo pectoris feruore: ut poſſum proſequor: maiorẽ tamẽ capio admirationẽ in contẽplatione diuinitatis ueſtræ: minuſq feſſus ſum dicendo: q̃ cogitando: laudeſq ueſtras magis amo, q̃ affecto. Nã qui ſine amore laudant bonos, hi uereretur quidem famã ipſorum, non autẽ uirtutem admirantur. Sed pro patriæ meæ reliquiis Princeps & Patres ſapientiſſimi quas gratias agã? Quas nomine meo dicam? Patriam nõ habemus antiquã, non fortunas: Non cętera, quæ aut in defenſiõe: aut in amiſſione patrię perdidimus. Quicquid noſtrum eſt: Quicquid in nobis eſt: ueſtrum eſt: a uobis eſt. Quicqd ſumus, uobis: antequã geniti eſſemus: dicatũ eſt. Ad hoc enim nati ſumus: ut nõ nobis, ſed uenero imperio Scodrenſes uiuamus: uobis fata noſtra ſanguine conſecrata ſunt. Præterea a uobis tot: & tanta beneficia conſecuti ſumus, quot & quãta benemeriti omnes a cunctis regibus, & principibus, & florentiſſimis populis nũquã acceperunt. Quid dicam? Niſi quod ſapientiſſimus uates: grates perſoluere dignas non opis eſt noſtræ. Quid de me? Vtinã Sereniſſime Princeps, & patres noſtri ſæculi clariſſima lumina: quantum uobis me debere ſentiam uerbis idoneis exprimere: nedũ meritas gr̃as agere poſſem: nã hoc in loco ampliſſimo ueſtra ingentia erga me merita copioſa oratiõe recenſerẽ: & alibi in omni hominũ cœtu nõ paucis uer-

Lauſpatrum Venetorum a filiis ſtudioſis.

Venetorũ patrum laudes.

bis aperirem:neq; ullum terminum ſtatuerē tam grata profitendi. Q uis enim tam ingrati animi/itaq; puſilli eſt/quē tanti beneficii pondus/quale in me & fi/lios meos contuliſtis:non admoneat/& ad gratulandum non excitet. Q uotiēs illius magnitudinē cogito:totiens uincor/dubitoq;:eloquar(ut dixi)an ſileam/ non ingratus/ſed beneficiis oppreſſus/ Veſtra nāq; benignitate effectum eſt:ut poſthac inter honeſtos homines non poſtremum locum habiturus ſim:nec for tunæ mutationem/nec temporum uarieta es formidaturus.Q uam pulchrum: quam honorificum/quāq; ſalutiferum tales principes/ac tales dominos ſortiri: Sub quorum imperio ſecuram/ac tranquillam traducas uitam: & quod apud eos meritorum depoſitum ſit:Id ubi opus fuerit:plenius/ ac cumulatius repor/tes. Felices / qui a Veneto Senatu amantur: Cuius amor non ut tyrannorum amicitia:feruens ac repentinus eſt:Sed ardore leni perpetuoq; incenditur:non ueluti uentis inuidiæ atq; calūniæ flatibus agitatur:ſed firmus & conſtans eſt: nullaq; ui labefactari expugnariq; poteſt. Felices oēs/qui Venato ſenatui am/pliſſimo deſeruiunt:obtemperantq;:His ſolis nulla uis infertur.Omnia in tuto conſtituta ſunt.Omnia libera & expedita.Hoc cū alii cotidie non deſinant ex/periri:ego quoq; certiſſimū experimētū exhibere poſſum.Cui abſenti/& igno/to ueſtra fœnus meritoꝝ ſumma liberalitate:tam benigne redditum eſt:pro eo domus meæ pignore: qđ ī ueſtra cuſtodia tutiſſima multos annos iacuit:Q ua re & ſi oneri ſuccūbo:tamē quas maxime poſſum gratias tuæ Princeps ſubli/mitati:& huic ampliſſimo ſenatui ago/ & habeo/nec unq̄ agere & habere deſi/nam:ſi poſſem etiā referrē:ſed hoc non noſtræ eſt facultatis/nec ueſtræ Patres altiſſimæ conditionis ſummus ſplendor remunerandi uicē deſiderat:nec eſt ut me offerā cum iāpridē ſerenitati ueſtræ mancipiū ſim addictum.In cuius nu/tu/& arbitrio oīa bona mea poſita ſūt.Itaq; me ipſum/& quicqd penes me eſt: in ꝑpetuū trado/atq; dedico:quibuſq; ꝑcibus poſſum rogo:& uehemēter obſe cro:ut me ſeruū cū oībus meis obnoxiū uobis eſſe patiamini.Verūtñ qd acci/pere tanta fortuna pōt/qd a me tantis opibus tribui debet/gratiſſimo aīo im/mortalitatē muneꝝ ueſtroꝝ:& bñficioꝝ memoriā colā officiis fidei/ſtiliq; ſem piterni:omne negociū/& ociū meū in recenſendis uirtutibus ueſtris in rebꝰ ue ſtris:Q ua potero uena celebrādis/ponā:Ita ut & a me uiuēte ꝑdicētur:Et poſt cineres recolātur ueſtrę in nos bñficientię Mo.Vtinā deus opt.Max.occaſionē mihi aliqñ præſtet:qua ego/liberiq; mei in ꝑferendis laboribus/in adeūdis peri culis/& obeūda morte liqdo ꝓbare poſſimus:nihil aliud nos unq̄ optaſſe:q̄ ma ioꝝ nroꝝ more fortiter cōcidere pro dignitate/& gloria huius patrię:Et in hoc oīno unū incubuiſſe:Ne ueſtra in nobis bñficia male collocata uideātur.Inte/rim cū Panegyrico hocq̄ ſatyrico more dū breuitatis ſtudio ducor/cōpoſui: collectis examīatiſq; ſūmo cū labore priſcis annalibꝰ:Ita ut potius nudā utraꝗ uirtutū hiſtoriā/q̄ laudationē appellare q̄as:ne dedigneris Veneta maieſtas hāc

noſtram centuriam uiſere:In qua non parum & quærendi/& caſtigandi/& ex/
ponendi ſtudium adhibui.Maxima eius pars ad oratoriam facultatem perti/
net: Reliqua ad res non omnibus protritas & uulgatas: Et ad emaculationem
excellentiſſimorum auctorum.Q uos partim corrupit inſcitiæ correctorũ:qui
dum aliorum imperitiam inſectari uolunt:Q uæ in ueteribus libris reperiun/
tur/audacule mutare ſolent:Itaq; Craſſam Mineruam & temeritatem ſuam fa
tentur:ut manes ipſorum auctorum ad cœlum uociferantes reclamẽt:linguaq;
Romana lugeat ſuos parentes tam fœde impuneq; lacerari:Ac neſciat an ne/
gligẽtia in hoc/an ſollicitudo ſit peior. Partim deformat ſacrilega librariorum
manus:Q uorum tanta quidem iampridem fuit/eſtq; hodie ignorantia/tanta
iniuria:Q ui ſcribunt:(ut Hieronymi uerbis utar) non quod inueniunt:ſed
quod intelligunt;Et dum alienos errores emendare nituntur/oſtendunt ſuos:ut
non uerba ſed uerborum portenta/paſſim legentibus occurrant:Et plerũq; in/
tegræ clauſulæ deſint:nec minus aliqua deſcripta ſint:quæ ſenſum legẽtis im/
pediant.Operæ p̄cium me facturum exiſtimaui:Si collatis undiq; priſcis exẽ/
plaribus:adhibitaq; iudicii ratione:quod mihi perquam tenue fore ſcio:pro ui
rili recenſendo antiquorũ opera mendis aliqua ex parte emaculata:ſi non ſyn/
cera emitterem:Q uibus undequaq; ſcatet Cicero:Scatent omnes latinæ lin/
guæ princeps:Equidem multa præterea in his quos caſtigaui:ut in aliis/ quos
attigi libris mendoſa me non uidiſſe fateor:Q uæ a clariſſimis ætatis noſtræ
profeſſoribus caſtigatum iri non dubito:Q ui ut græce latineq; apprime do/
cti ſunt:omnibus ſatiſfacient:Verum id non mihi uitio dandum erit:quod nõ
potuerim:magis q̃ laudi/quod uoluerim.Q uis enim in tanta rerum indagine:
& multiplici ambiguitatum ambage & coniectura quãuis ſagacius collimet:
indagaret ſemper/nec ulla parte offenderet:laberetur ue? Q uid ꝙ tanta uolu/
mina in puncto temporis perlegere / ſimul atq; corrigere difficillimum fuit?
Q uid quod quędam dubitata nobis in medium attulimus:Et pleraq; obſcura
relinquere/q̃ temere caſtigare ſatius duxi? Erunt fortaſſe/qui me Princeps & ſe
natores clariſſimi ſtultitiæ arguent:ꝙ ſenatum Venetum ſupremæ maieſtatis
omniũ doctrinarum/& diuinæ eloquentiæ aſylum nuncupauerim:Q um præ
ſertim opus ſit tumultuarie collectum:neq; nonum in annũ ex Horatii poetæ
p̄cepto p̄ſſum:ſiue ut pictores/& hi qui ſigna fabricãt:Et ueri etiã poetæ aucto
re Ci. faciunt:non a uulgo conſideratũ:Vt ſi quid rep̄henſum ſit a pluribus id
corrigatur & mecũ/ & cũ aliis:ſi quid in eo ſit peccatũ:cenſoria nota exaiatũ.
At ego cõtra ſentio:Hac eadẽ rõne ueſtram mihi auctoritatẽ appellandam:ut
cõtra inuidoꝝ morſus tutus eſſem.Q ui ſi dixiſſem hoc opus a me celeriter fa/
ctum:r̃ndiſſent:Q uod Apelles illi:Etſi tacuiſſes:cognouiſſemus/quod fateris.
Si tacuiſſem ita inſectati eſſent:Vt & gratiam celeritatis cum uenia amitterẽ.
Proinde Platonẽ illũ philoſophoꝝ deũ imitari uolui:Q ui interrogatus:Nun/

quid ſua queadmodum & maiorum futura eſſent commentaria:reſpondit:pri
mū quidem comparandi nominis habenda ratio eſt:Deinde multa obueniēt:
Sim modo tutus ſub umbra alarum ueſtrarum a rabidorum canū morſibus:
Omnes/& bonos/& eruditos uolo:ſi quid in his caſtigationibus offendi:ut me
tanquā hominem/multiſq; anguſtiis/laboribuſq; conflictatum/omnino offen/
diſſe ſcio:Mea ſcripta ingenue damnent/ac ſine liuore opiniones meas taxent.
Tantum quidē abeſt:ut id ægre feram:ut etiā gratiam uelut benemeritis meo/
rum libellorum caſtigatoribus/ueriora/& certiora afferentibus:præteritaq; & a
nobis ignorata exponētibus/pro meæ fortunæ ſtatu/& ingenii imbecillitate re
laturus ſim:Paratus quidē ſum & pudori/& culpæ ſatiſfacere.Nec perfricabo
frontem. Qui uero ante nos ſcripſerunt dare ueniam:ſi ab eis diſſentiens:ali/
quid dixerim:gaudereq;:ſi in ſuam ſententiam quandoq; accedo:Meq; adiuto
rem in cōmunibus ſtudiis non dedignentur:Qui nulla animi perturbatione:
nulla libidine ambitioſus & improbus: ſed pro cōmuni omnium cōmodo ad
hanc operā acceſſi:Et mille in Ci.loca correxi:ſexcenta ferme in aliis auc.obi/
ter/& uelut aliud agens/aut mendoſa caſtigaui/aut male intellecta declaraui.
Pudens & æquus in omnes uno dūtaxat excepto homine.Qui tali nomine in/
dignus/malus & ineptus de deo/de re latina/de ipſa humanitate male meritus
me litterarū cōmercio interdicere ſtuduit. Id quod ut palam ſit omnibus/uer/
ba auctoꝶ prout fere leguntur ꝓpoſuimus:quibus noſtra ſubiecimus:omiſſis
fere ſemper cæteris epiſtolæ partibus/& præfationibus:ſine quibus inanis glo/
riæ affectator ne uerbum quidem unicum exponeret:neminem inſectantes:iu
reue aut iniuria nuncupantes:ipſiuſq; Reguli nomen ſupprimentes.Spero me
pacē ab optimo quoq; impetraturū:quum hoc genus ſcriptionis uiderint:quod
amicis/non poſteritati/non Ariſtarcho obſequentes pleriq; omnes mittere ſo/
lent:neq; ob id ego compoſui:ut publice legantur.Obſecro uos Princeps Sere
niſſime/& illuſtriſſimi Patres ſuſcipite me:talē qualis ſum:Qui me uobis ob/
tuli hodie non modo ut Scodrenſem/ſed & ut litterarum profeſſorem:Ne uer
bum Theodoſio dictum opprobrio mihi eſſet:Sibi humilitatē/& tenebras ſuas
imputet iacens uirtus/quæ non obtulit ſe probandam. Aegre ferebat impator
egregius/qui cuicūq; litterato premia ſpondebat/& reddebat:qui probatos ui/
ros honorabat:eſſe qui litteras ſcirent:& ad ſe non accederēt. Suſcipite hæc in
genioli noſtri monumēta:qua benignitate/& fronte beneficia confertis:nec illa
tā magnitudine ueſtri nominis/q; auctoris humilitate metiamini.Quibus uer/
bis debitum meum fateri poſſem/Quo ſtilo gratias agerem non habebam:Co
gitaui:An ſi laudes ueſtras celebrarem: ingrati notam effugerem: Quanq̄ ut
cuiq; promptū eſt uos laudare:Ita mihi multo eſt tutius ſilere. Conatus ſum:
& fruſtra laboraui.Obſtupui primo aſpectu. Nihil effeci.feci quod potui:non
quod uolui . At uoluiſſe in magnis ſat eſt ; Conatus in arduis laudabilis eſt.

Erit ſummæ modeſtiæ & humanitatis ueſtræ non quid debeam: ſed quantum humeri: ferant mei quidq; prono affectu elaborauerim æquiſſima lance perpẽdere. Ad hoc ut in hac tanta lætitia mihi ſi qua eſt facundia obmuteſcit: ſi qua cogitatio impeditur: ſi quod in litteris iudicium occupata in delectatione ueſtri aſpectus mente: hebetatur. Deniq; omnes ſenſus potius gaudere: q̃ prædicare geſtiunt. Suſcipite quæſo Princeps & Patres quas uobis fide noſtra obſtrictus quantulaſcũq; lucubrationes ne atratæ exeant. Inſcripſi tanta profecto fides eſt: & amor nobis in. V. R. P. ut ſi deus defunctos alloquatur: in ruinis patriæ ſepultos: heus uerbi gratia Scodrenſes: qui per infeſtos gladios: & omnia telorum: ac tormentorum genera: præſenteſq; mortes pro imperio Veneto ad mortem properaſtis: Ecce uos uitæ reſtituam: Et poteſtatem ultro uiuendi uobis dabo: Ea tamen lege: ut nõ amplius pro Veneto imperio laboretis: Sed ſub quouis alio imperio uiuatis. Profecto uitã peroſi reſponderent: non modo uelle ſe omnino apud elyſios permanere: ſed & ad inferos potius deſcendere: q̃ alium præter Venetos in terris agnoſcere dominum. Ipſius fidei uis ingenita me cogit omne ingenium & ſtudium ad ueſtræ ciuitatis gloriam: hoc eſt ad lucẽ orbis terrarum cunctis gentibus & ſæculis oſtendendam: laudemq; celebrandam conferre. Si opera mea non ingrata uobis fuerint: in quibus nitor doctrinæ: & lumen eloquẽtiæ magis q̃ in cunctis regibus emicant: quum nemo diligat: quod ignorat: ſublimi feriam uertice ſidera.

Dixi.

Marini Becichemi Scodrenſis Panegyrici Finis. Quẽ habuit xvi. K. Iulias. MDVI.

Becichemus non recognouit: Et icciſco librariorum non præſtabit culpam.

MARINI BECICHEMI SCODRENSIS EPISTOLICARVM QVAESTIONVM CENTVRIA.

Abſoluitur quæſtio de fine oratoris pro Ciceronis ſentētia ex epiſtola ad Petrum Paſcalicum philoſophum. Caput primum.

I N maximis.R.P.occupatiōibus:& altiſſimis ſtudioꝝ tuoꝝ laboribus cōcionē noſtrā uidere cupis: limatiſſimoq; iudicio tuo legēdo ꝑpēdere:ut audiēdo ꝓbaſti: qbus argumētis Raphaelē regiū pñtē & audiētē in diui Stephani ęde confutauerim.Q ui ꝓpoſitis(ut ipſe appellat)cōcluſionibus quotquot ſunt: quotq; oībus ſæculis fuerunt:lraꝝ ꝓfeſſores:ſcriptores auctoreſq; ſummos:& ipſum Ciceronē erraſſe:deq; ſua arte male ſenſiſſe ipudenti ore milies uociferatus eſt:idq; per multos dies aſſeuerauit ſibilis theatralibus & ſtrepitu plebeio:ac pueroꝝ crepitaculis pſtrepentibus.Obſequar uolūtati tuæ meæq; ſimul. Nō eqdem totam orationem.ſed diſſertationem dūtaxat de fine oratoris id eſt eā pte: q̄ nouiſſima fuit actiōis meæ ad te dare cōſtitui.Id qđ ne nullo exēplo factū uideatur:ecce tibi Plinius orator.Actionem inquit frequēter & a te efflagitatam: & a me ſemꝑ ꝓmiſſam exhibui tibi:nōdum tñ totā.Adhuc.n.ps eius ppolitur. Interim q̄ abſolutiora mihi uidebātur:nō fuit alienum iudicio tuo traditum iri.Et mox.Nec alia ex eā principia libroꝝ circūferūtur:q̄ qa exiſtimatur ps aliqua ēt ſine cæteris eē pfecta.Et ne diutius deſiderium tuum ꝓtrahā:Accipe.O tpa:o mores.Tu ne Ciceronē eraſſe iactas?Tu ne tm̄ facinus affirmare audes?O impudentiā inauditā.Errauit Cicero:qđ ex arte pſuaſionē finem afferre nō potuit.Cur? nō uideo.At Q uintiliano non placet:qa caſui alligatur hoc mō:qum artifex:qđ intēdit cōſeq nō pōt:nō erit q eſt.Nōne hoc rōne caret?Etiā pſuadet pecunia: pſuadet gratia.Fateor:ſed nō dicēdo.Q uod oratoris eſt ꝓpriū:nō arte uel ſciētia:qđ generis loco poſitū eſt in rhetorices diffinitōe.Scilicet ignorauit Cicero finis diffinitiōem & diſtinctionē:Equidem magno in errore uerſaris:ſi exiſtimas Ciceroni haud cōpertū fuiſſe:ut finis alius alium ſpectare uideatur.Q uam craſſa minerua tua eſt:q nō pcipis Ciceronis uerba inquientis: oratoris offm̄ eē apposite ad pſuaſionem dicere:finem aūt pſuadere dictiōe:ubi offm̄ & finem prudētet ſimul finiuit. Q uoniā(ut Victorinus ēt:qui ſcribit græcos definire officium & finem oratoris eē pbabiliter ad fidē dicere:ſentit)cuiuſuis artificis officiū in finem tanq̄ in optimū fertur:finis quoq; ipſe ex ipſo utiq; officio deducitur. Vñ offm̄ finiſq; mutuis adminiculis:& quaſi nexibus coniungūtur:ut alterū ſine altero neq; eē:neq; intelligi poſſit:officiū oratoris ſi eſt appoſite hoc.eſt cōmodeꝑ cauſæ q̄litate dicere ad pſuaſionē finis deſcriptōe itelligitur :quod ſi diceretur ſinem oratoris eē appoſite dicere:niſi addatur ad pſuaſionē:oratoris officium nō ſatis deſcriptū erit.Sed ſi addas in quo finis includitur:ad pſuaſionē itelligetur

Cicero defenditur de fine oratoris.

Dicere ꝓprium oratoris.

Ars uel ſcientia loco generis poſitū in rhe.diffinitione.

Officium ſine fine eē nō pōt.Et cōtra.

& finis deſcriptio:quæ niſi officiũ ſit aſſecuta:impfecta uidetur. Q um enim di

Perſuaderẽ dictiõe ẽ pfecta finis oratoris diffinitio.

citur oratoris finis eſt perſuadere:dictiõe:perfecta eſt finis diffinitio. At ſi dicas
ora oris finem eẽ pſuadere:non plane oratoris finem expſſeris: qm̃ & largitões:
& pollicitatiões:& forma:& gratia:& alia multa pſuadent. At ſi addas ptem illã
quæ officii eſt ad huiuſce finitiõis cõplemẽtum dictiõe:ut ſit pſuadere dictione:
facile dignoſcetur:q̃ inter officium & finem ſit differẽtia. nã officiũ ab efficien-

Officium unde & quod.
Finis quid.

do deductum:ſiue ab officiẽdo (qđ idem erat apud antiquos) quod qſq; ſecũdũ
ciuitatis mores facere debeat deſcribit:finis aũt qd aſſeq̃ndum : perficiendumq;
ſit:oſtẽdit. Item. Officio pſonæ decoꝝ:ſine uis ipſa dignoſcitur. Sic aũt dicitur.
Officium oratoris eſſe apposite dicere ad pſuaſionẽ:& finẽ pſuadere dictiõe:uti
medici officium eſſe dicimus appoſite ad ſanandum curare:finẽ uero curatione

Finis ſecũdũ Hermagorã in oratore.

ſanare. Hermagoras ad oratorii finis definitionẽ addidit:quatenus pſonarũ cõ
ditio patiatur. Q uæ qdem additio:& ſi nõ pſus neceſſaria:nõ nihil ad huiuſce
rei noticiã facere multis uiſa eſt:Et Cicero ĩ rhetoricis ad Herẽniũ adiecisse dr̃.
Q uippe alias orator quotiens non perſuaſerit:totiẽs ſuo fine defraudatus exiſti

Hermogenis opinio.
Dionyſii halicarnaſæi opinio de fi. or.

mabitur. Et Hermogenes Dionyſii Halicarnaſei:q ſub auguſto Cæſare floruit:
& maximus artis pceptor & artifex fuit:diffinitionẽ illã pbat: rhetorica eſt uis
artificioſa pſuadendi rationabiliter in negocio ciuili & politico : cuius finis eſt
benedicere. Atqui orator ſuum ſemper finẽ aſſequitur. Nam in hmõi facultati-
bus:quæ practicę magis:q̃ rhetoricæ a philoſophis:dicuntur duplex ineſt finis:

Finis duplex in facultatibus q̃ practicæ dicuntur.

unus quidem interior ac pprius:exterior alter atq; cõis . Priorem artifex omnis
officio functus ſemper. uel ſi non appareat:conſequitur : ut ſi medicus appoſite
ad ſanandum curauit:quis aut morbi genere: aut ægroti culpa ſanitatem nõ re
ſtituerit:ſuum tñ finem aſſecutus dicetur:quem interiorem ppriumq;:& in cu-
iuſuis artificis poteſtate conſtitutum negat nemo Pari rõne ſi pictor penniculo
imaginem hominis pfecta arte expreſſerit : q̃uis illa minus probetur ab ignaris
artis pingendi:ſuo tamen fine non carebit . Alter finis exterior qui cõis dicitur
eſt:quando ad artificis officium:cęterorum quoq; conſenſus pro illius uolunta
te adiungitur:ut ſi appoſita medici curatio (uti deſtinarat) ſanitatem inducat:
& ſi illa quam pictor ſecundum artem expreſſit imaginem ab omnibus probe
tur:tũc uterq; finis:proprius ſcilicet:qui in artificis:& cõmunis:qui in aliorum
eſt poteſtate:affuiſſe dicetur:Idipſum de oratore quem & uirum bonum & pe-
ritum diffiniunt dicimus:ubi ille & ea:& ita dixerit:quę fidem imperito feciſſe
debeant:uel ſi minus perſuaſerit:finem proprium fuerit aſſecutus. At quæ dixe
rit:ſi uti ſibi propoſuerat:probata fuerint:ad perfectum finem ex interiore exte

Orator nunq̃ ſuo fine defraudatur.

rioreq; conſtãte peruenerit. Ex quo ſuo nunq̃ fine defraudatur orator. Q uippe
qui ſemper ita dicat:ut iure perſuadere debeat:tametſi communẽ non ſemp fi-
nẽ conſequitur:quẽ ex ſua magis facultate:quam ex aliorum nutu poſſit polli-
ceri. hoc innuit Hermogenes ipſe hęc ſubiiciẽs. Q uum autẽ adiicit : pſuadẽdi
rationabiliter: Infert ſecundam differentiam:quia non ſolum rhetor perſuadet:

ſed etiam medicus & geometra:nullæ enim demonſtrationes carēt perſuaſione.
Idem.Vbi de fine agit Theodocten ſecutus:finis inquit Rhetorices ex eiuſdem
ſententia eſt non ſimpliciter perſuadere:ſed perſuaſibilibus methodis uti: Nam
quemadmodum medicus etiam ſi non ſanet ægrotum medicus eſt:dūmodo uta
tur idoneis medicamentis:Et philoſophus ēt ſi bonos oēs & modeſtos non fece/
rit/haud deſinet eē philoſophus:ita & orator etiam ſi non perſuaſerit/uſus arte p
ſuadendi Rhetor erit.Diceturq; haud falſo Rhetor.Nam medici ſanare: philo/
ſophi facere:oratoris perſuadere nō ſemper eſt:animo.n. uniuſcuiuſq; ſubeſt li/
bera electio/liber motus/liberū arbitrium.Et quiuis pro ſui natura facile & diffi
cile credit:perſuaderurq; ab alio:& mouetur:& perſtat in propoſito.Fruſtra igi/
tur contendis tanta animi perturbatione de hac re/quam penitus ignoras:Nam
bene dicere aſſerendo oratoris finem/non autem perſuadere:minime intelligis p
prietatem utriuſq; uerbi.Nempe(ut Victorinus grauis rhetor ſcribit)perſuade
tur tabulis:tormentis/teſtibus & aliis.Dicunt(ut in cōmuni ſig.) philoſophi/ di
cunt poetæ.Ergo ut finem oratoris pprium exprimamus/finire debemus:eē per
ſuadere dictione.Boetius ſiue Boeothus dialectices/atq; rhetorices ſimilitudinē:
atq; diſſimilitudinem oſtēdēs/finem duplicem eē his uerbis declarat:Illud etiam
differentiam facit:quod Rhetor habet alium præter aduerſarium iudicē/q inter
utroſq; diſceptat:Dialectico uero ille fert ſententiam/qui aduerſarius ſedet. Ab
aduerſario enim reſponſio uelut quædam ſentētia ſubtilitate uelut interrogātis
elicitur.Quæ qum ita ſint omnis earum differētia/uel in materia/uel in uſu: uel
in fine eſt cōſtituta.In materia / qa theſis atq; hypotheſis materia quidem utriſq;
ſubiecta eſt in uſibus/q; hæc interrogatione/illa perpetua oratione diſceptat:uel
q; hęc integris ſyllogiſmis/illa uero enthimematibus gaudet in fine uero: q; hæc
perſuadere iudici/illa/quod uult ab aduerſario extorquere conatur:& infra:Hu
ius autem facultatis effector eſt orator cuius eſt officium dicere appoſite ad p/
ſuaſionem:finis autem tum in ipſo/tum in altero:in ipſo quidem bñ dixiſſe.i.di
xiſſe appoſite ad pſuaſionē:in altero uero perſuaſiſſe:neq; enim ſi qua impediūt
oratorem:quo minus pſuadeat:officio facto/finis non eſt conſecutus:ſed is qui/
dem/qui officio fuit contiguus/ac cognatus conſequitur facto officio.Is uero:q
extra eſt/ſæpe non conſequitur:neq; tamē rhetoricam ſuo fine contētam hono/
re uacuauit.Hæc quidē ita ſunt mixta:ut rhetorica inſit ſpēbus.Idē infra:Actor
eſt orator officium bñ dicere/finis tum bñ dixiſſe/tum pſuaſiſſe. Et paulo mox:
Sed qum inſtrumētum uenerit in ciuilē quæſtionē:opam quoq; ſuam ſimul in
fert.Et docebit igitur:ac perſuadebit in omni conſtitutione:ſed hæc p ſe uenire
non poterunt:niſi ſit:qui hæc moueat uelut artifex/atq; architectus:hic aūt ē ora
tor/qui qum ad cauſam acceſſerit/faciat officium ſuum.bñ igitur dicet/ & in o/
gñe cauſarum:& in omni conſtitutiōe orator.Faciat ēt finē tum ut bene dixerit
in omni conſtitutione/tum ut pſuaſerit.Hæc ille in libro de differnetiis topicis:
Igitur(ut quod bñ dicitur bis dicere liceat ex platonis auctoritate)repetā:Du/

Perſuadere
Dicere.

Finis duplex
oratoris ſecū
dum Boetiū

Dialecticę &
rhetoricæ ſi/
militudo &
diſſimilitudo

Theſis & hy
potheſis.

Oratori &
dialectico.

Materia ſub
iecta in uſib⁹

Bñdicere qd
ſit.

Finis orato/ris duplex.

Appoſite di/cere.

plicem oratoris finem eſſe/bene dicere/& perſuadere : quod utrũq; Cicero com/
plexus eſt:& qum ait:Oratoris officium eẽ dicere appoſite ad perſuaſionẽ : Nã
qui appoſite dicit/bene quidem dicit:id quod Q uintiliani ſententiæ conuenit:
Et qum ſtatim ſubdit:Oratoris finem eſſe perſuadere dictione/id ſpectans:cui⁹
cauſa & ars ipſa inuenta eſt. Vnde Martianus capella auctor minime contendẽ

Finis or.ſecũdũ capellam.

dus non ſua/ſed rhetoricæ artis perſona inquit:Officium uero meum eſt dicere
appoſite ad perſuadendum/finis perſuadere : id quod eſt propoſitum dictione:
quæ quidem uerba mei Ciceronis atteſtor/cuius etiam exemplis me per omnes

Bñdicere tñ ſi quis conſi/derat latro ẽ & malus uir: nõ orator.

inſinuo præceptionis ductus/conſequenter uſuram.Et re uera orator uanus eẽt.
Et ſui nimius oſtentator quiſquis ad dicendum accederet apud iudicem.Et fine
bene dicendi tantum ſibi propoſito/negligeret finem cauſæ ſuſceptæ.Q uod bo
ni uiri/qualem oratorem eſſe decet/haud quamquam eſt: Sed peſſimi mercena/
rii/ac potius latronis:qui quæſtum/qui rapinam/non deum/non honeſtatem/ nõ
ius ipſius rhetorices anre oculos habet.Nam quod ſpectat ad calumnias tuas:&
frigida argumẽta.Iampridem a quibuſdam excogitata:Hermagoras:& alii ce/
lebres uiri confutarunt:ita ut probetur Ciceronis finitio/qua ſciunxit finem ora
toris:& declamatoris:cauſæq; ueræ & fictæ exitum diſtinxit:clientiſq;/ & orato
ris rationem habuit.Nam orator qum compoſiturus orationem ſecum / & ſine
arbitris meditatur ac pronunciat:qum ad agendum: & bene dicendum ſe exer/
cet:non agit cauſam:neq; bene ad perſuadendum dicit.Atq; diſcipuli/q in ſcho
lis apud rhetores cauſas fictas dicunt/oratores etiam : qui in genere oſtentatio/
nis compoſito uerſantur:ſolam petunt uoluptatem audientiũ. Declamantes nec
ad uictoriam/ſed ad ſolum finem laudis:& gloriæ tendunt : Neque ad cauſam
neq; ad clientes:ſed ad ſe ipſos oſtentatione reſpiciunt . Multas ego poſſem hic

Fortunatiani liber Augu/ſtino aſcribitur.

Finis eſt ad quem cũcta dirigũtur.

ueterum auctoritates recitare:ſed breuitatis gratia ea tantum referam:quæ for/
tunatianus rhetor nobilis ſcribir.lib.iii.quem librariorum quorũdam temeritas
Auguſtino aſcripſit:Verba eius ſunt hæc.Finis eſt(ut opinor) in oĩbus rebus:
ad quem cuncta referuntur.cuius cauſa fiant reliqua omnia : a græcis τελοσ
dicitur:quod etiam in philoſophoꝝ pene oĩum diſputationibus oĩbus quæritur
ut quis ſit finis bñ uiuendi.uirtus an uoluptas:&c.Finem igitur oratoris officii
alius atq; alius:alium atq; alium probauerunt:qbuſdam enim uiſum eſt:Sũma
tim oratoris officium in bene dicẽdo eẽ.Q uibuſdam in recte dicẽdo.Q uibuſ
dam in uere dicendo.Q uibuſdam in pſuadẽdo pſiſtere:Q uin ẽt illi : qui bene
aur uere dicere finem officii oratoris putauerunt:non abnuunt tñ hoꝝ ipſorum
finẽ eſſe perſuadere:Vt ſit finis oratoris officii benedicere: Benedicendi perſua/
dere.Ego autem quaſi ex conſenſu omnium:ut finis oratoris officii ſit perſuade
re.Hoc quia in calumniam uidebatur poſſe recidere:Non enim ſemper perſua

Finis orato/ris ſecũdum hermagorã.

det orator:Nec ſi aliquando perſuadere non poſſit:facultatem : & nomen ora/
toris amittit . Addidit Hermagoras quo calumniam effugeret : & ita ſcriptum
reliquit:finẽ eſſe oratoris officii perſuadere:Q uatenus conditio rerum perſo4

narumq; patitur: Alia ſubinde ex eodē uerbo perſuadendi calumnia naſcitur. Inuenta ſane a Platone: tractata multum in Gorgia: ſed poſt hac multum impudentius a quibuſdam Themicis obtrectatoribus Hermagoræ frequentata: Negant quippe proprium finem oratoris officii perſuadere: ſed communē pene cum uniuerſis: Nam & mathematicos de his quæ in noticiam ipſorum ceciderint: perſuadere: Et medicos de his: quæ in arte ipſorum continētur: perſuadere: opifices etiam & tabernarios: fabros: & ſi qui huiuſmodi ſunt: poſſe de eo quod agant cuiuis probabiliter perſuadere: quaſi rationē faciant. Ergo nō eſſe integrum finem: qui ſolam communitatē habeat: careat proprietate: eſſe actum perſuadendi: communē cum multis: Et iccirco perſuadere non eſſe proprium finem oratoris officii. Huic quoq; calumniæ Hermagoras percommode obſtitit: Dicit enim eſſe oratoris officium perſuadere: Quatenus rerum: & perſonarum conditio patitur: dūtaxat in ciuilibus quæſtionibus: Nam medicorum & philoſophorum: & cœteræ huiuſmodi quæſtiones extra regulam ciuilem: quam politicen græci uocant: collocantur. Quintilianus finem oratoris quærendo inueſtigare nititur: Et quāuis elegerit finem quē orator ſemper præſtare & honeſtiſſime poſſit: uel inuito iudice: uel aduerſante fortuna: unde in .xi. ait: Non perſuadendi: ſed benedicēdi finem. In oratore ſeruandum: qum alioquin perſuadere deforme ſit: tamen alioquin perſuadere dictione: non modo non negat: Sed confitetur docet: prædicat: cenſet: & præſtantiſſimum eſſe: & ultimum finem: & oratori ſemper ſpectandum: & quo maxime ad agendum moueatur: idq; multis in locis: Vnde in .ii. oratoriarū inſtitutionum libro: Rhetoricē diffinit: uim perſuadendi: & oratorem conari ut perſuadeat docet: Tendit enim inquit ad uictoriam qui dicit: Sed qum benedixit etiam ſi non uincat: id quod arte continetur effecit. Audiſtis ut oratorem ad uictoriam tendere aperte dixit: idq; moliri. Sed qum benedixit inquit etiam ſi non uincat: id quod arte continetur: effecit: hoc eſt finem ſuum: qui non eſt in euentu poſitus conſequitur: Vnde dixerat: præſtabit hunc ſemper orator: ſemper enim benedicet: Et poſtea: Nam & gubernator uult ſalua naue in portum peruenire: ſi tamen tempeſtate fuerit abreptus: non ideo minus erit gubernator: dicetq; notum illud: Dum clauum recte teneam: Et medicus ſanitatem ægri petit: Si tamē aut ualitudinis ui: aut intēperantia ægri: alioue quo caſu ſumma non contingit: dum ipſe omnia ſecūdum rationem fecerit: medicinæ fine non excidit. In .xii. Nam hoc certe inquit nemo dubitabit omnem oratorem id agere: ut iudici: quæ propoſita fuerint: uera & honeſta uideantur. Vtrum igitur hoc facilius bonus uir perſuadebit: an malus? bonus quidē & dicet ſæpius uera atq; honeſta: ſed etiā ſi quādo aliquo ductus officio (quod accidere: ut mox docebimus: poteſt) falſo hæc affirmare conabitur: maiore cum fide neceſſe eſt audiatur. Sēſiſtis quid dixit: ut quæ dixerit uera & honeſta iudici uideantur. Quod non molimur in oſtentationis genere: ubi ſolum bene dicendi gloriam & laudem quærimus.

Finis ultim⁹ oratoris ſecū dū Quint. perſuadere.

Deinde ait:Frequenter etiam accidit: ut his etiam uera dicentibus fides non habeatur. In eodem. Quum id propter quod maxime repertus eſt uſus orationis:ut & dicat utiliter: & ad efficiendum quod intelligit potenter. In .iiii. Sed hoc pati non poſſumus:& perire artē putamus:niſi appareat:qum deſinat ars eſſe:ſi appareat:pendemus ex laude:atq; hanc laboris noſtri ducimus ſummā. Quoniam illud pendemus ex laude fortaſſe minus apertum uidebatur. Subdit:atq; hanc laboris noſtri ducimus ſummam:quaſi dicat:ſine uictoria laudē oſtentationis conſequimur. In quinto. Ille igitur & quē inſtituimus adoleſcēs: q̄ maxime poteſt componat ſe ad imitationem ueritatis:initeruſq; frequenter forenſium certaminum pugnam iam in ſchola uictoriam ſpectet:& ferire uitalia aut tueri ſciat. Nōne apertiſſime oſtendit in ſcholis finem eſſem laudem: in foro uictoriam? Intellexiſtis quid dixit? Componat ſe ad imitationem ueritatis:docens in uictoriam totis uiribus incumbendum:quæ non niſi perſuaſo iudice comparari poteſt. In decimo. Illuc inquit intendenda mens. Quantum fuerit illis uiris decoris in rebus atq; perſonis:Quod conſilium:quæ diſpoſitio:quā omnia etiam: quæ delectationi uideantur data:ad uictoriam ſpectent: In eodem. Nos uero armatos ſtare in acie. Et ſummis de rebus decernere:& ad uictoriam niti. In ſeptimo. Manifeſtius loquitur:ubi de ſtatu finitiuo. Perſuadendum enim iudici eſt:qui etiam ſi uerbis deuictus eſt: Tamen niſi ipſi rei acceſſerit tacitus diſſentiet. Ante dixerat. Quæ omnia ſunt in materia:& multū iuuant:uictoriam tamen non tradunt. In quinto. Neq; aliter quā hi:qui tradūtur a poetis guſtu cuiuſdam apud lothophagos graminis:& ſirenum cantu delíniti uoluptatem ſaluti prætuliſſe:dum falſam imaginem proſequūtur:ipſa: propter quā dicitur:uictoria cedunt. Hoc ſenſit ubi de fine oratoris ait:Eſt igitur frequentiſſimus finis rhetoricē eſſe uim perſuadendi. Notanter dixit frequentiſſimus:& quoniam uis ambiguum eſſe poterat:ſubdit. Quod ego uim appello:pleriq; poteſtatem:nōnulli facultatem uocant. Quæ res ne quid afferat ambiguitatis:uim dico Dynamin:Eſt autem δυναμις Potentia:uirtus. Ipſe agens de argumentis eam uocem græcanicam iterum uſurpauit ita ſcribens. Ducuntur igitur argumenta ex cauſis factorum uel futurorū:Quorum materiam:quam hylē alii:dynamin:in alii nominauerunt:in duo genera: ſed quaternas utriuſq; diuidunt ſpecies. Rurſus in .xii. Nam quomodo pugnā ineuntibus tot ſimul metus laboris doloris:poſtremo mortis ipſius exciderent: niſi in eo℞ locum pietas:fortitudo:& honeſti præſens imago ſucceſſerit: quæ certe melius perſuadebit aliis qui prius perſuaſerit ſibi: prodit enim ſe quālibet cuſtodiatur ſimulatio:nec nūq̄ tanta fuerit eloquēdi facultas:ut nō titubet ac hæreat quotiēs ab animo uerba diſſentiūt. Itē. Nam quum illa dicēdi uitioſa iactatio īter plauſores ſuos detonuit reſurgit uera: & uirtutis fortior fama: nec iudices a quo ſint moti diſſimulāt: & doctis creditur:nec eſt orationis uera laus:niſi qū finita eſt. Quā clare finē oſtēdit pſuaſionē:& bene dicēdi artē:ui

Dynamis qd ſit.

reſq; eloquētiæ nō habere uerā laudem:niſi qum animū auditoris deflexerint: & in dicentis ſententiā traxerint:Mox paulo:alteꝶ finē quēq; ſemper præſtare pōt orator tetigit. Finem tamē hunc præſtabit orator:ut uideatur optimā cām optime egiſſe.Ibidem. Nam mihi aliam quandā uidetur habere naturā ſermo uulgaris:aliā uiri eloquentis oratio:cui ſi res iudicare modo ſatis eſſet nihil ultra uerboꝶ proprietatē elaboraret:ſed qum debeat delectare:mouere:in plurimas animū audiētis ſpecies impellere:utetur his quoq; adiutoriis:quæ ſunt ab eadē nobis cōceſſa natura:quid eſt aliud mouere & impellere animū audientis in plurimas ſpecies?niſi perſuadere:hoc eſt quo uis modo quo ſtatueris inducere:ſiue illud ad credendū tantū ſit:ſiue ad agendū.Idem in eodē. Ceteꝶ hoc quod uulgo ſnias uocamus:ueteribus præcipueq; græcis in uſu non fuit:apud Ciceronē enim inuenio. Dū rem cōtineant:& copia redūdent:& ad uictoriam ſpectent:qs utile ueget? Item.Sic fiet qum id ꝑpter quod maxime repertus eſt uſus orationis:ut & dicat utiliter:& ad efficiendū quod intendit potēter:tamē laudem quoq; nō modo doctoꝶ:ſed etiā uulgi cōſequātur. Demum expoſitis: quæ in diſcēdis cauſis obſeruanda ſunt.Ait:Tertiā deinde pſonā induat iudicis:fingatq; apud ſe agi cām. Et quod ipm mouiſſet de eadē re pronunciaturū id potentiſſimū apud quēcūq; agetur exiſtimet:& ſic eum raro fallet euentus: aut culpa iudicis erit.Quid aptius dici poteſt? At ubi de rhetoricæ nomine diſputat hæc ſcribit. Nā oratoria ſic efferetur ut elocutiora:oratrix ut elocutrix. Illa uero de qua loqmur rhetorice talis eſt qualis eloquētia. Igitur ſi rhetorica eloquētia eſt:& orator erit eloquēs.Eloquens aūt eſt(ut ad Brutū Cice.de perfecto oratore ſcribit)qui in foro in cauſis ciuilibus ita dicit:ut probet:ut delectet:ut flectat. Eloquētia aūt(ut idem ipſe benedicēdi magiſter ad filium ait) nihil aliud eſt:niſi copioſe loquens ſapientia.Nāq; ut loqui eſt omniū hominū eloqui tamē diſertoꝶ tm̄ & ſapientū eſt.Eſtq;(ut in oratore inqt.M.A.)mirabiliter & magnifice dicēdo augere poſſe atq; ornare:quæ uelis:omniſq; omniū reꝶ:quę ad dicendū ptineant fontes animo ac memoria cōtinere:& hoc ipſum aliud nō eſt quā bn̄dicere.Qui.n.bene loquitur bene dicit:ſic eloquētia erit benedicendi:ſiue facultas:ſiue ars:ſiue ſciētia.Quare dicere oratoris finē eſſe benedicere:& nō pſuadere eius eſſet:qui nec ſuſceptæ in foro dictionis finē conſideraret:nec clientē reſpicit. Iam ex his ſatis patet nō tm̄ q ſit oratoris finis benedicere:quiq; pſuadere:ſed etiā qd ſit benedicere:qdq; pſuadere. Vana quidē eſt illoꝶ expoſitio:qui ſcribunt:pſuadere in effectu eſſe & in actu:qn̄ pſuadere:ut dictū eſt:Significat ſuadēdo inducere ſiue ad credendū:ſiue ad faciēdū etiā in pn̄ti:ut Cæſar quarto cōmentario:huic magnis pcibus pollicitationibus pſuadet.i.ſuadēdo inducit in animū:Quod oſnditur ex effectu:qm̄ ut ad hoſtes trāſiret perſuaſus:Tranſiuit ad hoſtes:quibus timerē Romanoꝶ propoſuit.hanc uerbi proprietatē ipſe Cicero ad Herennium ſic exponit:licet diuerſis uerbis:ſi animus auditoris pſuaſus fuerit.i.ſi oratio aduerſarioꝶ fidem fecerit auditori

Perſuadere quid.

Eloquēs.

Eloquētia qd

Loqui quid.

Eloqui qd.

Bn̄dicere.

Finis oratoris ſecūdum Senecam.

bus. Victorinus: Dicũt. n. in demõſtratiõe nihil pſuadere oratorẽ: qũ re uera p/ſuadeat: ſed falſo. Nã qũ aliquẽ uitupamus: ſiue laudam⁹: & apud oẽs hẽatur: q̃ſr demõſtramus: ſine dubio pſuademus. Idẽ: primo itaq; cognoſcere debemus quot modis qd pſuadeat ſapia: Et poſſumus ĩtelligere multũ hic eloquẽtiã ua/luiſſe. Sapia igr ſola duob⁹ modis aliqd pſuadet: Aut qũ tacet: & aliqd facit: Et id qd facit qa bonũ eſt aliter imitatur. i. ut qcqd tacitus fecerit ſapiens: id alter re nõ uerbis doctus imitetur: Aut qũ aliqd faciẽdũ uel nõ faciẽdũ uerbis pſua det: Et hoc duplici mõ: nũc naturalibus uerbis: nũc p eloquẽtiã: hoc loco negat tacitã ſapiẽtiã hoc pficere potuiſſe. Apuleius in. 9. Q ũ uxorẽ ei⁹ tacite ſuaſi: ac deniq; pſuaſi. In actu qd ueteres grãmatici accipi teſtãtur: qũ hoc diſcrimẽ in/ter ſuadeo: & pſuadeo ponũt: q; facilia ſuadeamus: pſuadeamus difficilia: ſua/dere faciẽtis ſit: pſuadere pficiẽtis. Eſt nãq; pſuadere ẽt idẽ: qd pfecte & maxĩe ſuadere. Ter. in An. Ipſus mihi Dauus: q intimus eſt eoꝝ cõſiliis dixit: Et is mi hi pſuadet nuptias: q̃tũ queã: ut maturẽ. Idẽ in phor. Sed ubinã Getã inuenire poſſum: ut rogẽ qd tẽpus cõueniẽdi pris me cape pſuadeat. i. maxime ſuadeat. Redeo ad rei ſũmã. Anneus Seneca in li. vii. de bñficiis. Q uędã inqt eius cõdi tiõis ſũt: ut effectũ pſtare debeãt: qbuſdã pfectu oĩa attẽtaſſe: ut efficeret. Si oĩa fecit ut ſanaret: pegit medicus ptes ſuas. Etiã dãnato reo: oratori cõſtat eloquẽ tiæ ſtudiũ & offĩm: Si oĩ arte uſus eſt. Laus ĩpatori ẽt uicto: & duci redditur: ſi & prudẽtia: & induſtria & fortitudo munerib⁹ ſuis ſũcta eſt. Nã qd dicũt Ci/ceronẽ ĩ euẽtu finẽ poſuiſſe: Cicero nõ in euẽtu: ſed ĩ reb⁹ ipſis finẽ poſuit: q̃ dũ in officio ſũt: ad finẽ tẽdũt. Dicere oratoris finẽ eẽ bene dicere & nõ pſuadere: idẽ fere eſt: ac ſi diceretur: aratoris finẽ bñ arare: qũ bene arandi finis ſit ſerere. Vel ac ſi qs dixerit. Medici finẽ eſſe bñ curare: q̃ definitio ægroti ipſi⁹: q medi cũ ſibi adhibuit: nullã uidetur hr̃e rõnẽ. Nec ſecus quã ſi dicas: ĩpatoris finẽ bo nã eſſe armoꝝ admĩſtrationẽ: qũ bñ admĩſtrandæ rei bellicæ finis ſit uictoria: quẽ finẽ eſſe teſtatur Cic. ad atticũ li. v. in epla q̃ incipit: quo me magno animi motu: inqt: in ſtudiis ac lr̃is nr̃is oẽ tps cõſiderãs: q̃ta uis ſit illius uiri: quẽ nr̃is li bris ſatis diligenter (ut tibi qdẽ uidemur) expſſimus. Tenes ne igr̃ moderatorẽ illũ. R. P. quo referre uolum⁹ oĩa? Nã ſic qnto (uti opinor) in libro loqtur Sci pio. Vt. n. gubernatori curſus ſecũdus: medico ſalus: impatori uictoria: ſic huic moderatori. R. P. beata ciuiũ uita ppoſita eſt. Sic finis ipſe: quẽ in oratore ipſo cõſtitutũ eſſe dixim⁹: hoc eſt bñdicere in aliũ illũ finẽ intẽdit: q extra poſitus ẽ: hoc eſt pſuadere: ſicuti bñ nauigãdi finis eſt curſũ ſecũdũ pficere: recte curãdi finis ægroti ſanitatẽ: ac bñ pugnãdi finis de hoſte uictoriã reſpicit: ab illis enĩ ad has eſt uia. Aliogn finis ipſe nõ bonus eſſet. Et Ariſto. in. i. mag. ethi. Intuen dũ eſſe ĩ primis ait ſciæ oĩs atq; facultatis finẽ eſſe aliquẽ: idq; p ſe bonũ nulla inqt mali cã eſt. Q d ſi facultatũ oĩum bonus eſt finis: nõ dubiũ qn ẽt optimæ ſit optimus. Atq; ciuilis optima eſt facultas: igr̃ ipſius finis bonus: hoc eſt litigã tis uictoria: qd ẽ oratoris pmiũ: ex Cor. celſi ſnĩa: quã Fabius adducit. Sed hęc

Finis orato/ris ſecũdum Cor. celſum.

ſuperflua ſunt:quando neq;.C.finem oratoris eum ut dicentem cōſiderando: be
ne dicere eſſe negat:neq; Q uinti.inficiatur(ut dictum eſt)perſuadere extremū
finem eſſe:in quo inſit uictoria.Q uæ de oratoris fine pro.C.& Q uinti. hoc eſt
patris & filii:auctoris & interpratis doctoris & aſſertoris concordia: & conuen
tione dixiſſe ſufficiat.

De numero atq; noībus ſtatuum:inq; eoꝶ diſtinctiōe defenſa eſt ſententia Ci
ceronis:ubi ſibi diuerſus uidetur ex epiſtola ad Victorē Capellū. Cap.ii.

DE numero ſtatuum:atq; etiam nominibus uariæ ſententię fuerūt.Ari
ſto.elementa decem poſuit:quæ ab iunioribus prędicamenta dicūtur:
circa quæ omnis quæſtio uerteretur:ſubſtantiam ſecundum Victori
num:qua an ſit quæritur:quāquā Fabius.g.ουσίαν uocari:Plautoq; eſſentiam:
nec ſane aliud eſſe eius nomen latinum ſcribit.Q ualitatem:cuius intellectus pa
tet.Q uantitatem:quæ q̄ magnum: & q̄ multum ſit quæreret . Ad aliquid unde
tranſlatio:& cōparatio duceretur:Deinde ubi:quando:facere:pati:habere:ſitum
eſſe.Sed ex his omnibus eodem Fabio auctore quattuor ad ſtatus pertinere:cæ
tera ad quoſdam locos argumentorum uidentur.Marius ſcribit:Ariſtotelem di
xiſſe:res omnes:quæ in dictis & factis:& in omni mundo aguntur decem eſſe:
& earum nomina eſſe:primam ſubſtantiam:deinde quantitatem:qualitatem:ad
aliquid:ubi:quando:ſitum:habere:facere:pati. Et poſt græca illarum uocabula:
ſubiungit:Harum prima(ut diximus)ſubſtantia uocatur: reliquæ nouē in ſub
ſtantia ſunt.Q uæ accidentes uocantur:utputa:membrana ſubſtantia eſt. Acci
dunt autem ei Crocum ſcriptura:& cætera:Q um interea & ſubſtantia res ſit:&
ea quæ accidunt : res ſint. Alii nouem ac diuerſa tradiderunt : perſonam : qua
de corpore animo & extra poſitis quæratur:tempus : idq; dupliciter : pro ut eſt
quiddam totum & prout eſt pars illius:ut æſtas:hyems:Locum:actum:numeꝶ:
cauſam:occaſionem:ſed duplicem:ut quod uno modo fieri licuit:alio factum ē:
& pro alicuius rei faciendæ opportuna facultate.Nonnulli numerum & occaſio
nem ſub actu compręhendente ſeptem poſuerunt.Cæterum his(ut idem auctor
Ait)nec ſtatus ſatis oſtendi:nec omnes contineri locos credo: Q uod apparebit
diligentius legentibus:Q uæ de utraq; re dicam.Erunt enim plura multoq̄ quæ
his elementis conpręhenduntur.Aliqui unum tantum ſtatum cōiecturalem cre
diderunt:quia res omnes ſignis colligantur.Alii unum ſimiliter:ſed qualitatem:
quia ubiq; qualis ſit uniuſcuiuſq; rei natura quæri poteſt.Sed qui unum poſue
runt:ita nullum ponere potuiſſent:non enim multū interfuiſſet: quando unius
conditionis omnes cauſas crediderunt. Fuerunt qui duos poſuerunt: coniectu
ralem:& finitiuum.non pauci duos quoq; ſed inficialem & iuridicialem. Multi
idem ſenſerunt omnino:ſed diuerſis tamen uerbis diſtinxerunt . In rem quæ nō
conſtet & in rem quæ conſtet.Non defuerunt item qui conſtituerunt qualitatē
& finem.Nonnulli itē duos fecerūt ſtatus;ut unus in uocibus ſit:alter in rebus:

Elemēta dicuntur.

Subſtãtia.

Accidentia.

Alii de ſubſtantia priorem:de qualitate ſecundum.Quidam(ut Cor:celſus)generales duos poſuere.An ſit:quale ſit.Plures ſex tradiderunt:Coniecturam qualitatem:finitionem:quãtitatem:comparationem:& tranſlationem. Alii detracta tranſlatione quinq; uoluerunt.An ſit:quid ſit:quale ſit:quantum ſit: ad aliquid: quod in comparatione uertitur:Quoniam melius an peius:maius an minus niſi alio relata nõ intelliguntur.Theodorus quattuor ſtatuit:quid quale:quantum ad aliquid. Atheneus & ipſe quattuor quos appellat.Exhortatiuum:coniecturalem:finitiuum:iuridicialem:Cecilius:Theon:& Ariſtoteles:an ſit:quid ſit:quale: quantum. Sed de ſtatuum numero atq; nominibus has & alias opiniones tã uarias diuerſorum auctorum prætereo. Res enim difficilior & adhuc obſcurior præſcriptorum multitudine atq; diſſenſione eſſet:Quo fit:ut non iniuria Rhetorici noſtri temporis uiri etiam eruditiſſimi de conſtitutiõibus ſiue ſtatibus hæreant.Ac dum hi illis aſtipulantur ſcriptoribus his illi:diuerſa atq; inconſtantia ſentiant atq; præcipiant.Sed quid mirum in cæteris:quando.M.Tullius quem ſine controuerſia regem huius artis & merito prædicant:quem latini Rhetores & oratores omnes benedicendi magiſtrum ſequuntur & ducem: Quem uelut eloquentiæ deum omnis doctorum ſchola intuetur:nõ perpetuo de ſtatibus idẽ ſenſerit:non ſibi ſemper conſtituerit.Nam in topicis ubi optime ſenſit:quod certius rationabiliuſq; eſt:tres generales ſtatus ſtatuit:coniecturam:finitionẽ:qualitatem:Verba eius ſunt hæc:Cognitionis quæſtiões tripartitæ ſunt: qum an ſit nec ne:aut quid ſit:aut quale ſit quæritur.horum primum coniectura: ſecũdum diffinitione:tertium iuris & iniuriæ diſtinctione explicatur.Idẽ in partitionibus eoſdem tres tetigit hoc pacto:Rurſus ſuperioris gñis ſunt tria:Sit nec ne:quid ſit:quale ſit:& cętera.Ita & ad Brutum tres omnino ſtatus ponit.Quidquid inquit eſt:quod in controuerſia aut contẽtione uerſatur:in eo aut ſit ne: aut qd ſit: aut quale ſit quęritur.Ita & in libris de oratore per.L.Craſſum inquit:Primum oratoris officium eſſe dicere ad perſuadendum accommodate. Deinde eſſe omnem orationem aut de infinitæ rei quæſtione ſine deſignatione perſonarum & temporum:aut de re certis in perſonis ac temporibus locata. In utraq; autem re quicquid in controuerſiam uenit:in eo quęri ſolere:aut factum ne ſit:aut ſi eſt factum quale ſit: aut etiam quo nomine uocetur. In iiſdẽ per Antonium expreſſius:Nihil enim inquit eſt:quod inter homines ambigitur ſiue ex crimine cauſa conſtet:ut facinoris:ſiue ex controuerſia:ut hæreditatis:ſiue ex deliberatione: ut belli:ſiuẽ ex perſona:ut laudis:ſiue ex diſputatione:ut de ratione uiuendi:in quo non aut quid factum ſit:aut fiat: futurumue ſit quęratur:aut quale ſit: aut quid uocetur.Idem paulo poſt:Ita ſunt inquit tria omnino genera quę in diſceptationem & controuerſiam cadere poſſunt:quid fiat/factum/futurumue ſit/ aut quale ſit:aut quomodo nominetur.Huic ſententię Quintilianus ſubſcribit his uerbis:Credendum eſt igitur his quorum auctoritatem ſecutus eſt Cicero tria eſſe

Ci.Varię opiniões de numero ſtatuũ.

quæ in omni diſputatione q̃rantur an ſit qd ſit q̃le ſit. Q uod etiã ipſa nobis no
bis natura præſcribit.Nam primum oportet ſubeſſe aliquid de quo ambigitur·
quod quid ſit & quale ſit certe non poteſt æſtimari:niſi prius eſſe conſtiterit & q̃
ſequuntur. Idem Cicero in Rhetoricis ad Herennium tres conſtitutiones po/
ſuit:cõiecturalem:legitimam:iuridicialem: quem ordinem & diuiſionem feciſſe
multo ſane magis miraremur:ſi ipſe eos libros aliis poſtea ſcriptis ꝓbare: ac nõ
potius damnare uideretur.Q ua autem eã inductus legitimam conſtitutionẽ ge
neralem poſuerit:quæ ipſius quoq; teſtimonio qualitatis ſeu gñis ps eſt:eãq; ſe/
cũdo loco ſtatuerit:ubi finitio rectius locãda fuerat:atq; ipſam finitionẽ:quę ge
neralis cõſtitutio eſt:ſub negociali:quã legitimam appellat:cõphenderit:iam/
pridẽ intelligere & declarare laboro.Nam ſi ꝓpterea hãc ſecũdam conſtitutionẽ
negocialẽ ſeu legalẽ ſeu legitimam appellat:q, in oĩum eius:quas facit:partium
cõtrouerſiis ex ſcripto magis q̃ rõne quæri uideatur:ita enim uel ex ipſaꝝ ptiũ
noĩbus apparet:q̃ ſcriptũ:& uoluntas:cõtrariæ leges:ambiguũ:diffinitio: trãſla
tio:ratiocinatio:ſiue collectio:ſuffecerat diuiſiſſe qõnes:alias rõnales: alias lega/
les eẽ ſiue legitimas:ut rõnales ex æquo & bono: legitimæ ex legibus aut ex ſcri
pto controuerſiam facerẽt:Atq; ita legitima nõ erit conſtitutio:ſed quæſtionum
genus.Alioquin & rationalẽ conſtitutionẽ ponere oporteret.Preterea: ſi diffini/
tio non generalis magis cõſtitutio eẽt:q̃ alicuius generalis mẽbrum:non rectius
adhuc ſub legitima:q̃ ſub rationali poneretur:qppe facti nomen:quod p diffini
tionẽ quæritur:quadam potius ſciẽtia atq; ipſius naturę contẽplatione:q̃ ex ſcri
pto quęritur.Cęteꝝ hac fortaſſe rõne eũ ordinem & diuiſionẽ fecit Cicero:quo/
niam conſtitutionum:ſeu tres illæ ſunt:uti ſunt:ſeu plures:certũ eſt genera duo
eſſe rationale & legale:Rationale quidem ſimplicius ẽ:qa ipſius tñ naturę con/
templatione conſtat.Nam illud:quod tpis quoq; differẽtiam adiiciũt:non ꝓba/
mus:itaq; in eo ſatis putauit oſtẽdiſſe coniecturam & qualitatẽ:legale aũt & la/
tius ẽ:& plures ut habeat ſpẽs neceſſe eſt:ꝓpterea q, multæ ſunt leges:& uarias
habẽt formas.Alia enim cuius uerbis utimur:Alia cuius uoluntate:Aliã q̃ qua/
dam ſimilitudine ad id:quod ſcriptum non eſt:trahitur:Alias cõparamus:Alias
in diuerſum ſenſum accipimus:& interꝓtamur:Alias derogamus: Alias reiici/
mus:Atq; ita ex legali ſtatuum gñe:quam legitimam fecit cõſtitutionẽ:hęc mẽ/
bra deduxit ſcriptum:& ſentẽtiam:Cõtrarias leges:ratiocinationẽ: ambiguum:
diffinitionem:tranſlationem:qum alioquin rectius intuẽtibus rationale & lega
le non ſtatus ſed ſtatuum ſiue quæſtionũ ſint genera:& ſub rationali qdẽ tres il
li oĩno generales ſtatus contineantur:coniectura:finitio:qualitas:Actionẽ nãq; ſi
ue tranſlationem ſupfluam putamus:Ex rationali aũt hæc triũ aliquin illorum
ſuperiorum naſcuntur:non conſtitutiones:ſed cõſtitutionum ſimulacra: interim
ſimplicia: interim mixta:propriam tamen faciem oſtendentia:ſcripti & uolũta
tis:quæ ſine dubio aut coniectura aut qualitate cõtinetur.Syllogiſmi ſiue ratio/

Ordo & diuiſio ſtatuũ in Rh. ad herẽ/nium.

Legitimam cur poſuit Ci. gñalẽ cõ/ſtitutionẽ.

Finitionẽ cur Ci. ſub negociali poſuerit

Q ua ratiõe hũc ordinẽ & diuiſionẽ ſtatuũ fecit Ci. in Rh. ad herennium.

Legale pluris hẽt Spẽs.

cinationis:q̃ maxime qualitatis eſt contraria: legũ:q̃ ſicuti deſcripto & uolũta/
te cõiectura explicatur.finitio quoq; utriq; generi:& q̄d rẽ:& q̄d ſcripti cõtẽ/
platiõe cõſtat:cõis eſt.Hæc aũt oĩa tametſi in tres illos rationales ſtatus ueniũt:
tñ q̄a aliq̄d uelut ꝓpriũ hr̃e uidentur:nõ duxit Cicero inutile ea diſcẽtibus demõ
Becichemi ſtrare.Hæc eſt opinio mea de hac Ciceroĩs ſnĩa:quã ad Herẽniũ ſcripſit: quæ ſi
opinio de Ci. minus idonea fuerit:nihil eſt q̄d me q̄ſpiam culpet:q̄ q̄d nõ improbãdũ cenſe/
ad herẽnium bam:explicui:& q̄d p̄terea eruditioribus intuẽdũ eẽt: aperui:& uniuſcuiuſq; ar
ſnĩa. bitrio æſtimandũ reliqui.In Rhetoricis de inuẽtiõe quattuor cõſtitutiões facit:
facti:noĩs:generis:actiõis:a facto coniecturalem:a noĩe diffinitiuam:a genere ge
neralẽ cõſtitutionem:quæ eadem qualitas dicitur:ab actione trãſlatiuã cõſtituit

Trãſlatio iu/ Sed trãſlationem in Rhetoricis ad Herẽniũ ſub legitima iure cõplexus eſt:q̄d
re ſub legiti/ uix in ulla cõtrouerſia trãſlationis ſtatus principalis ac nõ ex accidẽti rẽpiri põt:
ma põitur in q̄um in oĩbus fere cauſis in q̄bus cecidiſſe q̄s formula dicitur(ut Fabius elegan
Rh.ad herẽ/ ter notauit)hę ſint quæſtiones:an huic:an cũ hoc:an hac lege:an apud hunc:an
nium. hoc tp̃e liceat agere:& ſi qua ſunt talia:Sed pſonæ:tp̃a:actiones:cæteraq; ꝓpter
aliquã cãm transferuntur:Atq; ita nõ eſt in tranſlatione quæſtio:ſed in eo:cuius
cauſa trãſferuntur.Non debes apud prætorem petere fidei cõmiſſum:ſed apud
conſules:q̄d maior ſit ſumma prætoria cognitione.Q ueritur an maior ſit ſum
ma:facti ergo cõtrouerſia ẽ:Non licet tibi agere mecum: cognitor enim fieri nõ
potuiſti:iudicatio an potuerit?Non debuiſti interdicere:ſed petere an recte iter
dictum ſit quæritur:quæ omnia ſuccedunt legitimis quæſtionibus ; Tranſlatio
Tranſlatio q̄ itaq; quæſtionẽ non habet:de qua contendat orator:Nec cuius in primis expe/
ſtionẽ nõ hẽt. ctet caſum:quẽadmodum aliæ:ut occidiſti hominem:non occidi:quæſtio an oc
ciderit?Status coniecturæ:hic enim principalis uertitur controuerſia: ut occidi
ſti hominem:iure occidi:iure ne occiderit?ſtatus generis ſiue cõiecturalis.At nõ
ita habeo ius actionis:non habes:quæſtio an habeat?ut ibi ſtatus:Accipiat enĩ
ſtatum nec ne:ad euentum pertinet:non ad cauſam: & ad id quod ꝓnunciat iu
dex:non ad id propter quod pronunciat:Ita puniendus es:non ſum : aut hono/
randus ſum:non es:uidebit iudex:an puniendus?an honorandus ? Sed ibi nec
quæſtio:nec ſtatus eſt:At econtrario in his erit ſtatus : puniendus es : hominem
enim interfeciſti:non interfeci:honorandus ſum:q; fortiter feci: non feciſti for/
titer.quæſtio de facto in illa an hominem interfecerit:in hac an fecerit fortiter.
& ita coniecturæ ſtatus.Ex quibus ſatis conſtare arbitramur tranſlationẽ prin
cipalem ſtatum in nulla cauſa eſſe:& quidquid ciuilis controuerſiæ habet:id ꝓ
pter alias conſtitutiones:non propter ſe aſſumi . Omnis ergo iuris diſceptatio:
uel coniectura: uel finitione: uel qualitate explicatur . Sed fortaſſe Cicero ulti/
mam conſtitutionẽ:& ſi non utiq; recte:non inutiliter tamẽ ad rudium inſtitu/
Statuũ qua/ tionẽ poſuit:ut latiore quadam ac faciliore uia:tam & ſi obliqua procederẽt:ut
dripartita rõ. diſcant ante omnia:quadripartitam in oĩbus cauſis eẽ rõnẽ: quam q acturus ſit

intueri oporteat. Primã quidẽ: eãq; firmiſſimã: ut a defenſore potiſſimũ incipia mus: ſi quod obiicitur negari põt: pximã: ſi quod obiicitur: id factũ eſſe nõ di/ citur: Tertiã: eãq; honeſtiſſimã ſi recte factum oſtenditur: qbus oĩbus ſi deficia/ mur: unum reliquũ eſt perfugiũ: ut aliquo iuris adiutorio ab eo: quod nec ne/ gari: nec defendi põt: crimẽ euadere tentemus: actionem nõ iure in nos intẽdi oſtẽdentes. Et hæc ſiue actionis: ſiue trãſlationis ſit qſtio Accuſatori nihilo plu ra intuenda ſunt: q̃ ut pbet: Factũ eſſe. Hoc eſſe factum: nõ recte factũ: iure ſe intendere: Neq; tñ Cicero hãc ſtatuũ rõnẽ ſine auctore fecit. Fuerunt.n. & alii: qui tranſlationẽ ſeorſum ſtatũ poſuere: Q uos ipſe Cicero matura ætate: matu roq; cõſilio reprehendit ita ſcribẽs: Nam quod quidã græci adiungũt: recte ne ſit factum: totũ in eo eſt: quod quale ſit: quærimus: &c. Seuerinus in.iiii.de to/ picis. Ita de cõſtitutionibus ſcribit. Earũ aũt conſtitutionũ: Q uæ præter ſcri/ ptum ipſaꝝ rerum cõtentione ſunt poſitæ: ita differẽtia ſegregantur: ut rerum quoq; ipſaꝝ diuerſa eſt natura. In omni.n.rhetorica qſtione dubitatur: An ſit: Q uid ſit: Q uale ſit: Et præter hæc: An iure: an more poſſit exercere iudicium: Sed ſi factum uel res: quæ intenditur ab aduerſario: negetur: quæſtio eſt: utrũ ſit: ea: Q uæ coniecturalis cõſtitutio noiatur. Q uod ſi factum eſſe conſtiterit: Q uid uero ſit id: quod factũ eſt: ignoretur: qm̃ uis eius diffinitione monſtrã/ da eſt: diffinitiua dicitur cõſtitutio. Ac ſi & eſſe cõſtiterit: Et de re: de diffinitiõe cõueniat: Sed quale ſit inquiratur: Tunc: q a cui generi ſubiici debeat: ambigi/ tur: generalis qualitas nuncupatur. In hac uero quæſtione & qualitatis: & quã/ titatis: ac comparationis ratio uerſatur. Sed: quoniam de genere quæſtio eſt: ſe cundũ generis formã: In plura neceſſe eſt hanc cõſtitutionem mẽbra diſtribui. Martianus capella ſcriptor eruditiſſimus tranſlationẽ in numerũ ſtatuũ nõ ad mittit. Eius uerba ſubiiciã. Principales igitur ſtatus ſunt numero tres: An ſit? Q uid ſit? Q uale ſit? An ſit coniectura eſt: ut an patrẽ Roſcius occiderit? qd ſit? finis: ut an maieſtatẽ minuerit Cornelius? quale ſit? ut an ſaturninus iure ne catus ſit? ſed ne forſan moueat: quod prætereo quartũ ſtatũ: quẽ Hermagoras inuenit: ſubtilior ratio eſt: Eum non ſtatum: ſed partem dicere qualitatis. Et in qualitate: Hermagoras quaſi conſtitutionem nouam: aut qualitatem diſtin/ guere: & tranſlationem uel præſcriptiõnẽ uocare maluiſſe ait: uerum ſpeciem qualitatis ipſe facit. Fortunatianus idẽ fere tradit his uerbis. Rationales ſtatus quot ſunt ſecũdum Hermagoram? coniectura: finis: qualitas: & tranſlatio. Sed tranſlationem tantũdem accepimus legalem. Cur ita? quoniã nulla tranſlatio ideſt præſcriptio ſine lege poteſt eſſe. Victorinus in Ciceronem ponit ſimilitu/ dinis formam cognoſcendi ſtatus: omnis conſtitutio inquit eſt: ut aſpectus: ut enim aliquid uidere uolumus: nec uidemus: & eſt coniectura. aut uidemus ali/ quid: & quærimus quid ſit: & eſt finis: aut uidemus quid ſit: & quærimus quale ſit: & eſt qualitas: Tranſlatio porro ab hac ſimilitudine uidetur eſſe remota:

Actionis qõt ſiue tranſla/ tionis.

Boetius facit quattuor ſta tus.

Tranſlationẽ Martian⁹ nõ admittit.

Præſcriptio:

Tranſlationẽ Hermagoras excludit.

Statuũ ſimili tudo ſecũdũ Victorinũ.

Satuũ diui/
ſio ſecũdum
Hermogenẽ.
Diffinitiuus
ſtatus qui.
Cõiecturalis
conſtitutio q̃
& unde.
Coniectus.
Coniectores.
Geneſis.
Cõiecturalis
ſtatus nomi/
na diuerſa.
Facta id ĩtel/
ligim⁹ qđ di
cta.
Realis cõſti/
tutio.
Stadiaron.
Stadiũ uñ.
Cõiecturalis
cõſtitutio q̃re
prima.
Furtũ quod
præſefert.
Cõiectura fit
ſex modis.

Hermogenes quoq; fere hanc ſtatuũ quæſtionẽ ſequi uidetur:Nam tres ſtatus
principales hunc in modũ deducit:Propoſita controuerſia conſiderare oportet
quod in iudicium uenit:an ſit manifeſtum:nec ne.ſi non eſt manifeſtum:conie
cturæ eſt ſtatus:ſi uero manifeſtum:ſed dubitatur de nomine : diffinitiuus eſt:
Eſt autem diffinitiuus qum quæſtio eſt:quo nomine appellandum ſit id quod
factum eſt.Si manifeſtum/& perſpectum/quod uenit in iudicium:quæſtio cir
ca qualitatem negocii conſtituitur:ſi iuſtum/ſi utile/ſi legitimum nomen gene/
rale:huic qualitas. Coniecturalis igitur conſtitutio appellatur:(ut inquit Ci/
cero)qum facti controuerſia eſt:quoniam coniecturis cauſa firmatur:& a con
iectu Fabii teſtimonio dicta eſt.i.a directione quadam rationis ad ueritatem:
unde etiam ſomniorum atq; omniũ interpretes coniectores uocamus. Alii ge/
neſin dixerunt:ut idem tradit:qui etiam in.ix.ait:Non enim nominibus pro/
ſunt:ſed effectibus:ut ſtatum coniecturalem/an inficialem/an facti/an ſubſtan
tiæ/an de ſubſtantia nominemus/nihil intereſt:dum idem quæri ſciamus.Ma/
rius Fabius qum facti controuerſia eſt:id inq̃t debemus facta intelligere/quod
dicta.Vt.n.utrum aliquid factum ſit quæritur:ita & utrum aliquid dictum ſit
poteſt quæri. Q uare huic conſtitutioni:quoniã incerta/& non apparentia con
iecturis:uel ſuſpitionibus indagantur recte coniecturæ nomen impoſuit. Alii
hanc conſtitutionẽ realem uocauerunt:quod in ea quæratur:utrum res/de qua
agitur facta eſſe uideatur. Alii ſtadiaron græco uocabulo quidem: ꝙ in ea de
incerto inueſtigando maximum certamen habeatur:unde & ſtadium dicitur:
quod ibi exerceantur certamina. Sed Cicero conſtitutioni huic ex modo actio
nis nomen impoſuit. In hac autem conſtitutione modus actionis eſt hic:ꝙ res
coniecturis quæritur.Ideo ergo coniecturam uocauit. Et merito coniecturalis
conſtitutio eſt prima:quia illa facti/tãq̃ ſubſtantiæ quæſtionem habet:ſine qua
aliæ conſtitutiones/aut partes conſtitutionũ eſſe nõ poſſunt.Fruſtra enim quis
quæreret:quo nomine aliquid cenſendũ:aut quale eſſet:niſi prius illud eſſe cõ/
ſtaret:quod neq; diffinitio/neq; ullum accidẽs non exiſtẽtibus poſſit applicari:
Nam furtũ eſſe atq; illud illicitum:præſefert:clamatq; per iniuriã/aliquid ante
ablatũ eſſe.Sex aũt modis fit coniectura:aut qum de facto/de perſona nõ con
ſtat:aut cõtra:qum de ꝑſona non de facto:aut qum de utroq; quæritur:aut qũ
de ſola uoluntate q̃ſtio eſt:aut qum de re ipſa quæritur:aut qum eſt anticathe/
goria.In primo tale exẽplũ/pater filiũ abdicauit:ambo ſimul militabãt:filii te/
lo pater occiſus inuẽtus eſt:& parricidii fit reus:factũ conſtat:q̃a occiſus pater
de ꝑſona non conſtat:quæritur.n.num a filio. In ſecundo:Abdicatus filius me
dicinæ ſtuduit:decũbenti patri poculum/ quod ſanitatis diceret/dedit:pater in
media potione ait ſe uenenum accepiſſe:filius reliquum poculi tuto bibit:pater
deceſſit:reus parricidii fit filius:hic enim.de perſona conſtat: quia filius dedit:
ut pater poculum bibat:de facto quæritur:an eo poculo deceſſerit: qum & fi/

lius biberit. In tertio:qum de utroq; non conſtat:Luxurioſi pater nõ cõparuit: filius parricidii fit reus.hic.n.non conſtat:patrem occiſum:nec ſi conſtiterit:an a filio ſit occiſus? In quarto:Adoleſcẽs a meretrice excluſus:ardẽtis tantillum: quod ſuperat:candellæ ante meretricis fores abiecit:eo domus conflagrauit:petit illa ut reſtituat:hic de facto: & de perſona conſtat:qua id fecerit uoluntate quæritur:In quinto:Qum de re:non de facto quæritur. Repetebat quidam a commilitone pecuniam tanq̃ creditam:negantẽ debere:interfecit. Interfectoris deinde hæredes pecuniam eandẽ ab interfecti heredibus repetunt:illi contradicunt:hic non de facto:quæſtio eſt: ſed de re:num ante factum:pecunia ſit credita? Qum eſt Anticategoria:Quã quidam noſtrorum cõcertatiuam dixere: ut Fabius docet:eſt qum ſe inuicem aduerſarii accuſant huiuſmodi exemplo: Vir fortis nouercam habebat:habebat & captiuã:ambiguis ſignis obiit:accuſant ſe cædis inuicem nouerca:& captiua.Illud quoq; ſciendum:in omnia tempora coniecturam diſtribui poſſe:auctore ipſo non modo Fabio:Sed & Cicerone:eiuſq; interprete Victorino:Nam de præterito quæritur:ut: Interfecerit ne Clodiũ Milo? de inſtanti:ut bono ne animo ſint erga Venetos Galli? De futuro:ut ſi fœdus cum turcis inierimus:ſimus ne diu pacẽ habituri? quod quia ſignis & coniecturis exequendum:coniecturalis ſtatus dicitur:uti quia factum negatur inficialis.Tullianus interpres ait coniecturam:quanquam habeat tria tempora principalem eſſe non poſſe:niſi de præterito:de præſenti uero:& futuro incidere poſſe poſt ſtatum principalem. Fabius in.vii.contra dicit.coniectura omnis aut de re:aut de animo eſt.Vtriuſq; tria tẽpora.præteritum:præſens:futurum.de re & generales quæſtiones ſunt: & definitæ.i.quæ non continentur:& quæ cõtinentur.de animo quæri non poteſt:niſi ubi pſona eſt:Et de facto conſtet. Qum autẽ nominis controuerſia eſt(ut idem Cicero ait)quia uis uocabuli uerbis diffiniẽda eſt:diffinitiua cõſtitutio nominatur. Idem interpres huic quoq; cõſtitutioni non ex re.Sed ex modo actionis nomẽ impoſuit: Res eſt enim huius conſtitutionis nominis ambiguitas.Modus actionis eſt nominis definitio. Recte ergo huic conſtitutioni nõ ex re. Sed ex modo actionis nomẽ impoſuit.Et in illud:Nominis cõtrouerſia eſt:qum de facto conuenit:& quæritur id quod factum eſt:quo nomine appelletur:uerũ inquit:qum de nomine ambigitur: & de re neceſſe eſt ambigatur: nomen enim rei eſt: Res uero nunquã ſine nomine eſt.Quare qum de nomine dubitatio eſt:de re quoq; dubitetur neceſſe eſt:Ergo definitiuus ſtatus:huiuſmodi eſt:qum de facto:conſtat & de re:uel noĩe cõtrouerſia eſt.Inter factum.n.& rẽ hoc intereſt. Res eſt certã ſui formã:& ſpeciẽ circa cognitionẽ retinens. Ergo ſi ſpecies rei nota eſt:nomẽ quoq; notũ ſit neceſſe eſt.Factũ eſt confuſum qddã & ĩcertũ hoc ſolo certũ:q̃d ſcitur.quid factũ eſt. In fine itaq; factũ cõſtat:ſed res nõ cõſtat:& qa rei nomẽ ſemp adiunctũ eſt:ideo de noĩe cõtrouerſia eſt. dr̃ aũt finis & finitionis ſtatus:

Anticategoria g. cõcertatiua.L.

Cõiectura in oĩa tẽpora diſtribuitur.

Inficialis ſtatus unde.

Diffinitiua cõſtitutio.

Nomẽ eſt rei Res nũq̃ ſine nomine.

Factũ & res differunt.

Finis & finitionis ſtatus.

qũem unũ ex tribus principalibus ſub rationali genere rectius poni palam eſt. Cæterum quod & ſub negociali quæſtionum genere diffinitio frequenter inci/dat:ne de eodem ſtatu bis agere uideatur:ad alium locum retulit in Rhetori/cis ad Herennium:non tam conſtitutionem:q̃ conſtitutionis ſimulacrum con/ſtituens. Eſt autem diffinitio oratio rei ſubſtantiam ac proprietatem breuiter demonſtrans. Ea quinq; fit modis: Qum rem unam ſimpliciter definimus:ut Naufragia ad publicanos pertineant: Cuiuſdam naufragi corpus cum orna/mentis in littus deiectum:atq; harena obrutum:publicani qum eruiſſent:ſepul cri uiolati accuſantur:hic ſimpliciter una res quæritur: quid ſit ſepulcrum uio lare. Qum duplex eſt actio:ſiue comparatiua:quando ſcilicet duæ diuerſæ res a litigantibus diffiniuntur:ut lex: Sacrilegus capite puniatur:fur quadruplum ſoluat:De templo priuatam pecuniam quis ſuſtulit:petitur ad penam:ut ſacri legus:offert quadruplum:ut fur:hic enim quid ſacrilegium ſit:& quid furtum: ut diffiniatur neceſſe eſt. Qum duplex ſiue coniuncta eſt quæſtio:quãdo duæ res:una in lege contra eundem diffiniuntur:ut lex:qui non iniciatus ſacra an/nunciauerit capite plectatur:Non iniciatus:ſacra uidit in ſomnis:retulit ei:qui iniciatus fuit:ille ait:hæc ſunt ſacra:& illum ad pœnam accerſit: Hic quid ſit iniciatum eſſe: quid ſacra enunciare quæritur. Qum ex partibus eſt diffini/tio:quando unam rem multis partibus definimus: ut qui ab hoſtibus obſide/rentur:auxilia a finitimis conduxerũt: dum auxilia in itinere ſunt:hoſtes obſi/dionem ſoluunt ac fugiunt. Auxiliares pactam mercedem petunt:qui obſeſſi fuerant contradicunt:hic enim quæritur:quid ſit auxilium ferre:quod ex par/tibus definitur:& quod decreuerunt:& quod miſerunt:& quod hoſtes receſſe/runt. Poſtremo qum eſt antithetica diffinitio: qua non tantum crimen nega/mus: ſed & benefactum oſtendimus:ut qui commodatam ab ephebo clamy/dem habuiſſet:in eius mortui ſepulcrũ intulit:hic ab ephebi patre ſepulcri uio lati accuſatur:qui non ſepulcrum a ſe uiolatum: ſed magis ornatum affirmat: Qualitas:ſeu conſtitutio generalis eſt: qua:qum quæritur: qualis ſit res:de ui: & de genere negocii:controuerſia eſt:Quã diuidunt in negocialem:ſiue lega/lem:Et iuridicialem ex Ciceronis auctoritate. Lis uero (ut aliquis colligit rhe/torum)huius generis omnis:eſt aut de p̃mio:aut de pœna:aut de qualitate. Primũ igitur cauſæ genus:aut ſimplex eſt:aut comparatiuũ:in illo quid æquum:in hoc utrum æquius:aut quid æquiſſimũ ſit excutitur. Qum de pœna agitur:a par te eius:qui Cauſam dicit:aut defenſio eſt criminis:aut iminutio:aut excuſatio: aut (quod aliqui addunt) deprecatio: Defenſio longe potentiſſima:qua:quod obiicitur factũ:honeſtũ eſſe dicimus:catẽtilepſin græci dicunt:noſtri abſolutã. De re ſola quæſtio:Iuſta ſit Ea:nec ne:Iuſtum aũt omne cõtinetur aut natura: aut cõſtitutione. Alterum eſt defenſionis genus:in quo factum per ſe improbabi le aſſumptis extrinſecus auxiliis defenditur:catantitheſin græci uocant:Latini

[Margin notes:] Diffinitio fit modis qnq;. — Qualitas ſeu cõſtitutio generalis. — Abſoluta. — Catentilepſis — Catantitheſis

aſſumptiuã qualitatẽ. Sũt q̃ nõ abſurde abſolutã qualitatẽ duobus modis fieri aſſerãt: facti qualitate: & iuris rõcinatiõe. Facti qualitatẽ dicũt: qũ factũ ipſum oñdimus nulli pernicioſum eẽiure ergo naturæ id licere: Vt ex Fortunatiano & aliis dãnato milone exclamat Marcus Tullius Cicero Vrbẽ Romã bonis ciuibus ſedẽ eẽ nõ poſſe: reus eſt læſæ reip. Iuris rõnẽ quattuor modis fieri aiũt: lege: more: ſecta: arte. Lege: indẽnatos: liberos liceat occidere: Tres filios lege dãnatos occidit: reus ẽ uxori malæ tractationis. Hic ſe dicit lege feciſſe: At hic ſtatus legalis potius eſt ex legibus contrariis. More: ſcytha Athenis ſexagenarium patrem (quod is ſcytharũ ſit mos) per pontẽ deiecit: & patricidii fit reus: q̃ ſe more ſuæ gẽtis feciſſe dicit. Secta philoſophus platonicus in cõciõe diſputauit de bono mortis: qui illũ audiuerũt: ſibi mortẽ cõſciuerũt. Philoſophus illati dãni fit reus. Hic ſecũdũ ſectã ſuã diſputare: ac pfiteri philoſophiã: defendẽs ſe rñdet. Arte: Pictor naufragia pinxit: ac publice ꝓpoſuit: nẽo nauigat: reus fit læſæ reip. hic artẽ ſuã oñdere: ac proponere: ſe iure poſſe affirmat: q̃ quidẽ diuiſio: preter ſuperiorẽ illã acutiorẽ: ſane rudibus ad exercitationẽ nõ erit inutilis. Cõſtitutio trãſlatiua dicitur: qñ hæ qõnes ĩcidũt: an huic an cũ hoc: an hac lege: an apud hũc: an hoc tẽpore liceat agere: Nã reus aut tẽpus differẽdũ: aut accuſatorẽ mutãdũ: aut iudices mutãdos: aut pœnã mutandã dicit: Cuius cõſtõnis Hermagoras inuẽtor eẽ exiſtimatur: nõ qa nõ uſi ſint ea ueteres oratores ſæpe mlti: ſed quia nõ aĩaduerterũt eã ſuperiores artis ſcriptores: nec retulerũt in numeꝝ cõſtõnũ. Illud idẽ: quod dixi: ſentit &. M. Tullius cuius interpres ait. Huic quoq; cõſtõni ex mõ actionis nomẽ ĩpoſuit. Agitur enim: ut actio trãſferatur. Veꝝ quod ait: nõ hoc erit: ſed illo: nõne & in fine: qũ q̃ritur: utrũ fur: an ſacrilegus ſit: id q̃ritur: quo nã magis erit accuſandus ſit. Sed hoc intereſt: quod in fine erĩa utraq; iũgũtur: nõ. n. qũ ſacrilegum dico: furẽ nego. In trãſlatiõe uero uno accuſandus erit: ſiue illo: quod intendimus: ſiue illo. ad quod reus trãſferri poſtulat actionẽ. Et eſt duplex trãſlatiõis genus. Vna. n. cãm pr̃ſus excludit: qũ oñdimus rẽ illã: q̃ cãm faciat: in iudiciũ uenire nõ poſſe: Et ea ꝓprie preſcriptio dicitur. Altera q̃ cãm nõ tollit: ſed differt. Cice. trãſlatiõi nõ frequẽtem apud nos maxime in iudiciis locũ eſſe duabus de cauſis oſtẽdit. Et quia in priuatis actionibus: quæ ad iudices pertinerẽt: prætoriæ erãt exceptiões: Q uibus publice præſcribebatur: ac cauebatur: Et quid: & quo tẽpore: & per quos: & apud quos agendũ eſſet: Q uæ quidem ita a prætore & excepta: & præſcripta: niſi qui cãm agebat: ſeruaſſet: reiiciebatur: Et quia legibus preterea cautũ eſt: ut qui in iudiciũ trahitur: poſſit: Si cõmodũ putat: añ a iudicibus peteret: ut de accuſatore cognoſcãt: poſſit ne iure ſecũ agere. Q uibus duabus rebus perfectũ eſt: ut tranſlationi pr̃aro ſit locus: Q uæ quidẽ quatuor modis ita fieri põt. A perſona rei: & accuſatoris. A perſona rei: ut ſi uir fortis accuſetur: Et oñdamus uiꝝ fortẽ accuſari nõ poſſe. Accuſatoris: ut ſi negemus infamẽ agere poſſe. A re: ut lex: filio aduerſus patrẽ

Abſoluta q̃litas fit duobus modis.

Cicero qd dixit damnato milone.

Iuris rõ fit q̃tuor modis.

Tranſlatiua conſtitutio q̃ & unde.

Hermagoras cur dicitor inueniſſe tranſlationẽ.

Finis a trãſlatiõe qũo differat.

Trãſlationis duplex gen9.

Preſcriptio quæ ꝓprie dicitur.

Trãſlatio raro in iudiciis ſecundum ci.

Tranſlatio fit q̃tuor modis

Præſcriptio.

Ne ſit actio:niſi dementiæ filius uult patrẽ accuſare affectatæ dominationis: Ille præſcribit. A tẽpore dupliciter itẽ preſcribimus: Si aut olim eũ agere po tuiſſe:nunc nõ poſſe dicimus. Lex: pupillus poſt acceptã hæreditatem cum tu tore niſi intra quinquẽnium nõ agat: Pupillus accepta tutela: militiæ nomen dedit/poſt quinquennium reuerſus/uult agere cum tutore: Ille preſcribit. Aut contra: ſi nunc nõ poſſe: olim fore: ut poſſit: contendamus: lex: pupillus ne cũ tutore agat/niſi poſt acceptam tutelã. Pupillus amat pſaltriam: petit a tutore ut ſibi eam redimat. nõ redimentem accuſat male geſtæ tutelæ: ille preſcribit. A loco: qum oſtendimus ibi cãm intendi nõ oportuiſſe: ut nõ in prouincia ſed romæ: nõ in ſenatu/ſed ante iudices: non apud pretorem/ſed apud tribunum. Cicero in rhetoricis de inuentione: cõſtitutionẽ generalem eſſe ait: qum qualis ſit res quæritur: & quia & de ui/& de genere negocii controuerſia eſt: inde no men habuiſſe. Enarrator: ait/huic conſtitutioni nõ ex nõ actionis: ut ſuperiori bus duabus: & poſt quartæ: ſed ex re. i. negocio nomẽ impoſuit. Hic. n. res illa eſt. Quod negocii genere/uel qualitate q̃ritur. Itaq; ex re huic cõſtitutioni no men impoſuit: ut generalis uocetur. i. qualitas: Et ideo appellata eſt qualitas: Quod cũ quæritur: quale uel quãtũ eſt id/quod factũ eſt: nõ nomẽ rei: ſed rei q̃litas q̃ritur. Et ubi Cice. deſcẽdit ad ipſius qualitatis diſputationẽ ait: Ac pri mo hãc in duas diuidit ptes/in iuridicialẽ/& negocialẽ. Quaꝝ ptiũ hoc cõpẽ diũ tenere debemus. Quod iuridicialis ſp de pterito ẽ/& negocialis ſp de fu turo. Quæ tpa in ipſaꝝ ptiũ definitione uĩ Ci. nõ declaraſſe. Nã iuridicialẽ/ſic diffinit. iuridicialis eſt: in q̃ æq/aut recti natura: aut pmii: aut rõ pœnæ q̃ritur. Hęc oro tps q̃ſi pteritũ nõ demõſtrat: niſi qđ magis futuꝝ tps uidetur icluder: qũ aut pmii aut pœnæ rõ q̃ritur. Quo loco prio oñdẽdũ ẽ/& pœnã/& pmiũ de pterito eẽ poſſe. Nã & poſt ſuppliciũ de aliquo iniuſte ſũptũ pñt nõnulli in iudiciũ uocari: Et ꝙ nõ recte pmio aliquẽ donauerit: ut uerres/q ſuppliciũ ſum pſit đ ciuib⁹ romãis: & ãnulo aureo ſcribã ĩ cõciõe dõauit. Ergo pmii/& pœnæ rõ põt de pterito eẽ. Sed occurrit illud põt tñ pmii/& pœnæ rõ & đ futuro eẽ: Ioq; ĩ hac pte tps pteritũ nõ recte definiuit: Qũ iã huic loco ſic rñdetur: Qđ dixerit rõ. Rõ. n. ſp de pterito ẽ facto. De futuro ãt qũ q̃ritur rõcinatio dr. Et ẽ ibi tm̃ meriti rõ: qđ meritũ pteritũ ẽ. Atq; ita rõ nũq̃ niſi de pterito eſt. Qũ. n. dicis: petit pmiũ: neceſſe ẽ: Afferat meritũ. Ita ĩ eo qđ petit pmiũ/nulla rõ eſt: Sed cũ ais eũ mereri: tũ rõ ẽ ex pterito ueniẽs. Ergo ait Ci. iuridicialis ẽ: in q̃ æq/& recti natura/aut pmii/aut pœnæ rõ q̃ritur. In eo qđ ait rõ. pteritũ tps iclu dit. Iuridicialis a iure. Aeq/enĩ & recti rõ nõ niſi iure conſtat. Deinde nego cialis ẽ: inqt ĩ q̃ qd iuris ex ciuili more: & æqtate ſit/cõſideratur. Cui diligẽtiæ pẽſſe apud nos iureccõſulti exiſtimãtur. Negocialis q̃litas talis ẽ: qũ aliqd gene ratim iure cautũ ad ſpẽm deuocam⁹: ut puta: uiro forti pmiũ detur: uir fortis petit inimici mortẽ. In eo qđ dicit: uiro forti pmiũ: dat uiro forti pmiũ: ſed nõ ẽt deſignat illud forti: qđ petit. Ergo in negociali q̃litate ex ęqtate pcedẽtis iu

Generalis cõſtitutio quæ & unde.

Qualitas unũ

Iuridicialis quõ quæ.

Pœna & præmium de pterito eſſe põt.

Rõ ſemp eſt de pterito facto.

Rõcinatio.

Meritũ præteritum.

Aeq & recti rõ nõ niſi iure conſtat.

Negocialis quõ quæ.

ris noua iura firmãtur.i.ut liceat id/qđ in cõtentiõe uerſatur:& iõ de futuro ẽ.
Q đ ẽt iuriſpiti faciũt:q ſi forte id/de quo agitur/iure nõ cautũ ẽ:p iterp̃tationẽ
ſtatuti iuris id ẽt:qđ i codẽ iure noiati nõ cõtinetur:affirmãt.Hoc ẽ:qđ ait:cui
Conſideratio de icerto eſt.
dfligẽtiæ p̃eſſe apud nos iurecõſulti exiſtimantur.Hoc quoq; tp̃s futurũ de/
mõſtrat:qũ ait:quid iuris ſit cõſideratur.Cõſideratio.n.de incerto ẽ:Et qa iu/
ris cõſideratio eſt de futuro ẽ.Fabius Q uinti.in.vii.agens de q̃litate uidetur
tangere negocialẽ his uerbis:Eidẽ q̃litati ſuccedũt faciẽda/ac nõ facienda ap
petẽda/euitãda:q̃ in ſuaſorias qdẽ maxie cadũt.Sed in controuerſiis quoq; ſũt
Q ualitas ſecundum hermogenem.
freq̃ntia hac ſola differẽtia:qa illic đ futuris/hic đ factis agitur.Hermogenes
ꝓpemodũ cum tuliana diuiſiõe cõuenire uidetur.Sic.n.inqt:Q ualitas uel cir
Negocialiſ.
ca rẽ aliquã hẽt inqſitionẽ uel circa dictũ:Si circa dictũ legalẽ facit ſtatum:
Si circa rẽ rõnalẽ facit ſtatũ:Et hoc diuides dupliciter.Vel de futuro negocio
hẽt inqſitionẽ:uel de aliquo iã p̃terito.Si de futuro ẽ negocialis.Nã negocia/
Iuridiciaľ ſecundum hermogenem.
lis ẽ dubitatio de negocio futuro:ſi oportet fieri aliqd/uel nõ fieri:uel dare ali
qd/uel nõ dare:Vt ſi cõſulerẽt Athenienſes:an debeãt ſepelire barbaros in ma
rathõe occiſos.Negociali Cicero nullas dat ptes queẽadmodũ & Hermogenes:
Iuridicialẽ uero in duas diſtribuit partes/Abſolutã/& aſſumptiuã:Abſolutam
dicit eſſe:q̃ i ſe cõtinet iuris/& iniuriæ qõnẽ: Aſſumptiuã:q̃ ip̃a ex ſe nihil fir/
Abſoluta q̃litas.
mi dat ad recuſationẽ:foris aũt aliqd defenſiõis aſſumit.Victorin⁹:deinde hic
quoq; reꝝ cõpẽdiũ tenere debem⁹.Q uod in abſoluta qualitate factũ ip̃m iu/
Aſſumptiuæ ptes q̃tuor.
ſtũ aſſerimus:in aſſũptiua uero q̃litate nõ factũ iuſtũ:ſed cãm facti iuſtã fuiſ/
ſe contendimus.Itaq; in abſoluta qualitate æqi/& recti natura q̃ritur:in aſſum
ptiua uero p̃mii & pœnæ rõ q̃ritur.Cuius aſſumptiuæ ptes quatuor:cõceſſio.
Remotio crĩs/relatio crĩs/cõpatio.Hermogenes pariter affirmat:Si factũ eſt:
đ quo ẽ iudiciũ:huic cõe nomẽ cẽ iuridicialẽ:Q uã hoc mõ dupliciter diuidit:
Aut reus dicit ſe aliqd feciſſe.tãq̃ iiuſtũ:aut qđ nõ ſit ꝓhibitũ.Si nullo pacto
Antilepſis.
dicet ꝓhibitũ qđ factũ ẽ/Antilepſim faciet:Eſt.n.antilepſis accuſatio negocii
nõ ſub iudiciũ cadẽtis.ſed qđ uř ſub iudiciũ cadere poſſe:ut agricola philoſo
phãtẽ filiũ abdicat.Si uero cõfitetur feciſſe aliqd tãq̃ iiuſtũ:nomẽ rurſus huic
Antitheſis
generale antitheſis.Igitur qđ Hermogenes Antilipſin dixit:Ci.abſolutã appel
Abſoluta.
lauit:Id qđ ille Antitheſim:hic aſſũptiuã.In abſoluta Q uinti.aſſerit de re ſo
Aſſumptiua
la cẽ qõnẽ/iuſta ſit ea nec ne:/iuſtũ oẽ cõtineri natura/uel cõſtõne.Natura/qđ
fit ſecũdũ cuiuſq; rei dignitatẽ/q̃ in re ſunt/pietas/fides/cõtinẽtia/& talia.Con
Aſſumptiua
ſtitutio/ẽ in lege/more/pacto iudicato.In aſſũptiua idẽ auctor ait/eſſe defenſio
nis gen⁹/in quo factũ p ſe iprobabile aſſũptis extriſec⁹ auxiliis tuemur. Rur
ſus qũ Ci.aſſumptiuã i q̃tuor ptes/q̃s ſupradixi:diuidat:i cõceſſionẽ crĩs/remo
tionẽ crĩs/relationẽ crĩs/& cõpationẽ:Doctus interp̃s hæc ſcribit.Veꝝ hic q̃tu
or hoꝝ locoꝝ Ci.ordinẽ cõuertit.Nam a poſtremo quod hic poſuit retrorſum
uerſus ordo eſt.Etenim uim ſingularum defenſionũ conſiderare debemus.Pri
mo hæc eſt innocentis hominis:ut dicat:non feci.Deinde feci:ſed non ſic uo/

catur. Tertio feci:& ſic uocatur:ſed iure feci. Deinde hoc ipſum iure feci:aut
licuiſſe ſibi debebit oſtendere:Q uæ eſt q̃litas abſoluta:aut ſi non licuit/debet
ſibi extrinſecus aſſumere aliquid/quo hic probet:quod iniuſte factum uide⁄
tur.Q uinti.primo loco relationẽ poſuit:ſecũdo comparationẽ:tertio remo⁄
Antithesis — tionem/uel tranſlationem:quarto ſtatus ueniales.Hermogenes quoq; ſic Anti
diuiſio ſecun — theſim diuiſit:aut enim reus quod factum ẽ:totum in ſe ipm̃ aſſumit:aut ĩ ali
dum hermo⁄ — qd coꝝ/q̃ extra ipſum ſunt/transfert.Si ĩ ſe ipm̃ aſſumit:facit antiſtaſim.Hic
genem. — eſt ſtatus teſte Q uintiliano/quẽ noſtri cõpatiõem uocãt:Et eſt(ut ipſe Her⁄
Cõparatio. — mogenes diffinit)qñ reus ſe feciſſe aliqd/tanq̃ iniuſtũ fatetur:cõtra opponit
aliqd bñficiũ:quod ſit maius ipſo iniuſto.Si uero in aliqd coꝝ/q̃ ſunt extra:
Antenclima. — uel in ipm̃ patiẽtẽ tráſfert/uel in aliud qddã:Si in cũ/q patitur/uel paſſus ſit:
facit Antenclima.Cice.(ut paulopoſt attingã)relationẽ crimis appellat.Põt
Relatio cris. — ẽt dici recriminatio/Et ẽ:(ut in diffinitiõe hermogenis pſiſtã)qñ reus confite
Recrimina⁄ — tur ſe feciſſe aliqd iniuſtũ:ſed eũ:quẽ læſit/iuſte paſſũ eẽ oñdit.Si in aliud qd
tio. — dã tráſfertur:rurſus hoc diuiditur.Aut.n.reus cõfitẽs crimẽ tráſfert illud uel
in aliquod negociũ/quod iudiciũ ſubire põt/uel in pſonã/& metaſtaſim facit:
Metaſtaſis. — Aut tráſfert crimẽ in aliquod/quod iudiciale fieri nõ põt:& facit ueniã/hoc ẽ
ſtatũ unialẽ.Hunc in modũ acutiſſime Hermogenes iuridicialẽ aſſumptiuã
Venialis ſta⁄ — diuiſit. Vt eoſdem ſtatus pticulares diligentius excutiamus:cũ alioꝝ rhe⁄
tus. — toꝝ tũ:Ci.pariter/& Q uinti.ſnias pcurram⁹.Ipſe Cice.conceſſionẽ/q̃ ab aliis
Conceſſio. — uenia/ſeu uenialis ſtatus appellata:prima ps ẽ aſſumptiuæ/in duas ptes diui⁄
dit/in purgationẽ:& depcationẽ. Vtq; nomẽ/ita nois diffinitionẽ p excellenti
am ei dedit.Cõceſſio ẽ inqt ad herennium:qũ reus poſtulat ſibi ignoſci.Nã &
remotio/& tráſlatio & cõpatio piter & factũ cõcedũt:& ut ignoſcatur poſtu⁄
lat.Sed alio/atq; alio mõ:ut mox dicemus.Et hoc illud ẽ Hermogenis:q d' iu
diciale fieri nõ põt:quod facit ueniã/q̃ græci συγγνώμην appellãt.Purga⁄
Purgatio. — tio crimẽ diminuẽdo leuat:atq;(ut diffinit Ci.)eſt:qũ factũ cõceditur:culpa
remouetur:hæc hẽt tres ptes errorẽ/ſiue imprudẽtiã/fortunã/ſiue caſum neceſ
Obliuio. — ſitatẽ.Sũt q addãt & obliuionẽ:ſed ea ſub ĩprudẽtia cõphẽdi põt. De his pti⁄
bus purgationis Q uintilianus in ſeptimo oratoriarum inſtitutionũ ſic inqt.
Excluſis quoq; his excuſatio ſupeſt/ea ẽ aut ignorãtię:ut ſi q̃s fugitiuo ſtigma
ta ſcripſerit:eo quoq; ĩgenuo iudicato/neget ſciſſe ſe liberꝝ eũ eẽ:aut neceſſita
tis:ut qũ miles ad cõmeatus diẽ nõ affuit:dicit ſe fluminibus ĩterclusum/aut
Fortuna qd. — ualitudine.Fortuna quoq; ſubſtituitur culpæ.Nõnũq̃ maleſeciſſe nos/ſed bo
Imprudẽtia. — no aĩo dicimus.Fortuna ẽ cã p accidẽs aliũ inducẽs effectũ:q̃ q añ aĩo cõce⁄
quid. — ptus fuerat.Imprudẽtia/ſeu error ẽ cã per accidẽs:qua qs ĩ electiõe decipitur.
Neceſſitas — Neceſſitas/quæ & fatũ a qbuſdã dicitur/ ẽ q̃dã ſupior cã/cuius uis/atq; effe⁄
quid. — ctus ẽt ſi præuideatur:neq; uinci:neq; uitari põt.De depcatione:Cicę.ĩ primo
Fatũ quid. — rhetorico hoc dicit.Depcatio ẽ:qũ & peccaſſe reus:& cõſulto peccaſſe cõfite
Deprecatio. — tur:& tñ:ut ignoſcatur:poſtulat:quod genus p raro põt accidere. Victorinus

ibi.Hęc ergo dep̄catio nō niſi aut apud ī patorē/aut apud populū ualet:apud iudices uacat.Et pauloan̄:ſi hęc nō fuerint:dep̄catio eſt:Sed hæc:aut apud im peratorē:aut apud populū.In ſecūdo idē Cicero:hoc genus inq̄t uix ī iudicio ꝓbari pōt:ideo qđ cōceſſo pctō/difficile eſt ab eo/q pctōꝝ uindex eſſe debet: ut ignoſcat:īpetrare. Q uare p̄te eius generis:qū cām nō in eo cōſtitueris:uti licebit:ut ſi pro aliquo claro/aut forti uiro/cuius in remp.multa ſunt bn̄ficia: dicere poſſis:qū uidearis nō uti dep̄catione/uti tn̄ ad hūc modū:qđ ſi iudices ſuis bn̄ficiis pro ſuo ſtudio/qđ in uos ſemꝑ habuit/tali uos tp̄e multoꝝ ſuoꝝ recte factoꝝ cā/uni delicto:ut ignoſceretis:poſtularet:tā dignū ueſtra māſue/ tudine q̄ uirtute eius eſſet o iudices/a uobis hāc rē/hoc poſtulante/impetrari: & quæ ſequūtur. Vſus ē etiā ſic in Miloniana. Q uid reſtat: niſi ut orē/obte/ ſterq; uos iudices:ut ēt miſericordiā tribuatis fortiſſimo uiro:quā ipſe nō im/ plorat.Ego aūt repugnāte hoc exploro:& expoſco:& cætera. Q uintilianus li bro ſeptimo:Vltima eſt inq̄t dep̄catio:qđ genus cauſæ pleriq; negarūt in iudi cium unq̄ uenire:qn Cicero quoq; pro Q .ligario idē teſtari uidetur:qū dicit: Cauſas Cæſar egi multas/& qdē tecū:dū te ī foro tenuit rō honoꝝ tuoꝝ:Certe nūq̄ hoc mō.Ignoſcite iudices:Errauit:lapſus ē:nō putauit. Si unq̄ poſt hac: & cætera.In ſenatu uero/& apud populum/& apud principē:& ubicūq; iuris clæmētia ē:hēt locū deprecatio:in qua plurimū ualēt/ex ipſo/qui reus eſt/hæc tria in uita p̄cedere:Si inocēs:ſi bn̄meritus:ſi ſpes in futurū inocēter uicturi: & in aliquo uſu futuri:& reliqua.Remotio criminis a Cicerone ſic diffinitur: Eſt qū id crimē/qđ infertur/ab ſe/& a ſua culpa/ui/& poteſtate in aliū reus re mouere conatur. Id dupl'r fieri poterit:(Vti & Marius notauit) ſi aūt cā/aut factū/in aliū transfertur.Cauſā traſfertur:qū aliena dicitur ui/& poteſtate fa/ ctū.Factū:qū alius/aut debuiſſe/aut potuiſſe facere dicitur.Verū qđ ait factū pōt hic q̄ſtio moueri.Nā:qū oīs q̄litas facti cōfeſſionē teneat:cur hic factū nō cōfitetur:ſed in aliū trāſferre conatur:deniq; nullus artiū ſcriptor in hac q̄li/ tate facti trāſlationē noīauit,Sed ideo qa nullus intellexit.Nā factū ſic a ſe rē mouet/facta tn̄ cōfeſſione facti:ut in hoc themate/quod Cicero in.ii.libro po/ ſuit. Mancinus cū numantinis fœdus fecit iniuſſu populi ac ſenatus. Pulſo eodē in exilium/atq; hoſtibus dedito:petitur ad pœnā/etiā ille/qui porcam te/ nuit/cōtradicit. Nā hic & cām/& factū in aliū remouet. Cauſam ſic:ut porcā tenerē:Mācinus ui ac poteſtate coegit.deinde factum ſic.fœdus non ego feci: ſed Mācinus/qui aut debuit:aut potuit. Manet tn̄ facti illa cōfeſſio:qđ porcā tenuit.Non.n.pōt negare a ſe porcā fuiſſe tentā. Ergo remotio criminis duo/ bus modis cōſtat:ſi aut cām in aliū transferamus:aut factū.Hanc Hermoge/ nes(ut dixi)appellat metaſtaſim:Q uintilianus tranſlationē:de qua eius uer/ ba ſubiiciā:Proximū eſt in aliū transferre crimē:ſi poſſumus:ideoq; ēt in hos: qui iā ſcripti ſunt/ſtatus/uiſa eſt cadere tranſlatio. Interdū ergo culpa in ho/ minē relegatur:ut ſi Gracchus reus fœderis numātini:Cuius metu leges popu

Milonianæ orationis locus ubi ē deprecationis modus.

Remotio criminis fit dupliciter.

Tranſlationē in hac qualitate nemo intellexit an̄ ci.

Q ualitas aliquādo factū nō cōfitetur.

Remotio criminis duob[9] modis cōſtat.

Metaſtaſis.

Tranſlatio.

lares tuliſſe in tribunatu uidetur:miſſum ſe ab impatore ſuo diceret. Interim
deriuatur in ré:ut ſi is/q teſtaméto qd iuſſus nó fecerit/dicat:per leges id fieri
Relatio criminis. nó potuiſſe.Relatio criminis ex ordine Ciceronis ſeqtur/qué relatiuũ ſtatũ ẽe
dicimus:& trãſlationẽ:ſiue trãſlatiuũ ſtatũ.hic defenſioni ꝓximus eſt:Q ui ſic
Relatiuꝰ ſtatus: ab eo diffinitur:relatio criminis eſt/qđ ideo iure factũ dicitur:ꝙ aliqs añ iniu
ria laceſſierit.Marius Fabius:relatio criminis talis eſt:ſi i eo/qđ fecimus/uicẽ
nos reddidiſſe dicamus.ut puta:occidi:qa ille me uolebat occidere.hoc ego fe
ci:ſed meruit.Hermogenes αγτεγκλημά dr̃:de hac & Q uitilianus his uer
bis:Aſſumptiua.n.dr̃ cã in quo genere fortiſſimũ eſt/ſi crimẽ cã facti tuemur:
Q ualis ẽ defenſio horeſtis:oro Milonis.αγτεγκλημα dr̃:qa oĩs nr̃a defen
ſio cõſtat eius accuſatiõe:q uindicatur.occiſus eſt/ſed latro:Excæcatus eſt/ſed
Comparatio qd differt a conceſſione. raptor.De cõparatione uidẽdũ.Inter quã/& cõceſſionẽ hoc itereſt Fabio Ma
rio auctore:Q uod in cõparatione de eadẽ re cõparatio eſt:quæ ut fieret/quæ
arguitur/cõmiſſa ẽ.Alioqn uerres/q multa ſigna & uaſa ex Sicilia ſuſtulit:Et
utitur hac defenſione:qđ a bellis tutã Siciliã reddiderit:nõ potuit dicere ideo
ſigna ſuſtuli:ut defenderẽ ꝓuinciã:neq̧.n.ꝓpterea tulit ſigna:ut ꝓuincia eſſet
Venialis ſtatus. defenſa.Itaq̧ utitur ueniali ſtatu.i.cõceſſione p deprecationẽ.Ergo in cõpara
tione id/qđ intenditur:ideo a nobis factũ dicere debemus:ut ex eo ipſo:bonũ
Antiſtaſis: illud quod cõtigit/fluxiſſe dicamus. Hãc Hermogenes Antiſtaſim dicit:ſic eã
Cõparatio. diffinit Cicero.Cõparatio eſt:qũ aliqđ factũ alienius rectũ/aut utile concedi
tur:qđ ut fieret/illud qđ arguitur/dr̃ eſſe cõmiſſum:Fit duobus modis:aut qũ
delicto meritũ cõparamus.aut qũ minori incõmodo cõſultũ dicimus.In ma
loꝝ.n.cõparatione boni locũ obtinet/qđ leuius.Ex delicti ac meriti cõparatio
ne:ut ipator amicæ urbis muros dirui iuſſit. Q uod eo milites ex acie cõfuge
rent.Ea re uictoriã reportauit.Is nihilominus læſę.R.P.fit reus.Hic maius ex
ea cõmodũ/q̃ incõmodum ex utriuſq̧ cõparatione ſequtũ dicit.In hũc pterea
ſtatũ incidere põt & qualitatũ:& q̃titatũ cõparatio:qũm de premiis.ſ.agitur.
Cõparatio qualitatũ & quãtitatum. Eſt aũt q̃litatũ cõparatio:qum pſonæ inter ſe cõparantur:ut:Q ui plus.R.P.
præſtiterit:petat p̃miũ cõtendũt medicus & orator. Q uãtitatũ cõparatio eſt:
Q um nõ perſonæ:ſed facta cõparantur. Idq̧ duobus modis:Gratia facti:ut
qui plus cõmodi.R.P.attulerit:publice aureã coronã accipiat.Alter obſidiõe
ciuitatẽ liberauit:alter hoſtiũ ciuitatẽ cæpit.Cõtendũt de p̃mio per facti cõpa
rationẽ.Et gratia numeri:ut:In iudicio ſeptẽ iudices ſedeãt. Q uã plures tule
rint/ſnĩa ꝓbetur.Reũ tres iudices capite puniẽdũ dãnant:duo exilio mulctan
Q ualitatum duaꝝ comparatio. dũ cenſent:duo abſoluũt. In cõtratrouerſia eſt:Q uoꝝ ſnĩa ꝓbetur:Triũ:qui
capite dãnãt:an q̃ttuor/q cõtra cẽſent.Põt interim & duaꝝ q̃litatũ:ſiue magis
Q ualitatis & quãtitatis cõparatio. q̃litatis:& q̃titatis ſimul cõparatio accidere. Lex:qui plus.R.P.p̄ſtiterit:p̃miũ
optato.In ciuitatis ſeditiõe orator in ſenatu:philoſophus in cõcione apud po
pulum cõcordiã ſuaſerũt.Cõtendũt de p̃mio. Hic.n.& pſonæ/philoſophus.ſ.
& orator/Et facta coꝝ:ꝙ alter in ſenatu/Alter ad populũ concordiã ſuaſerit:

cõparantur. De hac & Quintilianus hoc pacto:Subiacet utilitati etiam illa defenſio:Si peius aliquid futurũ fuit. Nam in cõparatione maloꝝ:boni locũ obtinet leuius:Vt ſi mancinus fœdus numantinum ſic defendat:ꝙ periturus: niſi id factum eſſet:fuerit exercitus Romanus:Hoc genus Antiſtaſis ab Hermogene noĩatur:Cõparatiuũ noſtri uocant. Victorinus de his aſſumptiuæ iuridicialis partibus:quas Cicero in iã dictũ ordinẽ digeſſit:ita loquitur. Videamus nũc:quæ ſit de his quattuor aſſumptionibus fortior aſſumptio.primo dicere:feci:ſed ꝓfui:Et ꝓbare plus ſe ꝓfuiſſe:ꝙ obfuiſſe:quæ eſt qualitas cõpẽſatiua:Quã ideo Cicero cõparationẽ uocat:qđ cõparetur id:qđ in crimẽ uocatur ad id:quo ſe reus ꝓfuiſſe dicit:Quæ cõparatio ſemp in eodẽ facto eſt: ut puta:Quidã muros:ciuitatis diſſipauit:hoſtes fugerunt:Reus fit læſæ.R.P.in eodẽ ẽ cõparatio.Nã ꝙ muros deiecit:uidetur læſiſſe.R.P.Et qa muros deiecit:hoſtes fugerunt:uidetur profuiſſe.R.P. Ergo hoc primũ debet aſſumere:feci:ſed profuit:deinde debet dicere:feci quidẽ:Sed:ut hoc facerẽ:ante ꝓuocatus ſum.i.feci:ſed meruit:quæ eſt relatio criminis. Tertio debet dicere feci:ſed alter me impulit:ut facerem:Quæ eſt remotio criminis. Poſtremo: Si hæc cuncta defecerim.i.ſi:ut hæc faceret:nec profuit:nec iniuriã reddidit: neqꝫ ab alio compulſus eſt:quoniã nihil eſt:Quo ſe defendat:debebit factum fateri:Sed ueniã poſtulare:quæ eſt qualitas uenialis:quã conceſſionẽ Cicero uocauit. Hunc ergo ordinem Cicero hoc loco conuertit:quẽ in poſterioribus ſeruat. Hi omnes ſtatus de quibus ſupra dictũ eſt:rationales appellantur. Sequuntur legales:quãdo non in ratione:ſed in ſcripto controuerſia eſt.Statuũ enim genera(ut diximus)duo ſunt:rationale & legale:Rationali in rhetoricis ad Herenniũ coniecturam:& qualitatẽ ſubiecit:Legale inſtituendoꝝ rudiũ gratia:qum conſtitutionum ſit genus:cõſtitutionẽ legitimã appellauit: quã ita diffiniuit:quod legitima cõſtitutio ſit:qum ex ſcripto:ſi unum ſit:uel ſcriptis:ſi plura:aliquid:de quo quærendũ ſit:naſcitur. Per ſcriptum intelligens:& leges:& decreta:& ſenatus conſulta:& rogationes:& teſtamenta:& acta oĩa:ſiue publica:ſiue priuata ſint.Et teſte Victorino uerba ſola:& multa huiuſmodi:ac deniqꝫ quicquid litteris mandatur: Cui conſtitutioni (ita illi placuit) præter generalem illum finitionis ſtatum:qui uerius rationalis eſt: ꝙ legalis: & quinqꝫ alias partes ſubiicit:ſcriptum:& ſententiam:contrarias leges:ambiguum:tranſlationem:Ratiocinationem:Cuius quidem diuiſionis hanc poſſumus rationem breuiter aſſignare:quia omnis legalis:ſiue legitima quæſtio ſecundũ ſui(ſic dicere liceat)eſſentiã:uel ex ſolo ſcripto:uel ex pluribus trahitur.Si primo modo:aut ſcriptum illud utriſqꝫ litigatoribus:ubi adductum eſt:cõuenit:atqꝫ inde trãſlatio naſcitur:qum ex lege actio trãſfertur: aut uni tantũ parti cõuenit:Alteri reprobatur:& hoc itẽ dupliciter.Nam:aut cõtrouerſia illa ĩ uerbis eſt:quippe quæ duobus:aut pluribus uerbis intelligi poſſit:Atqꝫ ita ambiguũ naſcitur:aut in ſenſu: Qum id:quod per uerba ſi-

Maloꝝ comparatio locũ bonoꝝ obtinet.
Antiſtaſis.
Cõparatiuus ſtatus.
Cõpenſatiua qualitas.
Comparatio.
Qualitas uenialis.
Conceſſio.
Ciceronis ordo hoc loco diuerſus.
Legales ſtatus.
Legiti. cõſtitutio in Rh. ad Heren.
Scriptũ generalẽ hẽt ſig.
Generalis finiſtatus ẽ rationalis.
Legalis ſiue legitima qõ uel ſolo ſcripto: uel ex pluribus trahitur.

gnificatur:ſcripturæ ſniæ:quæ equũ:& bonũ intẽdere creditur:nõ uidetur cõ uenire:Et hinc ſcriptũ & ſnia primus legalis ſtatus emergit:aut ſi ex pluribus ſcriptis controuerſia uertitur:aut ſcripta illa de ea ſunt re:de qua eſt q̃ſtio:aut de alia:ſed p ſilitudinẽ ad eã referũtur. Si primo mõ:aut leges illæ ſeu ſcripta cõtraria ſentiũt:aut diuerſa. Si cõtraria:cõtrariaꝝ legũ naſcitur ſtatus. Sin diuerſa:id de facti noie accidit:qũ id/qđ in cõtrouerſia uertitur/aliter ab accuſatore/aliter a defenſore appellatur:Vnde finitiuus ſtatus naſcitur. At ſi leges de aliis ſunt rebus:ſed quadã ſimilitudine ad negociũ:quo de agitur:referantur:collectiuus/ſiue ratiocinatiuus ſtatus inducitur. Qui tñ oẽs:ut alias meminimus:ad tres illos generales/Coniecturam/finitionẽ qualitatẽ referuntur. Queſtiones qdẽ ſunt/aut in ſcripto/aut nõ in ſcripto. In ſcripto ſunt de iure: In nõ ſcripto de re. Illud legale:hoc rõnale:hi oẽs ſtatus ad illos tres principales teſte Quintiliano redigũtur:Quos quidẽ modo nominauit:De his uerba Quintiliani in tractatu de ſtatibus hæc ſunt:Quæ qđ dixi aſſerũt:legalium plures ſint ſpecies neceſſe ẽ:ppterea ꝙ multæ ſunt leges/& uarias hñt formas: alia/eſt cuius uerbis utimur:alia cuius uoluntate:alias nobis:qũ ipſi nullã habemus:adiũgimus:alias inter ſe cõparamus:alias in diuerſum interpretamur. Sic naſcuntur hæc ueluti ſimulacra/ex illis tribus. Interim ſimplicia:Interim & mixta/propriã tamẽ faciẽ oſtendentia:ut ſcripti & uoluntatis quæ ſine dubio aut qualitate/aut coniectura continentur. & ſyllogiſmus qui eſt maxime qualitatis/& leges cõtrariæ quæ iiſdem quibus ſcriptum & uoluntas conſtant & ἀμφιβολία/quæ ſemp coniectura explicatur. finitio quoq; utriq; generi: quodq; reꝝ/quodq; ſcripti cõtemplatione cõſtat/cõmunis eſt. Hæc omnia etiã ſi in illos tres ſtatus ueniũt:tamẽ quia (ut dixi) habent aliquid uelut propriũ. uidentur demõſtranda diſcentibus & cætera. Cicero in rhetoricis/Hos legales ſtatus quinq; facit/primũ de ſcripto/& ſentẽtia/ſecundũ ex cõtrariis legibus: tertiũ ambiguũ/quartũ ratiocinatiuũ/Quintũ diffinitiuũ. Hermagoras:atq; eũ ſecuti uocãt νομικον & λογικον Idẽ ſentiũt/qui oẽm qõnẽ ponũt in rebus:& in uerbis. Ex ſcripto & ſnia cõtrouerſia cõſtat:qũ altera pars ſequitur ſcriptũ/altera uolũtatẽ:Quod aliud ſcriptor ĩtellexiſſe/ac uoluiſſe. ueriſimile ſit:Quã illud/quod ex ſcripto elicitur. id tũ accidit:(ut inquit Quĩtilianus) Quũ eſt in lege aliq̃ obſcuritas:in ea aut uterq; ſuã interpretationẽ cõfirmat: aut aduerſarii ſubuertitur. Hermogenes dicit/fieri inqſitionẽ uel circa unũ dictũ/uel circa plura. Si circa unũ dictũ:fieri qõnẽ uel circa huius ſnias ſolas: uel circa ipſum ſimpliciter. Et hanc eſſe cõtrouerſiã ex dicto/& ſnia uidelicet. Si hoſpes murũ aſcenderit/interficiatur. Obſidione exiſtente:aſcendens quis optime geſſit:& accuſatur:quod contra legẽ fecerit. Sequitur ex cõtrariis legibus quæſtio/quæ grecæ antinomia dicitur. In hoc (ut teſtatur Quintilianus) ſcripti/& uoluntatis ſtatus:Nam qũ lex legi obſtet/utrinq; contra ſcriptũ dicitur:& quæſtio eſt de uoluntate: In utraq; id ambigitur:an utiq; illa legẽ ſit

Legaliũ ſtatuum plures ſpẽs ſecundũ Quin.

Legales ſtatus quinq; in Ci. Rh.

Nomicon: Logicon.

Ex ſcripto & ſententia cõtrouerſia.

Inquiſitio fit dupliciter.

Ex contrariis legibus qõ: Antinomia:

utendũ.Manifeſtum eſt nunq̃ legẽ legi contrariam:quia ſi diuerſum iuſſiſſet: alterum altero abrogaretur.Sed eas caſu collidi/& euentu.Hæc Fabius . Idẽ Hermogenes ſentire u.detur:dicit enim:ſi circa duo dicta/uel & plura/uel & unum i duo diuiſum quæſtio ſit/antinomiam fieri.Q uæ ſic ab eo diffinitur. Eſt enim antinomia duoꝝ uel plurium dictorum uel & unius diuiſi Rõ natura contrariorum ſecundum circunſtãtiam uero pugna/& omnino duplex. Q uędam eſt inqſitio dicti & ſentẽtiæ uidelicet.abdicatus non particeps ſit bonotum paternorum:& ſuperueniente tempeſtate qui in naui remanſerit/illius ſit dominus.Abdicatus manſit:prohibetur ab ea tãq̃ a paterna. Vnius dicti diuiſi faciẽtis antinomiã:Exemplum hoc.Rapta uel nuptias/uel mortẽ petat raptoris.Duas aliquis eodem tempore rapuit.Hæc nuptias petit:illa mortẽ.Sed & illud aduertẽdũ.Q uod qũ oĩs lex aut tribuat/aut adimat:aut puniat:aut uetet:aut iubeat:aut pmittat:legũ cõtrarietas eiuſdem finis.i.iuris gratia cẽ nõ põt.Alioqn oportet alterã iniuſtã eſſe.Q uod iuſtitia & honeſtas ſit legũ ꝑcipu⁹ & ultimus finis.Accidit ergo ĩ legibus cõtrarietas ab euẽtu.Q ũ qđ factũ eſt:unius finis gratia aut pmittitur:aut ẽt iubetur.At econtrario gr̃a alterius finis ꝓhibetur.Exẽpli gr̃a:Iuſtũ/ac honeſtũ oĩo eſt:liberos parẽtibus cõtra uim ubiq;:ſi poſſint:opẽ ferre:Iuſtũ quoq; atq; hõeſtũ eſt:Mares eo nõ accedere:ubi mulieres tãtũ rem ſacrã oporteat facere.Eſt ergo de utroq; lex: ut ſcilicet & liberi opẽ parentibus ubiq; cõtra uim:ſi poſſint:ferãt. Et lex:ut. Si mas cereris tẽplũ ingreſſus ſit capitale habeatur.Q uidã/cuius Matri ĩ tẽplo cereris uis fieret:eo ĩgreſſus uim/reppulit:Matrẽ ſeruauit.Petitur ad ſupliciũ p legem:q̃ uetat.Ille ſe defendit per legem:q̃ iubeat.Atq gr̃a finis/qui ĩ utraq; hõeſtus eſt:Et parẽtibus adeſſe:& ſacra nõ polui nulla eſt cõtrarietas. Sed gr̃a facti:qđ per alterã legẽ iubetur:per alterã ꝓhibetur. Tertius ſtatus eſt de ãbiguo/qđ Q uintilia.mõ Amphibologiã/mõ αμφιβολιαν appellat. Hermogenes αμφιβολιάν Q uintili. accidere dicit aut uocib⁹ ſingulis/aut cõiunctis.Hermogenes dicit ãmbiguã dubitationem eſſe ex accentu/uel diuiſione ſyllabarum facta.Deniq; ambiguitas in ſcripto atq; ẽt in ſermone multis fit modis ſed qui ad tria genera reducantur.Aut enim fit in ſingulis uerbis:qũ ea in ſcripto ſunt:quæ duo/aut plura ſignificent:q̃ omonyma dicũtur: ut Gallus/nunc ꝓprium:nunc gentis:nũc ſacerdotii:nũc auis nomẽ.Hinc q̃ſtio illa patet:qui Taurũ ſeruũ haberet teſtamento filio mandauit:ut Taurũ amico daret. Poſt illius mortem amicus ſeruum petit.Hæres Taurum bouẽ offert. In coniunctis.i.in uerbis:quæ ita in ſtructura locata ſunt/ ut duobus: aut pluribus modis intelligi poſſint:multis modis:ſed q̃tuor maxime fit ambiguitas:per caſuum ſimilitudinem:per conuenientiam ad diuerſa:per abundantiam:per defectum.Per caſuum ſimilitudinem:Vt ſi ita ſcriptum ſit:Terentiam uxorem meã:Ciceronẽ filium meũ relinquere nolo.Q uæſtio uter relinq nõ debeat:At ſi paſſiue dictũ cẽt:cũ caſuũ ſimilitudine ambiguitas om/

Lex nũq̃ legi contraria.

Lex oĩs quid faciat:

Legum finis iuſticia & honeſtas.

Amphibologia.

Amphiuolia.

Ambiguitas multis fit modis.

nis tolleretur.Per conuenientiam ad diuerſa : Vt ſepulcro meo ſtatiam aureã
uirgam tenentem fieri uolo.Q uæritur auream:qum & ſtatuæ & uirgæ conue
niat:utri magis applicetur.At ſi utriuſuis conuenientiam uerbo℞ diſpoſitione
tollas/omnis item ambiguitas excipietur.Vt ſi ita diſponas:Auream ſtatuam/
uirgã tenẽtem:aut ſtatuã/uirgã auream tenẽtem.In hac.n.aurea uirga/in illa
ſtatua aurea intelligetur.Per abundantiam hoc modo.Meretrix aurata ueſte
nõ utatur:ſi uſa fuerit publicetur.Q uæſtio:Aurea ne ueſtis/an meretrix ſit pu
blicanda.Q uod ſi non utatur tollas:itaq; enũcies.Meretrix aurata ueſte ſi uſa
fuerit/publicetur:publicatio neq; ad meretricẽ pertinebit.Per defectũ:ut Tul/
lius hæres meus terentiæ uxori meæ triginta põdo uaſorum argenteo℞ dato:
quæ uolet.Hic per defectum ex ſcripto quæſtio eſt:utrius illa ſit uaſorum ele/
ctio.At ſi ille/aut illa poſitũ eſſet:ut dato:quæ ille/aut illa uolet:nulla relinque
retur ambiguitas.In his/q̃ leui diſcrimine/& ſingula/& coniuncta uideri poſ/
ſunt:Vt de illo/qui amicos haberet leſium/& Mileſiũ:qũ teſtamẽto ita ſcripſiſ/
ſet:fundum uero ędibus uicinum Mileſi habeto:propter illud:Mi leſi:quod &
ſimplex proprium eſſe poteſt:A mi leſius.Et ex poſſeſſiuo pronomine & pro/
prio coniunctum:ut ſit leſi mi a leſius meus/incontrouerſiam de fundo uentũ
eſt:quod ſi aut coniunctim penitus/aut ſeparatim ſcriptum fuiſſet:nulla am/
Syllogiſm⁹. bigenti cauſa relicta eſſet.Syllogiſmus quartus eſt:q & latine rõcinatiuus &
Rõcinatiu⁹. collectiuus dicitur:habetq; aliquid ſimile ſcripto/& uoluntati:q; in eo pars al/
Collectiuus. tera/uel utraq; interdum ſcripto/quod ꝓſe facit/nitatur.Eſt ergo ſyllogiſmus
qum ex ſcripto colligimus/quod ſcriptũ non eſt: ut perinde eẽ oſtendamus:
Status ſyllogiſmi. ac ſi ſcriptum fuiſſet.In hũc ſtatũ hæ fere quæſtionum incidũt ſpẽs:an quod
in uno/idem in ſimili:ut qui patrem pulſauerit/manũ perdat:quidam matrem
Q uæſtionũ ſpecies. pulſauit.An quod ſemel/idem ſæpius:ut/inceſti conuicta e ſaxo præcipitetur:
ꝑcipitata uixit:Repetitur.An quod de uno id de pluribus:qui tyrannum occi
derit/ꝓmium optato:Q uidã duos uno tpe occidit:optat duo ꝓmia.An quod
antea idem poſtea:Raptor profugit:rapta nupſit . Illo reuerſo/petit optionẽ.
An quod in toto/idem in pte.Aratrũ accipere pignore nõ liceat:uomerẽ acce/
pit.An contra/quod in parte idẽ in toto.Lanas uehere tarento non licet:oues
uexit.An quod in reũ fieri nequit:In eum/qui facti cã fuit/transferri poſſit :
Vt depħenſos in adulterio liceat excæcare.Excæcatus paraſiti miniſterio uſ⁹/
In adulterio deprehenſus:quod ite℞ excæcari non poſſet:dimittitur:paraſitus
pro illo excæcatur:& petit talionem. An ſi maius licet/ita & minus:Vt exulem
intra fines deprehenſum interficere liceat:Eum quidam uulnerauit:& accuſa/
tur.An contra ſi minus/& maius.Q ui ciuem ſeruauerit:premium optet:ſer/
Statuũ ſcrupuloſa diuiſio. uauit Imperatorem:premium petit:& contradicitur.Sunt & aliæ ratiocinatio
nis ſpecies:ſed quæ ad has facile reduci poſſint. Si quis huius/aut aliarum
conſtitutionum conciſas & ſcrupuloſas diuiſiones/& particulas ſcrupuloſius
habere cupiat græcos quoſdam &.g.ſectatores/In quibus eſt apud nos fortu/

Fortunatia/nus.

natianus adeat:Q ui uniuerſam artem:ut difficilior uideretur: in mille parti/
culas conciderunt. Q uarum multitudine nominumq̧ uarietate non ſolum
mentes auditorum obruunt & inuoluūt:ſed ēt ſeipſos:Ita plerumq̧ cōfundūt:
& implicāt:ut nec ipſi qd præcipiāt attēdere uideātur:nec alii coꝝ dicta intel
ligere poſſint.Q uinti.in.iii.or.inſt.lib.de inani hoꝝ ſtudio ita loqtur:Verum
hæc affectata ſubtilitas circa noīa reꝝ:ambitioſe laboret.A nobis in hæc aſſū:
pta ſolū:ne parū inqſiſſe de opere:quod aggreſſi ſumus:uideremur.ſimplici/
us aūt inſtituēti nō eſt neceſſe per tā minutas reꝝ particulas rōnē dicendi cō/
cidere.Q uo uitio multi qdē laborarūt:præcipue tñ hermagoras uir alioquin

Cōciſio par/ticulatū rhe.

ſubtilis:& in plurimis admirādus:tantū diligētiæ nimis ſollicitæ:ut ipſa eius
reprehēſio laude aliq̄ nō indigna ſit.hæc aūt breuior:& uel ideo lucidior mul/
to uia:nec diſcētē per ambages fatigabit:Nec corpus orōnis in parua momē
ta diducendo cōſumet.Hermogenes teſtatur ſyllogiſmū eſſe:qñ agimus de ne

Hermagoræ uitium.

gocio nō ſcripto:ſed ad ſcriptū accōmodamus:hoc ē:qñ adducimus:quod nō
ſcriptū eſt ad ſcriptū.uidelicet:Ex meretrice natus nō cōcionetur.Ex cynædo
aliquē natū concionari uetat aliquis.Q uintū adiunxit Cicero:q̄ eſt diffinitio

Syllogiſmus ubi eſt ſecundum herma/goram.

legalis:Q ū petitio ex lege excedens uerbis eſt diffiniēda:unūq̧:aut plura uer
ba in lege poſita diffiniūtur:ut:Aiunt ædiles:Q ui mācipia uendūt:certiores
faciant emptores:Q uid morbi:uitiiue cuiq̧ ſit.Hic tā morbus:q̄ uitiū diffi/
nienda ſūt:ut quo pacto diſtēt:Et an petitioni cōueniant:intelligatur.Sed oēs

Diffinitio le/galis a Ci.ad iuncta.

fere diffinitionis modos ſuperius explicauimus.Ne cui mirū uideatur:cur Ci
cero diffinitiuū adiunxerit:Q ū unus ſit ex tribus principalibus:Eſt id:quod
ait Q uint.Finitio utriq̧ generi:quodq̧ reꝝ:quodq̧ ſcripti contēplatione con

Diffinitiuus ſtat⁹ cur fuerit a Ci.adiū/ctus.

ſtat:cōis ē.Fabius rhetor in quo differāt diffinitio legalis:& cōſtitutio his uer
bis in ſecūdo cōmētario declarat.Subiūgit poſtremā legalē contrōuerſiā:quā
definitionē noīauit:q̄ nulla parte diſtat a cōſtitutione rōnali:niſi ꝙ uerbū in le
ge poſitū:uel in ſcriptura aliqua:qū definitur:quod ſignificet:quid ſit:tūc fit

Diffinitio le/galis & con/ſtitutio ī quo differant.

legalis diffinitio.Hæc in Ciceronē inquientē definitio eſt:qū in ſcripto uerbū
aliquod eſt expoſitū:cuius de ui q̄ritur:hoc mō:lex eſt:Q ui in aduerſa tempe
ſtate nauim reliquerint:oīa amittunto.Eoꝝ nauis:& onera ſūto:qui in naui re
māſerint.Duo quidam qū iam in alto nauigarent:& eoꝝ alterius nauis:alteri
us onus eſſet:Naufragum quendā natantem:Et manus ad ſe tendentem ad/
uertunt.Miſericordia cōmoti nauim ad eum applicuerūt:hominē ad ſe ſuſtu
lerunt.Poſtea aliquāto ipſos quoq̧ tempeſtas cœpit iactare uehementius:uſq̧
adeo:ut dominus nauis:qū idē gubernator eſſet:In ſcapham cōfugeret:Et in/
de funiculo:qui a puppi religatus ſcapham annexam trahebat:naui quoad
poſſet:moderaretur:Ille autem:cuius merces erant:in gladium in naui ibidem
incumberet.Hic ille naufragus ad gubernaculum acceſſit:Et naui:quoad po
tuit:eſt opitulatus.ſedatis autē fluctibus:& tempeſtate iam cōmutata:Nauis
in portū incolumis ꝑuehitur.Ille aūt:qui in gladiū icubuerat:leuiter ſaucia/

tuſi facile eſt ex uulnere recreatus. Nauim cũ onere hoꝝ triũ ſuã qſq; eẽ dicit. Hic oẽs ſcripto ad cãm accedũt: Et ex noĩs ui naſcitur controuerſia. Nã & relinq̃re nauẽ: & remanere in naui: Deniq; nauis ipſa quid ſit definitiõibus q̃ritur: tiiſdẽ ãt locis oĩbus quibus cõſtitutio definitiua tractabitur. Et idẽ rhetor ſubiũgit: Supponit exẽplum de his qui nauẽ ſuã dicunt: quod unus incubuerit gladio: alter remũ imperitus gubernãdi tenuerit: gubernator in ſcaphã fugerit. hic qũ cõtendant: cuius nauis ſit: ex lege initium capiunt controuerſiæ. Quæritur tñ uerbum quod in lege poſitum eſt: Quid ſit nauis: deinde: quid ſit nauem deſerere: & quid ſit in naui remanere. hæc ſola diſcretio eſt data inter definitionem legalem & conſtitutionem idest rationalem ſtatum.

De Materia Rhetoricæ artis: & q; Cicero ſe ipſum correxit de theſi ſiue generali quæſtione: Quam oratori tractandã negauit in Rhetorico primo cõtra Hermagoram Ex epl'a ad Io. Ludouicum nauigerium.

Caput Tertium.

Materia artium & facultatũ duplex. ARtium cæterarũq; facultatũ duplicẽ eſſe materiã apparet: unã ex qua aliquid fit: uti ſi medicinæ materiã eſſe dicamus pharmaca ac potiones: Ex quibus medicinæ facultas cõponitur. Altera materia eſt: circa quã facultas ipſa uerſatur: Et hoc mõ morbos qui arte curabiles uideãtur medicinæ materiã dicemus: Sic & rhetoricæ materiã priore mõ dicemus eẽ uerba & res: Ex quibus orõ rhetorica: & oẽ oratoriũ munus perficitur. Altero mõ

De materia rh. uariæ opiniones. materiã ipſius artis dicemus id circa quod oĩs dicendi uis cõſumitur. Variæ de hac multoꝝ opiões fuere. Alii orõnẽ quauis de re cõpoſitã rhetoricæ materiã dixerũt: q̃ opus quoddã potius perfectũ q̃ materia dicetur. Alii argumẽta perſuaſibilia: Quæ & ipſa in parte ſunt operis: & materia egẽt. Nõnulli ciuiles qõnes: q̃ re uera maiore ex parte ita ſunt: ſed nõ hæ ſolæ. Alii oĩa: qcũq; oratori ad dicẽdũ ſubiici põt: rhetoricæ materiã putauerunt: qui infinitã illã: imẽſãq; ſtatuerũt. Ariſt. peripateticoꝝ princeps plenã rhetoricæ materiã tripli

Materia rhe. triplex ſecundum Ariſto. cẽ cõſtituit: demõſtratiuã: deliberatiuã: iudicialẽq; & gña eaꝝ dicuntur. Itaq; quãtũ ad eã plenũ eſt (Nã oẽm oratoris materiã cãmq; cõplectuntur): Vt ait uictorinus: qui ẽt ſcribit: Ciceronẽ oñdere: artis oẽm materiã in duobus eſſe. i. in eo ubi facit aliquid: & in eo unũ facit. ut puta: fabri materia eſt in eo ubi facit. i. ferrũ quod tũdit. ſic rhetorice in deliberatiõe: demõſtratione: iudiciali. Eſt itẽ fabri materia in eo unũ facit. id eſt malleus: & inſtrumẽta cætera: ſic & rhe. in argumẽtis: qõnibus: & reliquis materiæ neceſſariis. Verũ Cice. general'r materiã artis illã dicit: in qua oĩs ars: & facultas ueniẽs ex arte uerſatur. Quippe

Ci. ſecutus ẽ Ariſt. de materia rhe. qũ accipimus alicuius rei artẽ: neceſſe eſt nos aliquid ex ea cõſequi: Quare id quod ex arte cõficitur facultas dicitur. Eſt uero eã oĩs: ſiue qõ aut' in ſcripto: q̃ legalis dicitur: aut in nõ ſcripto: q̃ rõnalis appellatur. Ariſtotelis ſniam Cicero ſecutus: qui & illos reprehẽdit: qui in plibus rhet. materiã cõſtituerũt: Et illos q res pauciores oratoris officio ſubiecerũt: demõſtrationẽ tollẽtes: Quippe

qui credunt in ea nihil perſuadere oratorẽ:qum re uera pſuadeat:ſed falſo: ut Victorinus teſtatur:Nã qũ aliquẽ laudamus/ſiue uitupamus/ut apud omnes talis habeatur:qualẽ demõſtramus:ſine dubio pſuademus:aut pſuadere conamur.Demonſtratiuã autẽ materiã adiũxit ipſe Ariſt.teſte Ci.in ſecũdo de oratore:cuius uerba hæc ſunt:Nã illud tertiũ/quod a Craſſo tactũ eſt(ut audio) ille ipſe Ariſt.qui hæc maxime illuſtrauit:adiũxit.In his igitur tribus tota facultas rhetorices eſt/& eadẽ in ſingulis integra:& qui harũ unã tenet perfect⁹ orator habetur/qum ſingule ſpẽs oratorem abſoluãt. Spẽs.n.ſunt facultatis. & cauſarum genera:Nam quæ ſpecies dicuntur eorum reſpectu/quibus ſub/ſunt:genera item dicũtur eorum reſpectu:quibus ſupponuntur.ut ſub omni genere ſpecies eſt/quæ dicitur de pluribus numero differentibus:& indiuiduum quod ſingulare eſt. Et ſub horum quolibet omnes cauſæ/ſiue ſpeciales: ſiue indiuiduæ cõprehẽduntur:ut ſub iudiciali genere cauſæ ſunt ſpãles repetũdarum:Maieſtatis/ideo ſpãles/quod ad oẽs earũ criminis reos ptinere poſ/ſunt:indiuiduæ ſunt repetũdarum uerris:Maieſtatis Cornelii.Hermagoras diuiſit oratoris materiã in cauſam hoc eſt rem/quæ habet in ſe cõtrouerſiam in dicẽdo poſitã/cum certarũ perſonarũ interpoſitione/& qõnẽ/quæ habet in ſe cõtrouerſiam in dicẽdo poſitã ſine huiuſmodi interpoſitione:Et hæc finita qõ dicitur:ut illa infinita:quã theſim græci uocãt.Cicero ꝓpoſitũ:alii ciuilẽ qõnẽ uniuerſalẽ/ſiue generalẽ phyloſophis cõuenientẽ:quod remotis pſonis/tpibus: locis cæteriſq; ſimilibus in utrãq; partẽ tractari põt.Atheneus cauſe partẽ appellat.Nã licet materia dialectici/& phyloſophi ſit generalis:& oratoris ſit ſpecialis:tamẽ & oratoris materia dupliciter uocatur:Eſt.n.ſua ſpãlis cauſa cum circũſtantiis perſonarũ loci/tpis/rei:eſt & generalis ſine cõplexu aliquo/a qua ſpecialis deſcẽdit:Exercet.n.eam orator nõ ut ſpãlem ſed ad ſpãlem cõfirmãdam:Et ex hoc eſt enthymema oratori hoc eſt ſyllogiſmus impfectus ad ꝓbãdam ſpecialẽ(barbari dicũt minorẽ)per generalem.Male ꝓinde. Cicero in rhet.reprehẽdit Hermagorã/qui theſim(ut modo dicebã)ſiuẽ qõnem preter cauſam uoluit eſſe oratoris materiã.ubi Marius ait:Theſis porro duplex/theoretice eſt:quæ diuina cognoſcit:practice eſt:quæ in hoĩum negociis/ & ciuili diſceptatiõe uerſatur:Nã ipſe poſtea mutauit ſentẽtiam:In partitionib⁹ omnẽ dicẽdi doctrinã in tres partes diuiſit:in ipſam uim oratoris/deinde in orationẽ/tum in qõnem:uim ponit in rebus & uerbis: orationẽ in quattuor ptes diuidit.Queſtionẽ has habere ptes dicit:infinitã quã cõſultationem appellat: Et definitã quã cõtrouerſiã nominat.In topicis duo genera qõnum ponit his uerbis:Queſtionũ duo ſunt genera alterũ infinitũ:alterũ definitũ.Definitum eſt:quod hypotheſim græci:Nos autẽ cauſam:infinitũ/quod theſim illi appellant:nos ꝓpoſitum poſſumus noĩare.Item infinitam qõnem in duo genera diuidit his uerbis:Queſtionũ autem:quacũq; de re ſint:duo ſunt genera:unum cognitionis:alterũ actionis:cognitionis ſunt hæ:quarum eſt finis ſcientia:ut ſi

Perſuaſio eſt in demõſtratione: Demõ. gen⁹ adiũxit Ari. Cauſarũ genera. Spẽs Rhe.

Materie oratoris diuiſio ſecundũ hermago. Theſis. Propoſitum: Ciuilis qſtio uniuerſalis. Cauſæ pars. Materia oratoris dupliciter. Enthyme ma unde oratori Theoretice. Practice. Cicero ſeipm emendauit.

Propoſitum.

quæratur:a natura ne ius ꝑfectum ſit:An aliqua quaſi códitione hominum & pactione? Actionisauté huiuſmodi exépla ſunt:ſit ne ſapientis ad.R.P.acce/dere? Et in primo de oratore oém ait oroné eé:aut de íſinitæ rei qóne ſine deſi gnatione pſonaꝝ:aut tépoꝝ:aut de re certis in pſonis ac tpibus locata. Q uit. lib.iii.or.inſti.Q ũ de theſi & hypotheſi métioné facit:ſic inqt:cũ incidit í her

hermagoras.

magoræ métioné:ſiue hic hermagoras alius fuit:ná eiuſdé eſſe qũo poſſunt: q de hac arte mirabiliter multa cópoſuit? Q um ſicut ex Ciceronis quoq; rheto rico primo:máifeſtũ é:materiá rhetorices in theſes:& cauſas diuiſerit: Q uod reprehédit Cicero:ac theſim nihil ad oratoré ptinere cótendit:totũq; hoc gen9 qónis ad phyloſophos refert.Sed me liberauit reſpódendi uerecũdia:& quod ipſe libros íprobat:& quod in oratore:atq; his:quos de oratore ſcripſit: libros: & topicis præcipit:ut a ꝓpriis pſonis:atq; tpibus auocemus côtrouerſiá: quia latinis liceat dicere de genere:q̃ de ſpecie:&q; in uniuerſo ꝓbatũ é:id in pte ꝓ/batũ eſſe neceſſe ſit.Status aũt in hoc oé gen9 materiæ iidé:qui in cauſam ca

Actionis qõ magis ad oratoré ptinet: Cognitionis qõ etiam ad oratorem ptinet.

dũt.Multa etiá idé Q uint.ſcribit:ubi diſſerit quib9 cótineatur oís ratio dicé di:& aliis in locis:ex quib9 hoc tenere ſatis ſit in præſentia:Actionis qóné ma gis ad oratoré ptinere:quæ triũ generũ é:an ſit:quid ſit: q̃le ſit. Sed & cogni/tióis:quæ duoꝝ é:qũo adipiſcamur:qũo utamur.Illa finita circa res: pſonaſq; cóſiſtere uidetur:hæc infinita ſemp amplior é.Inde.n.finitá deduci cũ eaq; tra ctari neceſſe é.Exépli gratia.Infinita eſt.An uxor ducéda ſit.Finita an Cato/ni ducéda.Fruſtra.n.cótendemus oñdere:Catoni martiá uxoré ducendam:niſi cóſtiterit uxorem in genere duci debere.Solét náq;:quæ in genere dicũtur: ad certá aliquá cám referri:Vt qum cóſtiterit ad.R.P.adminiſtrandá accedendũ eſſe:inferamus:& Scipioni ꝓpterea:aut Lelio ad eá adminiſtrandá accedédũ. Ex quib9 facile ítelligitur cauſas finitas:quæ oratoris ꝓpriæ ſunt:niſi diſcuſ/ſis prius generalib9:ſiue íſinitis:quæ phyloſophoꝝ ſunt ꝓpriæ:tractari nó poſ ſe.Q uáobré cũ his minime ſentimus:Q ui generales qónes nullo modo ora/tori curádas aſſeuerauerũt.Ná(ut oñdimus)etſi finitæ:ſiue ſpáles cauſæ ora/tori ſunt ꝓpriæ:infinitę auté:atq; uniuerſales ad phyloſophos maxime ptinét:

Milóiana habet finitá & ífinitá qóné.

íta tamé ſe habent:ut & oratoré fere ſemp a finitis ad íſinitas:Et cótra phylo/ſophũ pſæpe ab infinitis ad finitas cauſas tranſire oporteat. Eſt in miloniana oratione:Et cauſa indiuidua:ſiue finita qõ:Sunt.n.qui miloné:q; clodiũ p in/ſidias interficeret:accauſant:Cicero defendit: & quoniá(ut etiá Q uintilianus ait)ueniũt & qónes in cauſas:quæ prius tract ...tæ nó mediocriter adiuuát: Eſt etiá qõ infinita:Nam Cicero diſputat:liceat ne unq̃ hominé occidere: ut ꝓbet inſidiatorem clodium iure a milone potuiſſe occidi.

De Catoniana oratoris diffinitione aduerſum Rabulam quédam diſſerta/tio ex epiſtola ad Flaminium poetam.Caput quartum.

NEmo in hác diem fuit litterator:uel litteris oratoris tinctus:Q ui cato nianá oratoris diffinitionem nó approbauerit: diffinitioné inq̃ illam:

orator eſt uir bonus/& dicẽdi peritus:quam tabula iſte tuus contẽneret & pro nihilo habere uidetur ſophiſticis qbuſdam ineptiis: Quibus ridiculus eſt omnibus. Conciſa inqt eſt/& incõmoda/ & contra leges phyloſophãtium formata: Quodq; magis abſurdũ iactare non erubeſcit (ut ſcribis) Ciceronem/& Fabium ꝓinde in oratoriis libris eam diffinitionem haud quaq̃ repoſuiſſe. Qui quidem ſi qd de arte rhetorica teneret:ſi quid de eius præceptione intelligeret: Non ignoraret id quod nemo ignorat:oratoris diffinitionẽ in libris rhetoricis a Cicerone ſuppreſſam eſſe:qm̃ non par uidebatur/cũ p diffinitionem demonſtrare:quem ſuis preſentibus inſtitutis p̃ſentem ſtatuerat iformare:Ante.n.eſt res/q̃ ipſius rei diffinitio. At nec poſtea: quem officiis legibuſq; circũſcripſerat:atq; exp̃ſſerat. Breuiori cũ diffinitione demonſtrari oportuit. Quid preterea:q̃ qũ ex Varronis: Victoriniq; auctoritate oĩum artiũ duplex ſit traditio: una:qua extrinſecus/altera/qua intrinſecus aliqd traditur:atq; ꝑcipitur: Et mihi & tibi cõſtat/nedum ciceroni:extrinſecus cognitionẽ haberi: Qua ſola artis uis/ordoq; percipitur:ſed nõ ita tamen:ut eius ꝓpterea periti/idoneiq; artifices eſſe/ualeamus. Et talis ẽ diffinitionis oratoris ꝑceptio/quæ nihil aliud ẽ: Quam ſi quis hoc tantũ intelligat:grãmaticam artem eſſe/Quæ puri latiniq; ſermonis uim:rectæq; ſcripturæ ac ꝓnunciãdi rationẽ edoceat:neſciet tamen iccirco grãmatice loqui/& ſcribere. Proinde in his rudimẽtis oratoriis/ breuibuſq; p̃ceptis artis/eiuſmodi traditionẽ/Quæ parum incipiẽtibus ꝓdeſſet: & fortaſſe magis eorũ mentes cõfunderet:cõſulto omiſit. Cæterum quæ intrinſecus doctrina/noticiaq; dicitur:quæ ita/quidẽ artem ipſam cõſequitur:ut p illã recte in arte ipſa uerſari poſſemus:ut ſi intelligas/nõ ſolum quid grammatica ſit:ſed eius uim:quoq; pacto ſuas partes iũgat:quid obſeruãdum:quid cauendum. His per certas idoneaſq; preceptiões inſiſtit cicero:ita omnia colligit cõpendio eleganti:Et ante oculos ponit:ut cuiq; rhetoricos eius in manibus habenti:nocturnã/diurnaq; manu/uerſanti & ediſcenti noticia utiq; illa intrinſecus perfecteq; inſediſſe dicatur: Qua plene artis cognitio:& ſecundũ illã dicẽdi facultas habetur:unde orator ille fit: Quẽ Cicero ipſe & ſapiẽtem appellat: & in quo ſit eximia dicẽdi facultas:& omnes animi uirtutes iuxta Mneſarchi ſententiam: quam his uerbis in primo de oratore Anto.recitat:Hoꝝ alii ſicut iſte ipſe Mneſarchus/hos/quos nos oratores uocaremus/nihil eſſe dicebat: niſi quoſdam operarios lingua celeri/& exercitata:oratorẽ autem:niſi qui ſapiens eſſet:eſſe neminẽ:Atq; ipſam eloquẽtiam: Quod ex benedicẽdi ſcientia cõſtaret:unam quãdam eſſe uirtutẽ:& qui unam uirtutem haberet/omnes habere: eaſq; inter ſe æquales/& pares. Fabius Quintilianus pluribus in locis profitetur/Qualem oratorẽ inſtituat/ſcilicet uirũ bonum: & dicendi peritum: iuxta Catonis cenſorii diffinitionẽ:de qua in ultimo libro ſic inquit:Sit ergo nobis orator/quẽ conſtituimus/is: qui a Mar.catone finitur:uir bonus: dicẽdi peritus. Et Paulopoſt: Quãdo igitur orator eſt uir bonus:Is autem citra uirtutem

Orator ẽ uir bonus & dicendi perit9.

Res ãte qua diffinitio.

Artium duplex traditio

Orator qualis ſecũdum Mneſarchũ.

Eloq̃ntia uirtus.

Catõiana oratoris diffinitio in Quit.

intelligi nō poteſt:uirtus:etſi quoſdam impetus a natura ſumit:tamē perficiē da doctrina eſt. Mores autē ante omnia oratoris ſtudiis erūt excolēdi:atq; omnis honeſti:iuſtiq; diſciplina pertractanda: ſine qua nemo nec uir bonus eſſe: nec dicendi peritus poteſt. Talē & Virgilius finxiſſe uidetur in primo æneidos:nam qum dixerit:Tum pietate grauē:ac meritis ſi forte uirum quem cō

Virgilii locꝰ ſpexere:ſilēt:arrectiſq; auribus aſtant. Virū bonum ſignificauit: deinde adiecerit:ille regit dictis animos & pectora mulcet: dicendi peritū demonſtrauit. At de ipſa eadem diffinitione quid nugatur? quid ſomniat? orator eſt uir bo

Oratoris diffinitio probatur. nus:& dicendi peritus:Breuis ſane eſt:ſed nō minus propterea cōmoda diffinitio. Nam ex genere maxime ꝓpinquo cōſtat:Et ſufficiētes habet differentias. Orator inquit eſt uir. Nōne & a ſexu:& a uirtute oratori laudē quæſiuit?

Vir. quid ſig. Q uæ duo uiri appellatione ſignātur:Q uod uero rhetoricen:cuius fundamē

Rhetorica uirtus eſt. tum (ut ad Brutū Cicero inquit) eſt ſapiētia:uirtutē:uti fere omnes cōſentiunt credidit:ſubiūxit appoſitum:ut uir bonus diceret. Atqui:& ſi uir bonus potiſſima ſit pars:certūq; oratoris ſubiectum:minime tamē:quem uolumus: intuemur:Q uod & tardiore ingenio:modicaq;:uel nulla etiam eruditione:aut exercitatione Bonū quidem quoquo modo uirum:Sed non oratorem appellamus. Ex quo ultimā illam differētiam adiecit:Dicendi peritus. Q uæ oratorē cōmodiſſime oſtendit. Ergo oratorem nullum putas:niſi uirū bonum inquies? non

Mali oratoris ars rhetorica eſt. poſſum diſſentire ab his Ro. eloquii luminaribus. Sed mali oratoris artē non inuenio (nam arte agat:neceſſe ē:ut Gracchi:Saturninus:glaucias: alii (Q uo alio nomine appellem:quā rhetoricā:quæ non ob hoc damnāda eſt:ſed qui ea abutitur. Nam quid tādem tam bonū eſt in ſacris æque atq; profanis:quo mali male uti non queat? ſatis tamen huic quæſtioni a fabio in ſecundo & nouiſſimo ſuarum libro reſponſum eſt.

Vtrum conſtitutio pars an genus ſit ex Mar. Tullio. Et diuo Seuerino ex epiſtola ad Mar. Antonium Cōtarenum. Caput quintum.

Cōſtitutio pars an genus ſit. Vtrum conſtitutio pars an genus ſit: ambigitur:ut ſcribis. Et uiſus eſt Mar. Tullius iampridē ſuſtuliſſe omnē ambiguitatem. In rhetoricis. n. hęc cōtra Herma. ſcripſit:Q uod ſi generis cauſæ ptes nō poſſunt recte putari:multo minus recte partis cauſæ partes putabūtur:pars autē cauſæ cōſtitutio eſt omnis:nō enim cauſa ad cōſtitutionē:ſed cōſtitutio ad cauſam accōmodatur. Sed demōſtratio & deliberatio generis cauſæ partes nō poſſunt recte putari:q; ipſa ſunt genera:multo igitur minus recte partis eius quam hic dicit partes putabūtur & cætera. Victorinus ait incidentem quæſtionem eſſe: utrum cōſtitutio pars an genus ſit:eiq; docēdum:utrum cōſtitutiones cauſarū partes ſint:& ſic argumentari ꝓpoſito themate. Q uid primū inuenias genus: an cōſtitutionem? utiq; primū neceſſe eſt agnoſcas:utrum deliberatiua an demonſtratiua cōtrouerſia ſit:tunc deinde:quæ ſit cōſtitutio. Ergo partem cauſæ eſſe cōſtitutionē oēm:plus autē cām eſſe q̄ cōſtitutionē:ſic etiā poſſe cognoſci:

ꝙ in ſingulis cauſæ generibus conſtitutiones uariantur: cauſa autem omniũ cõſtitutionum capax eſt. Verũ qum cauſa & cõſtitutio cõiuncta uideãtur: tũ ut prior cauſa ſit: cauſa efficitur: ut cõſtitutio enim naſcatur: cauſa præcedit: qnod ipſe ait: nõ. n. cauſa ad cõſtitutionẽ: ſed cõſtitutio ad cauſam accõmodatur. Seuerinus lib. iiii. de differẽtiis topicis hanc quæſtionẽ eleganter abſoluit: ubi cauſarũ partes ſtatus eſſe dici affirmat. Verba eius ſunt hæc. Mar. n. Tullius cauſarũ partes cõſtitutiones eſſe demonſtrat: eo loco quo cõtra Hermagorã nititur dicẽs: Quod ſi generis cauſæ nõ poſſint rectæ partes putari: multo minus recte partis cauſæ partes putabũtur: pars autem cauſæ conſtitutio omnis eſt: partes cauſæ conſtitutiones eſſe deſignãs. Qua de re multa quæſtio eſt: quomodo. n. partes eẽ putabũtur cauſæ? ſi enim ita partes ut ſpecies: quomodo fieri poteſt: Vt in una cauſa plures cõſtitutiones ſint? Nam ſpecies ſubinuicẽ imperm xtæ ſunt. At ueniũt in cauſam plurimæ conſtitutiones: nõ ſunt igitur partes cauſarum: uel ut ſpecies ſtatus. illud quoq; quod nulla ſpecies aliam ſibi ſpeciem oppoſitam ad ſubſtãtiam iuuat. conſtitutio uero cõſtitutionem confirmat ad fidem: nec uero fieri poteſt: ut ita ſint cauſarum quaſi totius partes: nullum enim cõpoſitum ex una parte totũ atq; integrũ eſſe poteſt. Hac in cauſa cõſtitutio una idonea eſt conſtituere cauſam. Quid igitur eſt dicẽdum? patet uia rationi: neq; enim cauſæ eius pars dicitur eſſe conſtitutio: quæ in cõtrouerſiam uenit: & quã ſtatus conſtitui: quum præſertim qui additur ad cauſam ſtatus una iam conſtitutione firmata non ſit principalis ſed accidentalis: atq; uno negotio tot ueniant cõtrouerſiæ: quot ſunt conſtitutiones: ſed quot controuerſiæ tot cauſæ. Et licet ea unum cõtineat negocium: cauſæ tamen impermixtæ ſibi uariãtur: Vt qui iuuenem de luppanari exeuntem uidit: paulopoſt de eodẽ loco uxorem ſuã uidit egreſſam: accuſat iuuenẽ adulterii. hic unum negociũ hoc quod uertitur eſt: cauſæ tamen duæ una cõiecturalis: ſi neget ſe feciſſe: Altera diffinitiua: ſi in lupanari concubitum dicat non poſſe adulterium putari: ſed neq; negãti pars eiuſdem cõtrouerſiæ coniecturalis ſtatus: neq; diffiniẽti diffinitio: totam enim cõtinet cauſam. Cauſam autem uoco nõ generaliter: ſed cõtrouerſiam cõſtitutione aliqua formatam. Sunt autem cõſtitutiones partes cauſæ generalis hoc modo: Si enim omnis cauſa cõiecturalis eſſet: nec alius ſtatus inueniretur: nõ eſſet ſtatus coniecturalis cauſæ pars: ſed ipſa cauſa eſſet ſine dubio cõiectura: ſed quoniam partim cõiectura: partim fine: partim qualitate: partim trãſlatione cauſæ oẽs tenẽtur: pars ẽ cõſtitutio cauſæ: nõ eius quã tenendo informat: ſed eius quã diuidit generalis: cuius ſcilicet quaſi mẽbrum aliquod abſcindẽs ſuum facit unumq; conſtitutio. Sunt igitur partes: ut ſpecies conſtitutionis cauſæ generalis: nõ eius quã unaquæq; tenẽs iform. uerit. Quare genus ẽ Rhetoricæ facultas: Rhetoricæ uero ſpẽs tres: iudicialis demonſtratiua deliberatiua. Materia autẽ ciuilis quæſtio: quæ dicitur cauſa: partes huius materiæ conſtitutiones.

Status cauſarũ partes ſecundũ Seuerinum.

Cauſæ duo ĩ uno negocio

Cauſa quæ.

Conſtitutõẽs ſunt ptes cauſæ generalis.

Facultas.

Rhet. genus:

Spẽs Rhet.

Quod omnes ſtatus inuenire eſt in omni cauſarũ genere: & quomodo in demonſtratione inueniantur/ & deliberatione: Ex epiſtola ad Iooannem nigrũ diui Pauli Antiſtitem. Caput ſextum.

Status inueniũtur oẽs in omni cauſarum genere.

CONfeſſum eſt in iudiciali genere iueniri oẽs ſtatus. In deliberatiuo iueniri poſſe nõ pauci negant: Negant quãplurimi nõ parui nominis rhetores in demõſtratiuo: qm̃ ad iudiciales tñ materias eos ptinere arbitrãtur. In quos eo nõ ſumus plura dicturi: Quod clariſſimi Romanæ eloquẽtiæ principes/ atq; rhetores cõſtitutiones eſſe/ & reperiri in omni rhetorices ſpecie manifeſtiſſime tradũt: Et in ipſius Ciceronis orationibus tam deliberatiui/ quã demonſtratiui generis liquido/ uel mediocriter oratoria facultate inſtructis deprehendũtur. Cicero in rheto. de inuentione poſtquam conſtitutiones expreſſit: Atq; harum aliquam inquit in omne genus cauſæ incidere neceſſe eſt. Nam in qua re non inciderit: in ea nihil eſſe poterit controuerſiæ. Quare eam nec cauſam quidẽ conuenit putari. Interpres: Siue inqnit in iudiciali/ ſiue in deliberatiua/ ſiue in demonſtratione neceſſe eſt: aut cõiecturalem/ aut finitiuam/ aut generalem/ aut tranſlatiuam incidere quæſtionẽ. Vbi inquit harũ nulla fuerit inuenta: ibi nulla eſt controuerſia. Quare nec cauſa eẽ iudicanda eſt. Si enim conſtitutio nulla eſt/ unum latus recedat oportet: id enim cõſtat: quod utrinq; latere concurrente fulcitur. Nam facti controuerſia (ut ipſe Ci. Ait) In oia tẽpora cõfertur. Quid factum ſit poteſt quæri hoc modo: Occiderit ne aiacem Vlyxes? Et quid fiat hoc modo: Bono ne aio erga. R. P. ſint fregellani? & qd futurum ſit hoc mõ: Si carthaginẽ reliquerimus incolumẽ: Nũquid ſit in cõmodi ad. R. P. peruẽturum. Planũ eſt: q; in his tribus quæſtionib⁹ triplex cõiectura eſt teſte eodem explanatore. Prima reſpicit tẽpus præteritũ: Et cadit ſub iudiciali genere. Altera præſens tempus: & eſt ſub demõſtratiuo. Tertia futurũ: & eſt ſub deliberatiuo. In ſecundo omnis demõſtratiua/ & deliberatiua/ & iudicialis cauſa neceſſe eſt in aliquo eorũ/ quæ ante expoſita ſunt/ conſtitutionis genere/ uno/ pluribuſq; uerſetur. Hoc quamq̃ ita eſt: Tamen qum cõmuniter quædam de omnibus præcipi poſſint: Separatim quoq; aliæ ſunt cuiuſq; generis diuerſæ præceptiones. Aliud enim: Laus/ aut uituperatio: aliud ſententiæ dictio: aliud accuſatio/ aut recuſatio cõficere debet. In iudiciis/ quid æquum ſit: quæritur: In demõſtrationibus/ quid honeſtum: In deliberationibus (ut nos arbitramur) quid honeſtum ſit: & quid utile. Nam cæteri utilitatis modo finem in ſuadẽdo/ & diſſuadendo exponi oportere arbitrati ſunt. Quorum igitur generũ fines/ & exitus diuerſi ſunt: eorũ præcepta eadẽ eſſe nõ poſſunt. Neq; nũc hæc dicimus nõ eaſdem incidere cõſtitutiones. Verũtamen oratio quædam ex ipſo fine & genere cauſæ naſcitur: Quæ ptineat ad alicuius uitæ demõſtrationẽ: aut ad ſentẽtiæ dictionẽ. Idẽ in eodẽ. Nũc expoſitis his argumẽtationib⁹: quæ in iudiciale cauſarũ genus accõmodãtur: deinceps in deliberatiuũ genus: & demonſtratiuũ argumẽtandi locos/ & præcepta dabimus/ nõ quo non in ali-

Facti cõtrouerſia in oia tempora confertur.

Coniectura i omni tẽpore.

qua cōſtitutione oīs ſemp cauſa uerſetur:ſed qa ꝓprii tamē hax̄ cauſax̄ qdā loci ſunt nō a cōſtōne ſepati:ſed ad fines hox̄ generū accōmodati.Nam placet in iudiciali genere finē eſſe æqtatē|hoc ē partē quādā honeſtatis.In deliberatiuo aūt Ariſto. placet utilitatē.Nobis aūt & honeſtatē|& utilitatē.in demōſtratiuo honeſtatē.Quare in hoc quoq̄ genere cauſæ quædā argumētationes cōiter|ac ſimiliter tractabūtur:Quædā ſepatius ad finē|quo referri oēm rationē oportet|adiūgētur:Atq̄ uniuſcuiuſq̄ cōſtōnis exēplum ſuppōere nō grauaremur:Niſi illud uideremus:Queadmodū res obſcuræ dicēdo fierent aptiores: ſic res aptas obſcuriores fieri oīone.Rhetor acutiſſimus in hūc locū:Finitis oībus præceptis:quæ data fuerāt ad oēs cōſtōnes|& ad oīa genera cōtrouerſiax̄:quæ in legibus ſunt:dūtaxat in iudiciali genere cārū.Trāſit Tullius ad deliberatiuā cām|& ad demōſtratiuā:Nō ꝙ alia ꝓcepta eē poſſ nt deliberatiuæ|& demōſtratiuæ:q̄ fuerit ſupra in iudiciali genere dūtaxat in cōſtōnibus.Nam pari modo cōiectura finis:Et cæteræ cōſtōnes:Et oīa genera cōtrouerſiax̄ uerſantur in deliberatiuo|& demōſtratiuo:queādmodū in iudicialibus.Vn̄ non alio modo dicēda ſunt in iudiciali|& alio in cæteris.Sed eadē dicēdi ubiq̄ ꝓcepta ſeruabūtur.Et īfra.Et poterat qdē ſupponere extra deliberatiuā p ſingulas cōſtitutiones:hoc ē:ut doceret incidere in deliberatiua cōiecturā|finē & reliquas conſtitutiones.Item pari modo in demōſtratiua:Sed quoniā res aperta eſt dicere ꝓteriit.Et ne dicas hos libros rhetoricos Ciceroni puero e manibus excidiſſe:eiuſq̄ enarratorem uoluiſſe quoquo modo tueri Tullianam ſententiā: Et ideo non eſſe habendam in hoc illis fidem:niſi aliæ accedant auctoritates: Ecce tibi:perlege libros eius de hac arte: Quos in ætatis flexu ſcripſit. Inuenies multis in locis hoc idem tradere| & affirmare. In primo de oratore ſic ſcriptum reliquit:Nihil eſt enim:Quod inter homines ambigatur:Siue ex crimine cauſa cōſtet:ut facinoris:ſiue ex controuerſia:ut hæreditatis:ſiue ex deliberatione|ut belli:Siue ex pſona|ut laudis:ſiue ex diſputatione:ut de ratione uiuendi:In quo nō:aut quid factum ſit:aut fiat:futurūq̄ ſit:quæratur:aut quale ſit:aut qd uocetur. Quā apte declarat in oī cauſax̄ genere cōſtitutiones eſſe: ſiue inqt cā conſtet ex deliberatiōe:ut belli:ſiue ex pſona:ut laudis.In Topicis etiā apertius|& per exēpla oſtendit omnes ſtatus tā in deliberatiuo|& demonſtratiuo eſſe| q̄ in iudiciali genere. Eius uerba ad litterā:Ne quid addere:aut minuere uidear:ſubiiciam.Atq̄ in deliberationibus|& laudationibus exiſtunt ſtatus. Nā & negantur ſæpe ea futura|quæ ab aliquo in ſnīa dicta ſunt fore. Si aūt oīno fieri nō poſſunt:aut ſi ſine ſumma difficultate nō poſſunt:In qua argumētatione ſtatus cōiecturalis exiſtet:Aut qū aliquid de utilitate|de honeſtate|æquitate diſſeritur:deq̄ his rebus|quæ his ſunt cōtrariæ|incurrūt ſtatus: aut iuris|aut nominis:Quod idem contingit in laudationibus. Nam aut negari poteſt id factum eſſe:Quod laudetur:Aut nō eo nomine efficiendū:quo laudator effecerit:Aut oīno nō eſſe laudabile:quod nō recte|nō iure factū ſit.

Oratio facit res aptas: obſcuriores.

Illa adhuc audentiora/& maiorum(ut Ci.exiſtimat) aterũ fictiones perſona/
rum/ quæ πρoσωπoπoιια dicuntur. Mire nanq; tum uariant orationẽ:tũ
excitant.Et infra:ſunt qdam/qui has demũ πρoσώπoπoιίας dicãt:in qui
bus & corpora/& uerba fingimus.Nam eodem auctore proſopopœia dicitur
perſonæ fictio:ad uerbum perſonæ factiua.cõponitur eni ex πρoσωπoν &
πoιω Figura eſt ſecũdum grãmaticos:uel qñ inanimatũ ad animatum loqui
tur:ut apud Naſonẽ:Miſſus in hãc uenio timide liber exulis urbem:Da placi
dam feſſo lector amice manũ:uel animatum ad inanimatũ:ut apud eundem:
Parue(nec inuideo) ſine me liber/ibis in urbẽ:uel quãdo etiã ad inanimatum
ipſum quoq; inanimatũ loquitur:ut in ipſius uatis trãſformationibus fit ſæpi

Proſopopœ/
ia ſecundum
rhetores.
Sermocina/
tio qd differt
a conforma/
tione.

us. Rhetores dicunt proſopopœias aliquãdo orationes pro dignitate perſonaꝝ
accõmodatas.Q uinti.in.iii.Ideoq; lõge mihi uidẽtur difficilimæ pſopopœ ę/
in quibus ad reliquum ſuaſoriæ laborẽ accedit etiam pſonæ difficultas.ponit
plures proſopopœiæ modos:idẽ Fabius in nono:& alii/quos recidere in ſupra
dictos puto.Illud tantũ dicã a te interrogatus/inter ſermocinationẽ oratoriam
& cõformationẽ hoc itereſſe:Q uod ſermocinatiõe alicui pſonæ attribuitur ſer
mo/qui exponitur cũ ratione dignitatis:cõformatio uero eſt:qum res muta fit
eloquens:Et ei oratio attribuitur ad dignitatẽ accõmodata:ſicuti Ci.R.P.facit
loquentẽ:Q uę tamen(ut ante ſcriptum eſt)proſopopœia græce dicitur. Iccir
co obſeruationes plures ſunt in orõnibus Ciceronis/quã in rhetoricis inſtitutio

Partes Rhe/
toricę.
Elementa.
Opera.

nibus:& oĩbus oratoriis libris pceptiones.❡In rhetoricis de inuẽtione/in ora/
tore ad.Q .fratrẽ/in partitionibus oratoriis ad filium Cicero partes appellatiq
nõnulli dixerũt opera:Athenęus elementa.Sed teſte Q uintiliano neq; elemẽta
quis dixerit recte.Ita eni ſimplicia eſſent & prima principia ac initia:ut mun/
di uel humor/uel ignis/uel materia/uel corpora inſecabilia:qum contra hypo/
theſis prior ſit:Et hę inſup partes ſuis conſtent annexis.Nec operum recte no/
men accipiunt:quæ nec ab aliis perficiuntur:ſed & aliud ipſa perficiunt. Par/
tes igitur:nam qum ſit ex his rhetoricę:fieri nõ poteſt:ut qum totum ex parti/
bus cõſtet:non ſint partes totius:ex qbus cõſtat:inuenire/diſponere/eloqui/quę
ſequntur/oratoris quidẽ ſunt. At inuẽtio/diſpoſitio/elocutio:& cętera/artis ſũt

Partium orõ
nis numerus
uarius apud
auctores.
Actio ſiue p
nũciatio.

partes:quippe ex quibus tota hęc rhetoricę facultas conſiſtat.Sed de harũ nu
mero multi diſſenſere:Albutius eni tribus partibus cõtentus/memoriam/actio
nemq;/ſiue pronunciationẽ tollebat:has inquiens nõ arte:ſed natura cõſtare:ut
clariſſimi ſcriptores docuerunt.Traſimachus ſolam actionem ſubtraxit. Dion
autem inuentionem tantum diſpoſitionemq; tradidit. Sed duplicem utranq;
rerum ſcilicet ac uerborũ:ut ſit elocutio inuẽtionis:pronũciatio diſpoſitionis.

Iudicialis in/
uentioni ſu/
biicitur a Ci
cerone.
Ordo.
Diſpoſitio.
Oratori tria
aīaduertēda.
Sermo res &
uerba habe/
at neceſſe ē.

Alii contra plures q̄ qnq; eſſe uoluerunt: Quibus & ipſe Cicero de pfecto ora
tore ad Brutū non nihil aſtipulatus eſt inuentioni iudiciū ſubſtituens: ut inue/
nire quidem primū ſit: deinde iudicare. Atqui iudicii uis una pars nō poteſt ui
deri: quod ea cæteris omnibus partibus excepta memoria cōis ſit: ac pariter fe
re neceſſaria: ſine qua nec utilia quis inueniſſe/ac euitaſſe contraria: nec diſpo/
ſuiſſe cōmode/exornaſſe ue/aut egiſſe recte dici poterit. Nōnulli ēt ordinē addi
derunt: quaſi diſpoſitio aliud ſit: q̄ optima rerum ſecundum ordinē collocatio:
Quamobrem quinq; partes ſtatuentes optime ſenſiſſe uidentur. Tria nanq; in
primis oratori animaduertenda ſunt. Quid dicat. Quo quidq; loco/& qūo.
Nam omnis ſermo quo aliqd in mente conceptū enūciatur: & res & uerba ut
hēat neceſſe eſt. Rerū inuentio/ac diſpō eſt. Elocutio uerborū. Pronūciatio toti
us: quā memoria adiuuari/aut uerius cōtineri neceſſariū eſſe qs nō uiderit? Ha
bent uero & hæ ptes ſuū inter ſe ordinē: Primum enim oīum ē: quæ cauſæ no
ſtræ conueniant/inuenire: Tum inuenta ſuo quæq; loco diſponere. Quibus in
partibus prudentia magis quam eloquentia deſideratur: Poſt res ipſæ excogita
tæ diſpoſitæq; idoneis uerbis ac ſententiis ſunt inducendæ: Ea deinde oīa me/
moriæ theſauro/uti fideliſſimo creditarū rerum cuſtodi/reponenda. Poſtremo
pronunciatione/quēadmodum inueneris/præparaueriſq;: exponenda/ palamq;
edenda: Victorinus in rhe. inquit: Alii enim ptes ſeptē: multi quattuor. Sed ple

Partes orato
ris officii di/
cūtur a Chi/
rio conſulto.

riq; quinq; eſſe dixerunt. Eorū & ſententiā Cicero ſecutus/quinq; ptes eſſe cōfir
mat: inuentionē/diſpoſitionē/elocutionem/memoriā/& pronūciationem. Con
ſultus Chirius quiq; & ipſe ponit: Et eodem nomine nuncupat partes oratoris
officii/hæc grecæ inquit uocantur ε ργατου ρκτορος.

De quattuor/ſiue quinq; generibus cauſarum diuerſæ ſententiæ/hæq; pro/
babiles: Et cauſa diuerſitatis de eorū numero/& noibus apud Ciceronē ex epi/
ſtola ad Ioannem Calpurnium. Caput uudecimnm.

Genera cāū
quinq;.
Cice. diuerſa
ſenſit de ge/
nerib⁹ cāū.
Ars uet⁹ rhe/
Cice.
Ars noua rh.
Cice.
Admirabile/
& anceps eſt
idem qd tur/
pe & dubiū.
Obſcuꝝ cau
ſæ genus.

Georgius Vallenſis uir non incelebris: grauiq; firmoq; iudicio in arte rhe
torica magiſter Venetiis profitetur. Ad hūc uiſendū qum hodie acce/
ſiſſem: offendi duos eloquētię doctores inter ſe diſputantes de quattuor
cauſarū generibus apud Ciceronē: quæ & quinq; facit: Qui ubi me uiderunt:
coegerūt dicere: Quid ſentirem de appellatione/ & numero horum generum:
quorū uariatio eē nō parua cū apud alios/tū apud ipm Ci. uidetur. Cicero inq̄
in rhetoricis de inuenitione quinq; affirmat: honeſtum/admirabile/humile/an/
ceps/obſcurū. Ad Herēniū: admirabile/tacuit: Turpe aūt adiecit. Quoniā di/
uerſos ſeq̄batur auctores: Hermagorā in illis: & Ariſt. ī his Hermetē pceptorē
ſuū/& iuniores: unde & illa uetus ars Hieronymo dicta eſt (ut opinor) & hæc
noua uulgo nūcupatur. Vtrāq; generꝝ enumerationē pbabilē duxit: nec diſſeri
entē a ſe penitus. Nā quod illic admirabile/& anceps dicitur: hic turpe/& du/
biū non re qdē/ſed nomine tantū diuerſo appellatur. Quod ita eē ex utriuſq;
nois finitiōe facile dignoſcitur. Illud uero: qd obſcurum: qntū cāæ genus alias

aditctum uidemus:Q uod q̄dem eſt:qum aut tardiores ad cognoſcendū ſunt
iudices:aut qum ipſa cauſa grauioribus rebus īplicita eſt:q̄ quæ facile percipi
poſſit. Vtcūq; uero illud accidat:ſi cā ip̄a/& finita/& cōſiſtens ſit/& de qua ora
tori ſit quærēdū:ſub aliquo ipſorū quattuor generū/de q̄bus hic agimus:quæ
& a q̄buſdā cauſarū ſchemata dicta ſunt:ut cōprehendatur:neceſſe eſt. Eorum
numerū:Si libuerit:hoc modo deducemus.Cauſarum rō:unde hæc genera di/
cūtur:dupliciter attēditur/quo ad qualitatē ſcilicet/& quo ad quātitatē. Q ua
litas in cauſæ honeſtate/aut turpitudine cōſiſtit:quātitas aūt in momento. Per
inde cauſa oīs de qua oratori ſit dicendū/aut manifeſtā.De his rebus/quæ aut
magni/aut nō nullis ſint momēti/habebit qualitatē/aut dubiam.Si manifeſta:
uel ea expreſſe honeſta:& ſic primū cōſtituitur genus:uel exp̄ſſe turpis:& ita
habetur alterū:ſin in cauſa aliquid ꝓbandum:& contra aliquid improbandū
appareat:Id dubium tertiū cauſæ genus dixere.At ſi de qua agetur cauſa/nul
lius/uel minimi ſit momenti:nec multū propterea de ea curādum:utcunq; qua
litas fuerit humile cauſæ genus cōſtituetur.Nec nos p̄terit/& alia p̄terea mul/
ta in hoc genere dici potuiſſe:quæ quia nō multum ad rem faciant præteribi/
mus.Verū illud noſſe oportet:cauſarū qualitatē per ſingula genera perſonis/lo
cis/tēporibꝰ/cauſis/modis aliiſq; circūſtātiis uariari:uti apud Catonē inq; libe/
ra ciuitate libertatē laudare/atq; extollere:Tyrānidē uero contra uituperare/ac
dānare:honeſtiſſimū/& eſſet/& habetur.At idē apud Cæſarē:uel triumuiros: ſi
non utiq; turpe:ſaltem dubium/atq; inuidioſum eſſet:ſicq; in maximis ciuitati
bus/apud iudices multa humilia haberentur:ea ipſa in municipiis nunc hone/
ſta/nūc turpia auditores iudicarēt.Nā humile cauſæ genus a cæteris nō quali
tate/ſed quantitate(uti proxime oſtēdimus)ſeparatur.Tempora quoq;(ut qui
uis facile intellexerit)cauſarū qualitatē/& genera mutant.Vt ſi q̄s in pace/inq;
rerum felicitate ludos/ſpectacula/Venationes/cæteraſq; id genus oblectationes
laudarit:id honeſtū quidē/ſatiſq; probabile uidebitur.Sin bello/ac rerū carita
te id fecerit:longe aliter habebitur.Idq; & p cæteras oīs circūſtantias accidere
nemo non uiderit.Q uin.oratoriarū inſtitutionū libro quarto ſic(ni fallor)de
iis generibus ſcribit.Genera porro cāſarū plurimi fecerūt hōeſtū/humile/dubiū/
anceps/admirabile/obſcurū.i.ενδοξον.αδοξον.αμφιδοξον. παραδοξον.
δισπαρακολουθητον.Sunt q̄bus recte uideatur adiici turpe/quod alii hu
mili/alii admirabili ſubiiciūt.Admirabile aūt uocant quod eſt p̄ter opinionem
hoīum cōſtitutū.Et Fortunatianus hæc genera cauſarū alibi appellat figuras
materiarū:& alibi figuras cōtrouerſiarū quæ græci σχηματα appellāt.In ho
neſto genere cāæ tam pſona q̄ res honeſta:ueluti/Scipio uictis pœnis petit p̄mi
um:ut ſpectet ludos laurea coronatus.hic pſona honeſta & q̄d petitur.In anci
piti/pſona honeſta/& res turpis:ut Scipio p̄mii noīe petit Tyberii Aſelli mor/
tem:uel cōtra pſona inhoneſta:res honeſta.Abdicatus fortiter fecit:petit p̄mii
noīe reditū in domū patris:pſona eſt īhoneſta:quod petitur honeſtū.In admi/

Schemata.

Q ualitas cāſarū uariatur multis modis & circūſtantiis.

Figuræ materiarū dicūtur a Fortunatiano genera cāſarum.

rabili tam res/q̃ perſona inhoneſta:ut:impudicitiæ reus fortiter fecit:petiit p̃/
mii nomine accuſatoris ſui mortē.Humile genus eſt ſine opinione:ueluti pau
per ueſtimenta uendebat:alius pauper ea uendicabat tanq̃ ſibi furto ſublata.
Venditor ſe ab adultero deprehenſo illa ueſtimenta detraxiſſe dicebat: inuicē
accuſant:Ille adulterii:hic furti.Tū alter diſputantiū:hæc inquit qō facilis ē:
ſed illa difficilis.Cur genera cauſaꝝ tria eſſet ſuperius dixerit: nunc quattuor

Cárū genera cur Ci. prius tria/ deide q̄ttuor dicat.

rurſus genera eſſe dicat Ci.Hunc a te enodari nodū cupio .Reſpondi nō īme
rito quæritur/quid ita cauſaꝝ genera quattuor dicat:Cum pauloante ipſe di/
xerit:tria ſunt genera cauſarū:unde:etſi aliter etiam reſponderi/ac dici poſſet:
libet tñ in p̄ſentia ita breuiter diſſerere:Res pro qualitatū rationeluarie in ge/

Res pro q̄li/tatū rōne in genera diſtinguitur:

nera diſtingui:id exemplo planius conſtabit.Animal una res eſt:atq; ſubſtan/
tia/Eius ſecundū qualitatē/ſeu notitiā/ac cōſiderationē/duo ſtatuā hoc modo
genera.Animalium duplex eſt genus/unum quidē rationale:ut homo:irratio/
nale alterū:ut equus/Leo/& alia huiuſmodi.At ſecundū aliā cōſiderationē ſeu
qualitatē/licebit eiuſdē rei genera uariari:ut ſi dixero:Animaliū ſunt tria ge/

Genera uari/are ſecūdum unā eādemq; qualitatē ui/tium eſt.

nera:quædā enim terreſtria:quædā aerea:quædā aquatica:& ita in pleriſq;. At
qui ſecundū unā eandēq; rei qualitatē genera uariari uitiū qdem eſt. Secūdū
uero uarias qualitates/ſiue reſpectus/ea ſine uitio uariari licet. Ex quo quādo
initio dixerit tria cauſarū genera:Demonſtratiuū/deliberatiuū/iudiciale. Vnā
reſpexit qualitatē/quæ ducitur a materia.Hic aūt:qū q̄ttuor eē aſſeueret aliā
habuit rationē/quæ magis trahitur a forma.Cōtinentur uero quattuor hæc ge
nera ſub illis tribus/tanq̃ ſub generibus ſpecies.Sed nec illud ignorandū gene

Gn̄a a phis alr̄ q̄ ab oratoribus accipiuntur.

ra a philoſophis aliter/& aliter ab oratoribus accipi.Illi nāq; id tātū genus ap/
pellant:quod ſpecies ſub ſe contineat:ut:animal:ſub quo homo/equus/ideo/&
huiuſmodi cōtinentur.Oratores uero ſub genus appellatiōe/nūc ipſum genus
nūc ſpēm/nūc alicuius rei mēbrū/aut partem/nūc uarietatē.& alia huiuſmo/
di multa(ut paſſim & affatim licet uidere)cōprehendūt.Sic uero(ſi recte le/
cta recordor)hāc qōnē ſoluit uir acutiſſimi ingenii Marius Victorinus. Ani/

Victorini ſētentia de generibus cārū

maduertere enī debemus qd Cicero ſecutus ſit:res multæ ſunt:quaꝝ una ſub
ſtantia:reliquæ accidūt.Itaq; qū ſubſtantiæ acciderit una qualitas:poteſt ei &
alia accidere.Sed quæ nō ſit in eodē genere/in quo prima qualitas fuit:ut pu
ta ſi dicas foliorū genera duo ſunt/de mēbrana/& de charta:hic foliū ſubſtan

Foliū de mēbrana & charta.

tia eſt:acceſſit ei una qualitas/mēbrana:& charta pōt tñ eidē ſubſtantiæ.i.fo/
lio alia qualitas accidere:quæ nō ſit in eo genere/in quo prima qualitas:ſi di
cas:foliorū genera ſunt tria/eſt oblōgū/eſt latum/eſt quadratū.Quare ſi circa
primā qualitatē numerus diffinitionis uarietur/uitiū eſt: Sin aūt in eadē ſub
ſtantia circa alias qualitates numerus definitionis uarietur non eſt uitium:ut
hic ait:Primū cauſarū genera tria ſunt.Cauſa hic ſubſtantia eſt:accidit ei una
qualitas:ut ſit demonſtratiuū genus/deliberatiuū/iudiciale. Deinde ait:gene/
ra cauſarū quinq; ſunt:licet eadem ſit ſubſtātia:alia tñ ei qualitas accidit: In

iudiciali enim/ſiue alio genere cãæ inuenitur/& honeſtũ cauſæ genus/& admirabile/& hũile/& anceps/& obſcurũ. Ergo duplici hoc mõ poſſumus intelligere: aut quod ſubſtãtiæ/multe ſæpe accidunt qualitates: aut quod multæ qualitates ſubſtantiales sunt/id eſt. ꝙ eis qualitatibus poſſunt aliæ accidere qualitates: ut hic: ſubſtãtia eſt/ cauſa: accidit cauſæ: ut ſit iudicialis. Itaq; iudicialis cauſa eſt. Rurſus hæc ipſa qualitas ſubſtãtialis eſt: nã accidit ei: ut habeat in ſe aut honeſtum cauſæ genus/aut admirabile/aut humile/aut anceps/ aut obſcurũ. Item in deliberatiuo genere cauſæ/uel demonſtratiuo põt hoc ipſum euenire. Q uare nullus hic error eſt generis cauſarũ circa definitioné numeri. Si quidem ſubſtantiæ nunc plures accidant q̃litates (ut ſupra docuimus) nunc multæ ſunt qualitates ſubſtantiales. i. q̃bus poſſunt aliæ ĩcidere qualitates: quod ſimiliter ſupra docuimus. Tum Georgius Valẽſis ad hec ita reſpondit: Victorinus id mihi non admodũ quid ſit aperuiſſe uidetur. Nã oĩs cauſa aut ĩ lite ẽ: aut extra litẽ. Si ĩ lite iudicialis: Si extra litẽ: aut ĩ cõſultationẽ uenit: quod eſt deliberatiõis: aut (ꝓut nobis libido fuerit) laudamus: uitupamuſue: qđ eſt gñis demõſtratiui. At illa alia ſiue q̃ttuor/ſiue qnq; ſint: nõ ſunt niſi ꝓœmii: q̃ ẽ una pars orationis: nec cõmunia ambarum partium: ueluti tria illa/quæ prius recẽſuimus. Eſt enim iudicialis cõmunis actoris/& rei: ut Milonis/ & clodianorũ: utrinq; ſi quidem iudicialis nominatur. Similiter deliberatiua: ut creandus ſit conſul Auguſtus: an non: qa puer. Cõmunis quoq; demõſtratiua: Vbi Catonẽ Cicero laudat. C. Julius Cæſar uituperat. At in exordio ſecus quodãmodo fit. pro uiro forti/cõtra parricidã: Cauſa erit iudicialis: & hæc tã ad parricidã pertinet/quam ad uirum fortẽ. Ergo una erit amborum/in procemio autẽ diuerſa. Nam ſua cuiuſq; erit: altera uiri fortis: altera parricidæ: Illa quidẽ honeſta: quæ pro uiro forti: & eo honeſtior: quod contra parricidam: hæc uero turpis: ꝙ pro parricida: & eo turpior: ꝙ contra uirum fortem: Sunt itaq; duæ cauſæ: & inter ſe plurimum differentes: ut cõmunes nullo modo eſſe poſſint. Nec uero hæc cauſæ honeſtas/aut turpitudo ad cauſam illam/quæ lis eſt/& controuerſia: in qua iudicium pendet aliquid pertinet: ſed eſt quedam hominum habita opinio de actoris parte/uel rei: ꝙ partem hanc honeſtam eſſe exiſtimant illam turpem: ideoq; orator: quando intelligit partem/quam tuetur/ laborare ĩ famia p̃ iudices/cæteroſue expurgat infamiam: conciliatq; eorum animos ad bene ꝑerandum de cauſa/quam acturus eſt: Et (quãtũ fieri põt) cõtrahit in exordio beniuolentiã ſibi/& ab aduerſario alienat: quo de ꝓbatiõe ipſius cãæ: in q̃ iudiciũ oẽ pẽdet: de iure nr̃o bene: de aduerſario male opinẽtur. Q uinq; ſinẽ feciſſet/ad me cõuerſus: Q uid inqt de ſñia nr̃a tibi uidetur: uſas inq̃ probabilis nuꝑ uiſa eſt. Et reqrẽti cur uſas dixiſſem: Aio: qm̃ Laurẽtius Valẽſis olim diffuſius hãc qõnẽ tractauit/admirãtiq mecũ erat/eiuſdẽ Laurẽtii/libellũ/quẽ forte ab amico cõmodũ acceperat/eidẽ obtulit. Ex quo ad ſ[illegible] quæ ad hãc rẽ faciũt ſubiiciã. Verũ qa nõ nihil: hac in re ẽt Victorinus errauit/nõ ſatis ĩtelli-

Subſtantiæ multæ accidunt qualitates ſubſtantiales.

Q ualitates ſubſtantiales

Valenſis opinio cõtra Victorinum.

Genera quattuor ſiue qnq; cãrum nõ ſunt niſi ꝓœmii.

Laurẽtii Valenſis opinio de quattuor ſiue qnq; generibus cãrũ cõtra Victorinum.

gens in quo differant tria genera cauſa℞:demōſtratiuū/deliberatiuū/iudiciale: ab aliis quattuor generibus cauſa℞:ſeu qnq; honeſto turpi/ambiguo / humili: admirabili:reddā ipſe dr̄iam.Oīs cā aut de p̄terito ē /aut de futuro:ſi de p̄terito:aut pro noſtra uolūtate laudamus/uituperamuſue/apud aliū:accuſam⁹:pe timuſue:ſiue defendimus:Illud demonſtratiuū genus cauſæ eſt: hoc iudiciale: de futuro cōſultamus:hoc erit deliberatiuū.Itē oīs cā aut in lite ē:aut extra litē:ſi in lite:iudicialis ē:ſin extra litē:aut in cōſultationē uenit:quod ē:deliberationis:aut laudamus:uituperamuſq;:quod ē generis demōſtratiui .At illa alia q̄ttuor nō ſunt/niſi p̄oemii:quę ē una pars orōnis:nec cōmunia ambarū partiū:Siqdē cauſa iudicialis:cōis eſt actoris/& rei:ut Milonis/& Clodiano℞.Deliberatiua.ut Fabii/& Scipiōis de traducēdo in Aphricā exercitu cōis eſt.Demōſtratiua:ubi tu laudas Dionyſiū:ego uitupo.Vtriuſq; pſonæ cōis eſt. At in exordio ſecus fit.Ponamus ipſius uerba Ciceronis:ut p̄ uiro forti cōtra parricidā:Cauſa erit iudicialis:& hæc tā ad parricidam ptinet:q̄ ad uirū fortē. Ergo una erit ambo℞:in p̄oemio uero diuerſa:Nā ſua cuiuſq; erit:altera uiri fortis:altera parricidæ.Illa quidē honeſta:q; pro uiro forti:& eo honeſtior:q; contra parricidā.Hæc uero turpis:q; pro parricida:& eo turpior:q; cōtra uirū fortē.Erunt itaq; duæ cāæ ac diuerſæ:& inter ſe plerūq; cōtrariæ:ut cōes eſſe nullo mō poſſint.Neq; uero uix hæc cauſæ honeſtas/aut turpitudo ad cām illā/q̄ lis & cōtrouerſia dicitur/pēderet/aliquid ptinet:Sed ē pſumpta quædā hominū opinio:De actoris parte:uel rei:quod ptē hāc honeſtā eſſe exiſtimāt:Illā turpē Neq; id ſemp recte:Qū de bona poſſint male ſentire:& de mala bene: Quod etiā ſæpe uſu uenit:adeo ut fortis uiri cā queat eſſe iniuſta:& parricidæ iuſta. Non.n.pſonæ faciunt cām bonā/aut malā.Ideoq; orator: q̄n intelligit partem quā tuetur/laborar̄ īfamia/apud iudicū.auditorūq; mētes:purgat infamiā:cōciliatq; co℞ aios ad bn̄ ſperādū de cā quā acturus ē:Et q̄tū fieri pōt:cōtrahit ī exordio bē:uolētiā ſibi:& ab aduerſario alienat:ut poſtea p̄batiōe ipſi⁹ cāæ: in q̄ iudiciū pēdet/audiāt:de iure noſtro bn̄/de aduerſariis male iā opionē quādā pſumētes.Et paulo mox:Nō mutāt genus cāæ:quo minus ſit aut iudiciale: aut deliberatiuum/aut demōtratiuum:ſed tantum innuunt auditorum tacitā quandam uel de noſtra/uel de altera parte/op nionem.Tuum in his iudicium: Qui inter rhetores noſtri temporis principatum obtines:ſcire aueo.uale.

¶Quid ſit/& uñ dicatur Epiſtola:qd̄ eius officiū:quot epiſtola℞ gn̄a : quod artificium cōponendi epiſtolas:quiq; characteres epiſtolares:cui datur palma in epiſtolis:Et an ſtatus in epi.ut ī orōnibus repiatur:& quē potiſſimū/& quo mō imitari debemus ī ſcribēdis eplīs::Ex epi.ad Gaſparē Viduā. Caput.xii.

IAcobo tuo/ac potius meo/ſiue nr̄o/quē mihi erudiendū tradidiſti/de his/q̄ ad epiſtolæ cōpōnem ſpectāt/p̄cepta q̄dā collegi:quæ tibi exſcribere uolui ut & deſideriū meū/& diligētiā in filii inſtōne abſens uelut pn̄s pſp cias.

Epl̄a uñ dr̄. Epiſtola ē collocutio litterata/que ab aliquo abn̄te fit ad abn̄tem utile p̄poſitū

pagens. Diciturq; ἀποστέλλειν quod ē mittere:qa ad abſētes mitti tur:q̄uis Libanius in libello de ep̄la neſcio qd aliud excogitauit:& Ammonius uoluerit ide datū nomē epiſtolæ: Quod ritus erat antiqtus: ut lr̄æ naui mitte/ rētur:neq; ut poſtea his arcana notis Terra pelagoq; ferrētur. Latini lr̄as dixe/ rūt (uti ego exiſtimo) nō tā a lr̄aꝝ multitudine: q̄ a lituris q̄ fiūt:quod nō ea cu ra mittūtur ad amicos & familiares:q̄ cætera q̄ nō ad familiares pferūtur:q̄uis & p diſciplinis & ſcriptis oībus uſurpētur. At lr̄am dici q̄ſi legiterā:eo q legē ti iter præbeat:uel q in legēdo iteretur:uel a lituris:quod ſcripta deleri poſſit: q̄m plerūq; in ceratis tabulis antiq ſcribere deleréq; ſolebāt:uel ab eo:q atra mento liniatur:uel a linea q̄ γράμμη:q ex linea cōſtet: Seruius. Priſcianus grāmatici oēs docēt. Hier. ad Marcellā ſcribēs: Epiſtolare īquit offm̄ ē de re fa miliari aut de cotidiana cōuerſatiōe aliqd ſcribere: Et quodāmō abſētes inter ſe pſētes fieri:mutuoq;:aut qd uelint:aut qd geſtū ſit:nūciare:licet iterdū cōfabula tiōis tale cōuiuiū doctrinæ quoq; ſale cōdiatur. Tullius ad .Q. fratrē li.i. Illud qd̄ eſt epiſtolæ ppriū:ut is ad quē ſcribitur:de his rebus:q̄s ignorat:certior fi/ at:ptermittēdū eſſe nō puto. Et ad figulū: Quærēti mihi iā diu qd ad te potiſ ſimum ſcriberē:non mō certares ulla: Sed ne genus qdē lr̄aꝝ uſitatū ueniebat in mētē. Vnā.n.ptē:& cōſuetudinē caꝝ epiſtolaꝝ:qbus ſecūdis i rebus uti ſole bamus tēps eripuerat: Perfeceratq; fortuna:ne qd tale ſcribere poſſem:aut oio co gitare. Relinqbatur triſte qddā & miſerū & his tpibus cōſentaneū genus litera rū id quoq; deficiebat me:in quo debeat eē:aut pmiſſo auxilii alicuius:aut cō ſolatio doloris tui. Et reliq. Ad curionē: Epiſtolaꝝ gn̄a multa eē n̄ ignoras: Sed unū illud certiſſimū:cui cā res ipſa iuenta ē:ut certiores facerem abſētes:ſi qd eēt:qd̄ eos ſcire:aut nr̄a:aut ipoꝝ itereſſet. In hui gn̄is ſn̄iam lr̄as pfecto a me nō expectas. Tuaꝝ.n.reꝝ domeſticaꝝ hēs & ſcriptores & nūcios. Reliq ſūt ep̄la rū gn̄a duo:quæ me magnope delectāt:unū familiare & iocoſū:alteꝝ ſeueꝝ & grauæ. Græci multas faciunt ep̄laꝝ formas:q̄ in ep̄lis Tullianis iueniūtur: Et plures aliæ:ſi qs ſcrupuloſius eiuſmodi ſpēs obſeruet:& colligat. Quidā ex li banio pelaſgo:& aliis græcis:atq; latinis auctoribus .lxxx. ep̄laꝝ gn̄a nūero ex acto iueniſſe gloriantur. Nos ex multis pauca. Ne aut negligētes:aut ſupſtitio ſi uideamur:ad q̄ tn̄ cætera reduci facile q̄ant:pceptoris n̄ri uenerabilis ueſtigi is initentes cōgeſſimus. Eſt παραινετικὴ:p quā admōemus adhortantes ali quem uel diſſuadētes Cuiuſmōi ē ep̄la ad .q. frēm: Quattuor tragedias. Et bru ti ad Ci. ep̄la pria. μεμπτικὴ eſt:q̄ accuſamus aliquē:q qd̄ non oportebat: fecerit:q̄lis ē ep̄la ad brutū ſcda: παρακλητικὴ: p quā adortamur aliquē i re neceſſaria:& opportūa. Talis ep̄la ad curionē:q̄ icipit:nondū erat auditū: Et ep̄la ad brutū icipiens. Quū ſæpe te lr̄is hortatus eſſem: συστατικὴ p quam cōmendamus aliquē:ut admittatur in amicitiam:uel magiſtratū:q̄ ēt dici pōt παραθετικὴ:& ſimul laudes miſcemus:& ignotos in cogitionē pducimus: huiuſmōi eſt ep̄la:q̄ aulū Treboniū lentulo:& qua naſceniū .M. Bruto cōmen/

Epiſtola un/ de dicitur.

Litteras cur Latini dicūt epiſtolas.

Ep̄lare offi/ cium.

Epiſtolarum genera.

Ep̄larum for mæ ſecundū græcos.

Ep̄larum ge/ nera i epi. Ci.

dat.ευχαριςικη:p quã nos oñdimus alicui gratos eẽ ex bñficio qđ accepimus: & gr̃as agimus:ut illæ lr̃æ:q̃s lẽtulo ſcribit:φιλικη:p quã tantũmõ ſolã amicitiam ondimus:& affectũ amoris:uelut ẽ ep̃la ad luccium.oĩs amor tuus:dr̃ aũt φιλικη:qa amicus ad amicũ ſcribit.Scribũtur. n.ep̃læ a magiſtratibus ad homines inferioris cõditiõis:uł a militibus ad milites:uł a diuerſis gñibus hoĩum ad diuerſos/q̃bus rñſa mutua nõ fiũt.απαρνητικη: p quã imus ĩficias:& aliq̃d denegam⁹:eiuſmodi ẽ ep̃la ad.Q .Metellũ.απειλητικη:p quã miamur alicui ex aliq̃ re:ſicut.Q .metellus Ci.miatur ſcribẽs:exiſtimarã ꝑ mutuo iter nos aĩo &c.παραγγελματικη:p quã ꝑcipim⁹aliq̃d alicui de re cõmoda:q̃liter tyroni Ci.de nauigatiõe/& ualitudis cura.μεταμελιτικη:p quã uidemur pniam cape ĩ reb⁹/q̃s ꝓmiſim⁹:uel fecim⁹:& ĩ q̃b⁹ uiſi ſum⁹ aberraſſe:ut Ci.ad octauiũ:Si p tuas legiões &c.ονειδιςικη/p quã exprobramus aliq̃d alicui/ q̃uo a nobis adiut⁹/ſed ĩgrat⁹ eſt/& ĩmẽor bñficii accepti:Q ualis ẽ ep̃la ꝑs ad octauiũ.συμπαθητικη/p quã uidemur uicẽ alicuius dolere:q aliquo malo/uel retriſti ꝑmitur & ãgitur:ut Ci.ad Seruiũ Sulpitiũ:uehemẽter te eſſe ſollicitũ.Et ad Brutũ:Fũgerer offõ.θεραπευτικη:p quã uidemur mederi alicui/& ſatiſfacere.cui moleſtiã exhibuim⁹ hæc eadẽ. απολογιτικη/uocatur ſicut Ci.matio.&.Q .fr̃i.Stati⁹ad me uẽit.Et Attico ĩ pria ep̃la.συγχαρητικη/p quã gratulamur alicui cui res feliciter ſucceſſerint.Ci.ad Curonẽ:ſera gratulatio reprẽdi nõ ſolet.παραλογιςικη/p quã captioſe fallim⁹ aliquẽ/uel tã q̃ decipiẽtes/uel tanq̃ humilẽ uere cõtẽnẽtes.talis ep̃la Ci.cur.n.tibi hoc nõ gratificer.αντεγκληματικη: p quã regerim⁹ crimẽ/q̃đ nobis obiectũ ẽ in aliquẽ.Tale ẽ principiũ illi⁹ ep̃læ Ci.Q uãq̃ me noĩe negligẽtiæ.αντεπιςαλτικη/p quã ad ea/q̃ ſcripta nobis ſũt ordĩe reſcribimus:q̃đ facit Ci.ad appiũ in ea ep̃la:q̃ ĩcipit.Dũ eſſem ĩ caſtris.παροξυντικη/p quã aliquẽ ĩcitamus: ut cũ quodã cõtẽdat:ut Brutũ ĩcitat ĩ ea ep̃la/cui⁹ principiũ: Breues tuæ.παραμυθητικη/p quã cõſolamur eos/q afflictantur aliquo incõmodo/uel dolore.Seru.⁹ Sulpiti⁹.Poſtq̃ mihi renũciatũ ẽ. υβριςικη/p quã uitupam⁹ aliquẽ ex aliquo caſu:ut facit ad Atticũ ĩ ep̃la ĩcohante:Auere te:απαλλελτικη/p quã renũciam⁹ aliq̃d de negociis/q̃ accidũt:Q ualis ẽ ep̃la Ci.ad Lentulũ.Ego oĩ offõ:σχετλιαςικη/p quã uidemur moleſte ferre/& lamẽtari uel ꝑꝑ negociũ/q̃đ male ſuccedat/uel ꝑꝑ triſticiã:ut Ci.ſcribẽs Attico ĩ ep̃la/q̃ ĩcipit:Q uãtũ dolorẽ accepꝑi.πρεσβητικη/p quã nũciũ mittim⁹ ad aliquẽ de aliquo/qui ꝓꝑrie peccauit:ut cõſtat paſſim ex ep̃lis Tullianis tã ad Atticũ/q̃ ad alios ſcriptis.επαινετικη/p quã laudamus aliquẽ/q in uirtute pſeuerat honeſte uiuẽdo:ut Ci.ĩ ea ep̃la/q̃ ĩcipit:ſi ipa res.p.Phaniũ libertũ Apii laudat.διδακτικη/p quã docemus aliquẽ pſcribẽtes illi uiuẽdi normã quã ſeq̃tur uel ut q̃đ nõ bñ didicerit:dediſcat:hui⁹ gñis ẽ ep̃la pria ad.Q .fr̃em primi libri:Pria quoq; ſecũdi.ελεγκτικη/p quã reprehẽdimus aliquẽ qui male aliq̃d faciat:uł dicat Ci.ad Curiũ:q̃d tu me hoc tibi mãdaſſe exiſtimas? διαβλητικη/p quã crimi-

Ep̃larũ genera ſiue ſpẽs ſecũdũ græcos.

mamur aliquē/uituperātes cū in his/q̄ nec fecit/nec dixit:ut Ci. Statiū in epi. ad Q. fratrē ſecūda. ἐπιτιμητικη: p quā increpamus aliquē:qū nec i uita/nec in ſermone grauitate aliq̄ utitur:ſed in uenuſtus i oībus eſt:Et qū obiurgamus de q̄cūqꝫ alia re:ut Ci. Attico in epl'a: Vereor ne de Pōpeii leuitate:& cōciōe:& bruto in illius epl'æ initio:Breues tuæ literæ. ἐρωτηματικη: p quam interrogamus aliquē de aliquo/quod ignoramus:Quod Cicero/& atticus iter ſe faciunt ſæpi⁹. παραθαρυγωτικη: p quā audaciā alicui iniicim⁹:& cū a timiditate liberamus:& uirilē & fortē facimus:ut. M. & detio brutis/& aliis Cice. ad defendēdā. R. P. iſlāmās eoꝝ aīos. αγαθετικη: p quā nr̄am ſn̄iam abducim⁹ ad aliquē amicū/uel gr̄a conſilii/uel auxilii:ut Ci. brutis. αποφαγτικὴ: p quā demōſtram⁹:& enūciamus aliqd cōtra aliquē/uel ab aliquo:ut ad. Q. frēm facit Tullius in epl'a q̄ icipit:Seſtius noſter:Et q̄:Epl'am quā legiſti: σκωπτικη: p quā i aliquē ſalib⁹ utimur:ut in pctū Ci. αἰνιγματικη: i q̄ alia q̄dē dr̄:ſed alioꝝ ſignificationē cōtinet:ut ſæpe ad atticū Ci. facit ὑπομνηστικη: per quā reuocam⁹ i mēoriā alicui⁹ aliqd̄ neceſſariū:ut ſæpiſſime ſolet Tulli⁹ ad Atticū & Q. frēm. & M. brutū. λύπητικη: p quā ſignificam⁹:ꝙ triſtes ſum⁹ gr̄a alicui⁹ rei Ci. ad celiū. Sollicitus eqdē erā de reb⁹ urbāis. μικτη: q̄ ex diuerſis materiis/& caracterib⁹ cōſtat:cuiuſmodi ē epl'a lōgiſſima ad Lētulū. Et breuis illa ad. Q. fratrē:epl'am hāc cōuitio. -ἐκτικη ē p quā & moꝝ malignitatē/& actionis difficultatē cōtra aliquē enūciam⁹:ut Deci⁹ brut⁹ de Anto. i epi. ad. M. Brutū/& caſſiū: σύμβουλευτικη: p quā ꝑpriā ſn̄iam ꝑferim⁹:& ad hortamur ad aliqd̄:uel diſſuadem⁹. Ci. ad. M. marcellū. Et ſi eo te adhuc cōſilio uſū itelligo. αξιωματικη: p quā rogam⁹:& cauſis/& ſupplicatiōib⁹ utimur:& excuſam⁹:& dep̄camur:ut Tulli⁹ luceiū rogat i epl'a icipiēte:corā me. Tecū. αλληγορικη: p quā ad aliquē ſcribimus aliqd:qd̄ ſoli cognitū ſit: & alterius negocii imaginē ſignificamus:ut facit Tullius ad atticū in epl'a:q̄ icipit dederā q̄dē Aufeio literas. αιτιολογικη: p quā cāſ ſignificam⁹:qb⁹ aliqd nō ſit factū: uel nō fiet:ut ē i epl'a ad. Q. Ci. cui⁹ initiū ē. Mi fr̄:Et i epi. ad Brutū: Meſſalā hēs:itē:Quāta ſū lætitia. κατηγορικη: p quā accuſam⁹:qd̄ q̄dā fcā ſint p̄ter q̄ oportebat:Qd̄ facit Ci. i epl'a ad Brutū:q̄ ſic icipit:Et ſi datur⁹ erā. απολογητικη: p quā aduerſus accuſatorē nos iſontes eē oñdimus ſinceara orone & demōſtratiōe:Ei⁹ gn̄is ē. M. T. epl'a p̄dicta ad Brutū:Et ad. Q. Ci. ſtati⁹ ad me & epl'a ad Matium:Opus ē eū/q diligēter ſcribere epl'as uelit:ſimplicē & pſpicuā materiā ꝑponere:Et neqꝫ reſecare neqꝫ ꝑducere/ſupra quā oporteat:Et exornare optīa elocutiōe/nō dictiōib⁹ turgidis/& aſperis:ſed attico more loq: & modice. Perſpicuitas ornet lr̄as:& gr̄a dictionū florida. Oīno pitos ſagittarios imitari debet:Nec excedere ſignū:nec deficere a ſigno:Vtēdū ē & hiſtoriis:Et aliq̄ fabellæ adducēdæ. Aliqd ex monumētis ātiquoꝝ excerpēdū. Sempqꝫ illd̄ Apolonii ad ſcopelianū añ oculos ponēdū:gn̄a oronis qnqꝫ eē pbīn:hiſtoricū: oratoriū/epiſtolicū/& cōmētatoriū. Et Demetrii phaleræi ſn̄ia:In tenui humi-

Scribēti epi. quæ ſeruāda.

Hiſtoriis & fabulis utendum in epi.

Genera orationis qnqꝫ.

Epiſtola i ternai dicēdi genere uerſatur.

liq; dicēdi gñe epl'am uerſari: cui⁹ dicēdi modus/ & ſtilus gracilis eē debet: Artemó/q Ariſto. epl'as collegit: & expoſuit: dixit & epl'as/ & dialogos eodem mō ſcribi oportere: & epl'am eē ceu alterā dialogi partē: nō tñ totā. Nā imitatio ꝓpriā ē dialogi. Nō inquint alii/ qđ oportuit/ uſquequaq; cōplexus ē: Nō. n. epl'a cōtinet/ quot & q̄ta dialogus/ q imitatur ex tpalē/ impmeditatāq; orōnē: tenueſq; habet ſolutōes/ q̄ abditū qddā ſunt: atq; ĩcirco epl'æ minime cōueniūt: Quæ ſcribitur: ut quodā mō dono mittatur: & plurimū (ut ſic dicā) moralitatis/ q̄ & dialogo pariter cōuenit/ habere debet. Nā q ſcribit epl'am/ eā q̄ſi animi ſui imaginē mittit. Ex oīb⁹ ſermonib⁹ (ut Demetrius ait/ Dionyſiuſq; halycarnaſæ⁹) eſt/ ſcribētis mores ĩtueri. At ex nullo tā pſpicue/ quā ex epl'a: cui imitatio/ & q̄ſi figuræ cuiuſdā expſſio nō ē tā familiaris/ ac ꝓpria. ut ĩ cōcertatiōe eē ſolet: ut Platōis illud: unus/ duo/ tres. Vbi nā q̄rtus o care Timœe: ut illa: Quid cōtraxiſti frontē huiuſmōi nāq; locutio atq; imitatio potius cōuenit hiſtriōi q̄ ſcribēti epl'am. Quæ breuis eē debet. Nā q̄ nimis lōgæ ſūt: Et p elocutionē tūidiores: niſi materia exigat nō ꝓfecto epl'æ ſūt: ſed opa hñtia ĩſcriptionē hāc χαιρειν: Quēadmodū Platōis/ & Thucydidis multa. Solutior epl'e cōpoſitio eē debet uñ Fabius: Eſt igr̃ añ oia orō alia iūcta/ atq; cōtexta: Soluta alia: q̄lis ĩ ſermōe/ & epl'is: niſi qū aliqd ſupra naturā ſuā tractāt: ut de p̄hia/ de. R. P. ſi'libus. Quđ nō eo dico: qa nō illud quoq; ſolutū hēat ſuos quoſdam/ & forſan difficiliores quoſdā pedes: Neq;. n. aut hiare ſemp uocalib⁹: aut deſtitui tēporib⁹ uolūt ſermo/ & epl'a. Sed nō fluūt: nec cohærēt: nec uerba de uerbis trahūt: ut poti⁹ laxiora ĩ his uīcula/ q̄ nulla ſint. Eſt aūt ridiculū periodis uti/ tanq̄ ſcribatur iudicialis cōcio: & nō. epl'a: ĩ q̄ illud obſeruādū: qđ in ꝓuerbio græco dr̃: Τα συκα. συκα. habēt nō tñmō eloqutionē ꝓpriā: Sed res q̄ſdā peculiares: ut Ariſtoteles notauit. Qui nō inqt hoc ad te ſcribo: qm̃ epl'icū nō ē. Nā ſi qs in epl'a ſophiſmata/ phyſiologiaſq;/ q̄ ab epl'a aliēa ſūt: ſi qs rerū naturā/ mathēaticūue aliqđ ſcribat: Is qđē ſcribit nō utiq; epl'am; q̄ modeſta. ac prudēs eē debet: uenuſtate decorata legētib⁹ obuia/ & grata feſtiuitatis plēa: de negocio ſimplici/ ſimplicibuſq; noīb⁹ cōſtās/ ſimplicē habet narrationē. Prouerbia ſint in ea crebra. Quibus accepta cōgruaq; de q̄ agitur materia ita ſapiēter ſcribi opinantur: Quđ ĩ epl'is utcūq; uerſu cuſtodit Horati⁹: qđ epl'a ſicut ꝓuerbiū/ qddā cōe/ ac uulgare ſit: Qui ſñias ſcribit/ & adhortatiōes nō ſimilis uī narrāti p epl'am ſed p cōſiliū. Qui decore ſñiaꝝ epl'am cupit ĩplere: nō iā (inqt Demetrius) loquētis ſi'itudinē gerit: ſed ſtruētis aliqd. Et Dionyſi⁹ ſñias nō ptinere ad epl'as clamat. Quare Senecā oli ĩſectati ſūt ut ſupra tetigi: Nec hodie ĩceſſere deſinūt eruditoꝝ plurimi: qđ diſputatiōes ꝑ epl'is ſcripſerit. Ariſtoteles & demōſtrationibus/ q̄ ꝓprię ſūt epl'aꝝ/ utitur: ut qū nititur oñdere: qđ æque magnis ciuitatibus/ & puis bñfaciēdū ſit. Dei inqt ĩ utriſq; æq̄les ſūt Ergo bñfacerẽ oportet qū gr̃æ deæ in his æq̄les tibi ſint. Epl'æ/ q̄ plerūq; ad ciuitates/ & reges ſcribuntur paululū elatæ ſint/ Et aliquāto cōptiores/ ac grauiores. Cōſiderāda. n. pſona/ cui

Epiſtola eſt dialogi pars.

Solutiones epiſtolæ non conueniunt.

Moralitas cōuenit epiſtolæ & dialogo.

Mores maxime ex epiſtola intuemur.

Epiſtolæ cōpoſitio ſolutior eē debet.

Periodis uti in epi. ridiculum eſt.

Epiſtolæ materia.

Epiſtola q̄lis eſſe debeat.

Prouerbia crebra in epi.

Seneca dānatur ꝙ diſpu/tationes pro ep. ſcripſerit.

Epiſtolæ ad ciuitates & reges ſcriptæ elatiores & cōptiores eē debent.

ſcribitur:Q uæ ꝑfecto elata ē Scribētes epl'am:meminerimus nos epl'am ſcribere:Ne ſit uolumē loco epl'æ:Q ueadmodū Ariſt.ad Alexādrū.& ad Dionis familiares epl'a Platōis.Nā Ci.epl'æ breues:& breuiſſimæ ſūt ꝑter paucas:quæ (ut dicā qđ ſentio:dicā aūt qđ de ciꝰ orōnibꝫ ſenſit Cæcilius) optiæ ſunt:utq; aliæ bonæ res:& bonus liber q̄ſq;:meliores:quo maiores ꝑ materiæ rōne.Idē auctor Cor.Minitiano hūc ī modū ſcribit.Q uid.n.mihi cū tā lōga epl'a? Nolite ergo idētidē q̄rere:qđ romæ geratur.Et tñ memētote ēt nō eē epl'am lōgā q̄ tot dies:tot cognitiōes:tot deniq; reos:cāſq; cōplexa ſit.Q uibus uerbis inuit epl'as lōgas fieri poſſe de multis:magniſq; rebꝰ:q̄ tñ lōgæ:qū tot & tāta cōtineāt:non ſint cēſendæ.Idē Apolinari:Vitaſſem iā dudū:ne uiderer argutior:niſi ꝑpoſuiſſem oēs angulos tecū epl'a circuire.Neq; eñi uerebar:ne laborioſum eſſet tibi legēti:qđ abñti nō fuiſſe:ꝑſertī qū iterq̄ſcere:ſi liberet:depoſitaq; epl'a q̄ſi reſidere ſæpius poſſes.Præterea idulſi amori meo.Amo.n.q̄ maxima ex pte ipſe incohaui:aut īcohata ꝑcolui.In ſūma cur nō aperiā tibi uel iudiciū:uel errorē? Primū ego officiū ſcriptoris exiſtimo:ut titulū ſuū legat:& idētidē iterroget ſe qđ cœperit ſcribere:ſciatq; ſi materiæ īmoratur:nō eē lōgū:lōgiſſimū:ſi aliqđ accerſit:atq; attrahit.Vides quot uerſibus Homerus:Virgilius:arma:hic æneæ:Achilis ille deſcribat.Breuis tñ uterq; ē:qa facit:qđ iſtituit.Vides ut Aratus minutiſſima ēt ſidera cōſectetur:& colligat:modū tñ ſeruat.Non.n.excurſus hic eius:ſed opus ipſū ē.Silr nos(ut pua magnis)qū totā uillā oculis tuis ſubiicere cōnamur:ſi nihil iductū:& q̄ſi deuiū loq̄mur:nō epl'a:q̄ deſcribit:ſed uilla:q̄ deſcribitur:magna eſt.Damaſus Hiero.Accigere igr:& mihi:q̄ ſubiecta ſūt diſſere:Seruās utrūq; moderamē:ut nec ꝑpoſitā ſolutionē deſideret:nec epl'a breuitatē.Fateor q̄ppe tibi eos:quos mihi iā pridē Lactātii dederas libros:iō nō libēter lego:q̄a & plurimæ epl'æ in eis uſq; ad mille ſpatia uerſuū tēdūtur:Et raro de nr̄o dogmate diſputāt.Q uo fit:ut & legēti faſtidiū generet longitudo. Hieronymus ad eundē:certe expecto qđ placeat:utrū ne epl'ari breuitate ſnīas tibi uellis digeri:aut ſingulo℞ libros cōſici:Auguſtinus ad eūdē Hieronymū:Q đ ſane ſcripſerā nullū me librū aduerſus te Romā miſiſſe:ideo ſcripſerā:quia & libri nomē ab ipſa epl'a diſcernebā:Non tñ eſt nimia breuitas amanda:licet ea nimis delectatꝰ ſit Libanius:& Lucianus i epl'is ſuis:qua℞ Phalaris auctor uulgo creditur:& ꝑ materiæ rōne dilatāda eſt oratio.Volo inquit Plinius minor epl'am diligētius ſcribas.Nā ſæpe in orōne quoq; nō hiſtorico mō:ſed ꝑpe poetica:deſcriptiōe neceſſitas incidit:Et preſſus ſermo puruſq; ex epiſtolis petitur. Stilus quoq; pro pſonā℞ rōne efferēdus:aut deprimēdus eſt:Et qū oportuerit:inter utrunq; tēperandus.Et quāuis aliqui negligentiam pro cultu in epiſtolis aſſerāt:tñ qū pro mūere mittātur:diligētia magis ꝑbāda:ut Plinio placuit:utq; Dionyſius iubet:concinitas adhibenda:quæ ab Artemone amouetur.Demum qum epiſtola ambitione carere debeat:nec ſcribentis īdolē oſtentare ſemꝑ nō agere affectat:q:ſi non eſt(ut dictum eſt)dialogus:tametſi apud Ciceronem:&

Epiſtola non eſt lōga:ſi cōtinet res multas & magnas.

Lōgiſſimum nō eſt:qđ immoratur:ſed accerſitur.

Virgilius & Homerꝰ breuis in longo poemate.

Aratꝰ ſeruat modum.

Epl'a q̄ magna ſcribit nō ē magna.

Libri nomen diſcernitur ab epiſtola.

Epiſtolæ ſūt Luciani quæ phalaridis dicuntur.

Diligentia in epi.ꝑbanda.

Nō agit epiſtolā qū ambitione carere debeat.

Epiſtola ſine circulo.

Narratio tenet totũ epiſtolæ corp⁹.

Partes orationis in epi.

Epiſtola q̃lis eẽ debeat ſecundum.Ci.

Stilus epiſtolæ gracil' gratioſo iũctus.

Stili epiſtolares tres.

Aridus ſtilus fit in tribus.

Gratioſus ſtilus in tribus inuenitur.

Ridiculum quo mõ fit.

In epiſtol'. cui datur palma.

Demoſthenis epiſtolæ.

Cicero defẽditur a ſidonii calũnia.

Ciceronis epiſtolæ:

alios interdũ agat ea(puto)rõne:quod dialogo ſit affinis:Eſt ſine circulo:quod haud Philoſtrato diſplicet.Narratio tenet totũ fere corp⁹ epiſtolæ:Reqrit tñ ĩterdũ oratiõis ptes/diuiſionẽ/cõfirmationẽ cõfutationẽ:uti & exordiũ/& concluſionẽ.Sed has frequẽtius:illas rarius.Et oẽ artificiũ rhetoricũ ſeruat ad excitãdos affectus.Cicero ad Petũ in ea ep̃la:quæ icipit.A in tãdẽ:q̃lis debeat eſſe ep̃la paucis explicat.ſic inqt.Verũtñ qd tibi ego in ep̃lis eẽ uideor?Nõne plebeio ſermõe agitur tecũ?Nec.n.ſemp eodẽ mõ. Q uid.n.ſimile habet ep̃la/aut iudicio/aut cõcioni?Q uin ipſa iudicia nõ ſolemus tractare uno mõ.Priuatas cãs/& eas tenues agimus ſubtilius:capitis/aut famæ.ſ.ornatius. Ep̃las uero cotidianis uerbis texere ſolemus:& cætera.Idẽ ad atticũ li.i.tris eius ep̃las accepiſſe ſcribit:Q uæ inqt fuerũt oẽs rheto℞:Pure loquuntur:cũ humanitatis ſparſæ ſale:tũ iſignes amoris notis.Stilus ep̃læ gracilis eſt/iunctus cũ gratioſo.Si Demetrio/& Dionyſio credimus:Q ui opinati ſunt duplici genere dicẽdi miſcendã ep̃lam gratioſo/& tenui.Sunt tñ ſicut in orõne oratoria tria ſtili genera ſiue characteres/ſiue figuræ ĩ ep̃la:ſed lõge oratoriis illis iferiores. Infimus qdẽ oratoris ſtilus epiſtolari muneri ſũmus eſt:Nec oẽ genus ep̃la℞ unũ/& eundẽ ſtilũ habet:ut qdã arbitrãtur.Igitur gracili ſtilo ꝓximus eſt ſtilus uitioſus/qui aridus appellatur.Fit in tribus rebus.In ſentẽtiis:ut q de Xerxe inqt. Deſcendit Xerxes cũ oĩbus ſuis debuit.n. dicere cũ tota Aſia:nã qũ dixerit cũ oĩbus ſuis ualde rẽ diminuit.Fit ẽt aridus in dictiõe:qũ res magnæ nominibus puis enũciantur/ut ille q de phalaride tyrãno dixit/Q uæ.n.phalaris pturbauit agrigẽtinis/nõ is expſſit tyrãni crudelitatem quæ magis noĩbus explicãda erat.Eſt ẽt aridus in cõpoſitiõe:qũ inciſa denſa ſunt ut ẽ in aphoriſmis:Vita breuis:ars lõga/tps acutũ experiẽtia dubia.Gratioſus ẽt in tot locis iuenitur. In rebus.ex ꝓuerbio:ex fabula ex ſimilitudine/& hypbolei dictiõibus qũ noĩbus pulchris aliquid exprimitur:ut γηπολυςέφανοσ terra multũ coronata:ſit etiam ridiculũ quod ꝓfertur noĩbus uilibus/& uulgaribus:qd̃ deſtruitur ornatu elocutiõis:nã q ridicula graphice deſcribit:ſimilis eſt cuipiã ſimiã ornanti. ¶Cui detur palma in ep̃lis in q̃ſtione poſitũ a ſidonio uideo. Q ui de. M.Tullio ſilere ĩ ſtilo ep̃lari meli⁹ putat.Sed ille quãuis nõ idoctus/malus tñ ſcriptor/& ueræ eloqntiæ corruptor/uelut cæcus de coloribus iudicauit.Audiat Fabium in .x.de Demoſthene (de quo ĩ bruto.hæc habẽtur:Cuius ex ep̃ſ s intelligi licet: q̃ frequens fuerit Platonis auditor(deq; Cicerone loquentem. In epiſtolis quidem:q̃q̃ ſint utriuſq;:nulla cõtentio eſt:Cædendum uero in hoc:q. & ille prior fuit:& ex magna parte Ciceronem:quantus eſt/ fecit. Plutarchus:In domeſtico autem illo/familiariq; ſcribendi genere/epiſtolas pene innumerabiles ſumma cum elegantia ſcriptas reliquit:Hieronymus ad Marcellam : Rem grandem celerius dicto/q̃ debeo: licet de ſcripturis ſanctis diſputanti non tam neceſſaria ſint uerba q̃ ſenſus.q. ſi eloquentiam quærimus : Demoſthenes eligendus / aut Tullius eſt. Merito Franci. Petrarcha uir doctiſſimus : Et qui

prim⁹ eloquẽtiæ iter Italis tum barbaris iã factis ex latinis utcũq; apuit:taxat ſidonii temeritatẽ:Q ui auſus ẽ alio orbe alio ſæculo natus aluernus orator:nõ latio ſe fingeſ fratrẽ(ut ait ille:Q uod ipſum ſatis erat audaciæ)ſed æmulũ:Et (qđ ẽ grauius)Irriſorẽ Cicerõis:atq; illi detrahere:Q uẽ oẽs ĩdubitatũ eloq̃n tiæ principẽ putãt:eiuſq; ſtilũ dicẽdi oĩno:& ſcribẽdi genus ridere:q extra ĩge nii aleã poſitus ẽ.Et adducit Barbarus hõ neſcio quos titianos: & frõtonianos ſuæ irriſiõis auctores:Q uibus ego(inqt ille)ſimulq; oĩbus idẽ ſentiẽtibus una uoce rñdeo hoc ſolũ:Sicut eqdẽ uerꝫ ẽ illud Senecæ:qm̃ qcqd habet Romana facũdia:Q uod ĩſolẽti græciæ aut opponat:aut præferat;circa Ciceronẽ efflo ruit:Verũq; illud Q uintiliani:ubi iter multa:& glĩoſa pconia uiri hui⁹:dono quodã ꝓuidentiæ genitũ dicit:ĩ quo totas uirtutes ſuas eloq̃ntia expiretur:Et poſt multa:qbus hoc ꝓbat:q̃re inqt nõ ĩmerito ab oĩb⁹ ætatis ſuæ regnare ĩ iu diciis dictus ẽ:Apud poſteros uero id cõſecutus:ut Cicero iã nõ hoĩs nomẽ:ſed eloq̃ntiæ habeatur hũc igitur ſpectemus:hoc ꝓpoſitũ nobis exẽplum ſit.Ille ſe ꝓfeciſſe ſciat:cui Cicero ualde placebit:Sicut hæc inq̃ uera ſũt:ſic illud quoq; ueriſſimũ:Q uibus diſpliceat Cicerõis orõ:uel nõ noſſe uerã pfectãq; facũdiã: uel odiſſe.Atq;(ut ſemel dicã qđ ueriſſime ſentio).M.Tullius ut ĩ oĩ eloq̃ntiæ genere:ita ĩ epl'ari ſtilo ſine dubio pricipatũ obtinet & uerboꝝ:& rerũ rõe:quã uis a Seneca Ciceronẽ carpi ſciã:Q uod in ſuis epl'is de familiaribus negociis multa repoſuerit:Et iniuria:nãq; & qũ ſcribebãtur:neceſſaria erãt. Et nũc co gnitu ſunt nõ ĩdigna.Petrarcha:Multa quoq; inqt de familiarib⁹ curis tũc for te dũ ſcriberẽtur cognitu nõ ĩdigna:nũc quãuis cupido lectori grauia detraxi: Memor ĩ hoc irriſũ a Seneca Ciceronẽ:Q uãq̃ in his epl'is magna ex pte Cice ronis potius:q̃ Senecæ morẽ ſequar.Seneca.n.quicquid moralitatis ĩ omnibus fere libris ſuis erat in epiſtolas congeſſit.Cicero autem philoſophica in libris agit:familiaria:& res nouas:ac uarios illius ſæculi rumores in epl'is ĩcludit:De qbus qd Seneca ſentiat:ipſe uiderit.Mihi(fateor)pamœna lectio eſt.Relaxat .n.ab ĩtentiõe illa rerũ difficiliũ:quæ ppetua qdẽ frãgit animũ intermiſſa dele ctat.Poſt Ciceronẽ primũ optinet locũ oĩum iudicio Plini⁹ Cecili⁹:ſiue minor: ut dicatur:mauis:quẽ nepotis cognomie uulgo diſtingui iã cæptũ:ĩmo & rece ptũ uideo:Poſt quẽ lõgo ĩteruallo ſeqũtur alii:q̃uis pauci.Ex qbus Seneca an neus dãnatur uel Fabii:& Gellii iudicio:Et Hier.laudatur a nobis.Tulliana.n. eloq̃ntia in eius epl'is nĩc deſideratur:his dũtaxat exceptis quæ hebraicis trãſla tiõibus:ſiue auctoritatibus refertæ:quæq; falſo aut dubio titulo eidẽ aſcriptæ ſunt.Q ui ſcire auẽt:an ſtatus:ſiue cõſtitutiões in epl'is:ut ĩ orõnibus repiri poſ ſunt:Debẽt in primis dicere:in quo generẽ cãæ uerſetur epl'a.Ego.n.uix ſatis di cere poſſem:nec ſcio:ſi poſſem:an dicere auderẽ:demõſtratiuũ genus eẽ in hac Cicerõis epl'a:in iſta deliberatiuum:in illa iudiciale.Et iccirco incertum quoq; ſtatũ autumo:nec a quoq̃ q̃uis perito oratoriæ artis ſatis poſſe cõſiderari:Nam (ut Ci.Fabi⁹:rhetores cũcti docẽt)prius genus cãæ:deide cõſtitutionẽ iuenire

Sidonium re darguit Pe trarcha Cice. defendens.

Q uibus di ſplicet Cice ro uel igno rant uerã fa cundiam uel oderunt:

Defenditur Cice.quẽ car pit Seneca: q familiaria multa in epi. repoſuerit.

Seneca dam natur in epi. a Petrarcha q moralita tis quicquid congeſſerit.

Plini⁹ nepos in epiſ.habet poſt Cice.pri mum locum.

Senecæ elo quẽtia dãna tur a Fabio & Au.G.

Status an ſit in epiſtolis.

debemus.Cōſtitutio.n.ad cām:nō cā ad cōſtitutionem refertur:unde pars cau-
ſæ cōſtitutio eſt oīs auctore.M.Tullio.In cuius expoſitiōe Victorinus ait:Pro
poſito themate qd primū inuenias/genus:an cōſtitutionē/utiq; primū neceſſe
eſt agnoſcas:utrū deliberatiua:an demōſtratiua cōtrouerſia ſit.Tūc deinde q̄ ſit

> Ti. ep̄larū.

cōſtitutio.¶De titulo ep̄larū nihil oīno dicēdū eē duco:qū & elemētarii īfan-
tes ſciāt:apud Ci.& elegātiſſimū quemq; latinoꝝ ſic hri:Marinus Becichemus

> Salutē dicit G.V.M.B.

Gaſpari uiduæ ſalutē.Salutē.n.pro eo quod ē bn̄facere apud græcos latini di
cūt.poſſes & hoc mō dicere:Gaſpari uiduæ Marinus Becichemus:tāetſi qdam
ſupſtitioſe cōtendāt:& nimis illoꝝ nomē ad quos litteræ ſcribūtur nūq̄ nomi
ni ſcribētis p̄ponēdū.Alexādrū magnū ſalutē nemini in ep̄l'is dixiſſe niſi pho

> Alexander q bus ſalutem dixit in epi. Cæſar primꝰ mutua amicorū colloqa excogitauit.

cioni & Antipatro ſcribit Plutarchus:Qui ēt auctor eſt:Cæſarē primū mutua
amicoꝝ p epiſtolas colloqa excogitaſſe:qū ob negocioꝝ multitudinē & urbis
magnitudinē uiuos urgētiū cārū affatus haud tp̄s expectaret.Lr̄arū principiū
quo utebātur Romani ex Ciceronis ep̄l'is cōſtat.Dion ī Adriani uita:Nō fuit
inqt icruenta uictoria Romanis.Siqdē multi coꝝ occubuere.Quare Adrianꝰ
ad ſenatū ſcribēs eo minime uſus ē principio/quo cæteri impatores conſueue
rāt.Ad hūc.ſ.modū.Si uos & filii ur̄i ualent:bn̄ hēt.Ego & exercitus ualemus.
Seneca in.i.ep̄l'arum:Mos antiquis fuit uſq; ad meā ſeruatus ætatem : primis
epiſtolæ uerbis adiicere.Si uales:Bene eſt:Ego ualeo.Vide hac de re & Pliniū
minorē:&.A.G.& Diogenem:& Suetonium:& alios paſſim:Itemq; de uerbo
uale:Quo epiſtolas claudebant.Naſo: accipe quo ſemper finitur epiſtola uer-
bo:Atq;meis diſcēt ut tua fcā:uale.Grāmatici pleriq; aiūt:Vale eē ſalutationē
recedētis:Salue:& aue uenietis.At idē ille Diō ait:Iudiceſq; ſalutauit:nō dicēs
Aue:q̄ matutina erat ſalutatio.Sed ueſpertino uſus uerbo:ſaluete inqt. Fabiꝰ
Quin hæc ſcribit:Multū.n.litteratus:q ſine aſpiratiōe & pducta ſcda ſyllaba
ſalutauit Auete.Qui locus male ītellectus eē uidetur.Placuit.n.antiqs aſpira-
re haue:ut differret a ſexto caſu auis nois.Eſt Epigramma Salerni:Flauia cale
mera dulciſſima haue:ubi aſpirationē hēt haue.Eſt & in oppidi Scodrēſis Sa
ti reliquiis:Haue uir:nō uir:ſed aries cum pellice ueternoſa.Agna uxor faſtidi
ta. Irridet Fabiꝰ illos q iccirco Auete ſine aſpiratione & pducta ſcda ſyllaba
dicebāt:qm̄ ab aueo eē exiſtimabāt:qū potiꝰ haue ſit uerbū defectiuū:ſicut ſal
ue.Licet Cicero ad Atticū dixerit:ſaluebis a meo Cicerone:Et Plau.ī truculēto
nō ſalueo.Idē Ci.In calce cuiuſdam ep̄l'æ:uale mi Tyro:uale & ſalue.Cur Mor
tuis uale:& ſalue diceretur Varro:& ex Varrone Seruius ſcriptū reliquerūt.
¶De generibus narrationum:de tempore.& modo narrandi:confutatis quo-
rundam pertinacium opinionibus:Deq; narrationibus quarūdam orationum
Cice.Ex epiſtola ad Lucam tertium Brix. Cap.xiii.

> Narrationū tria genera ſecundū Cice.

QVot ſint genera narrationū:an ſemper ſit narrādum:Et ſi narrādū:
quo modo bene p cauſæ genere ſit narrādū breuiter dicā.Ci.in rhe.
tria genera ponit:unū in quo ipſa cauſa:& oīs ratio cōtrouerſiæ con

tinetur.Aliud in quo digreſſio aliqua extra cauſam/aut criminationis/aut ſimilitudinis/aut delectationis non alienæ ab eo negocio/de quo agitur:aut amplificationis cã interponitur.Tertiũ remotũ a ciuilibus cauſis:quod delectationis cã non inutili cum exercitatione dicitur/& ſcribitur.Eiuſq; partes duas facit: quarũ altera in negociis:altera uero pſonis maxime uerſatur.Eiusq; quæ in negociorũ expoſitione poſita eſt/tres ptes habere dicit/fabulã/hiſtoriã/argumẽtũ Illam autem narrationem/quæ in perſonis uerſatur/eiuſmodi eſſe : ut in ea ſimul cũ rebus ipſis pſonarũ ſermones & aĩ poſſint perſpici:Multãq; in ea debere ineſſe feſtiuitatẽ cõfectã ex rerũ uarietate/aĩorũ diſſimilitudine/grauitate/ lenitate/ſpe/metu/ſuſpicione/deſiderio/diſſimulatiõe/errore/miſericordia /fortũæ cõmutatione/inſpato incõmodo/ſubita lætitia/iucũdo exitu rerũ.Q uin.lib.ii. Et qa inqt narrationũ excepta/qua in cauſis utimur/tres accepimus ſpẽs/fabulam q̃ uerſatur in tragœdiis/atq; carminibus non a ueritate modo/ſed ẽt a forma ueritatis remotã:argumẽtũ/qđ falſum/ſed uero ſimile comœdiæ fingũt:hiſtoriã in qua eſt geſtæ rei expoſitio &c.Idẽ in.iiii.ait:non ſolã eſſe illã negocii/ de quo apud iudices q̃ritur/expoſitionẽ aliquos uoluiſſe:ſed pſonæ/loci temporis cãrũ.Et quaſdã ẽt narrationes cẽ ptinẽtes ad cãm/ſed ipſius cauſæ narrationes paulopoſt affirmat uel exempli grã/ut in Verrẽ de.L.Domitio:Q ui paſtorem/q; is aprũ/quẽ ipſi muneri obtulerat/exceptum eſſe a ſe uenabulo cõfeſſus eſſet:in crucẽ ſuſtulit:uel excutiendi alicuius extrĩſecus criminis ut p Rabirio poſtumo:Nã ut uẽtũ eſt Alexãdriã iudices &c.Vel augẽdi:ut deſcribitur iter uerris.Fictã interim narrationẽ introducere ſolemus uel ad cõcitãdos iudices: ut pro Roſcio cõtra Chryſogonũ.uel ad ſoluẽdos aliqua urbanitate:ut p Cluentio cõtra fratres cepaſios.Interdũ p digreſſionẽ decoris grã:Q ualis rurſus ĩ Verrẽ de proſerpina.In his.q.locis/mẽ filiã q̃ſiſſe dr.Et reliqua. Victorinꝰ in.i. cõmẽtario multa & ipe nõ cõtẽnẽda adducit de hmõi narratiõibꝰ/q̃ extra cãm ſunt.Aliud inqt genꝰ narratiõis eſt qđ extra cãm ẽ:ſed ad cãm facit:ut ẽ illud. Agonis eſt qdã lilibitana liberta Veneris erycinæ.Hęc narratio extra cãm eſt. Agitur.n.qui magis debeat accuſare:ſed tñ ad cãm facit.Locus eni introducitur:in quo ſe Cecili.iniuriã a Verre paſſum eſſe cõmemorat:qua ſe læſum accuſare debere contendit.Verũ hæc narratio extra cãm quattuor modis fit:aut criminationis cã:aut ſimilitudinis:aut delectationis:aut amplificationis.Criminationis cã fit:ut dio qdam fuit h.leſinus Paſellus mortuus eſt.C.ſacerdote prętore.Similitudinis cã fit : ut eſt illud.Sic iſte multo ſceleratior & nequior:q̃ ille Adrianus:aliquãdo etiam felicior fuit.Digreſſio & hæc uideri põt:ſed non eſt: quia non interponitur narratio:q̃ cauſæ eſt deliberationis.Delectationis cauſa fit non alienæ ab eo negocio quo de agitur:ut ſi prata:ſi nemora : ſi fontes riuoſq; deſcribas:& hãc ipſam deſcriptionẽ ad cãm applices.Amplificationis cã fit:ut ẽ illud de.Eriphila/q; uiſum ornamẽtũ adamauit.Amplificat crimẽ. Verris:qđ:qum illa rẽ uiſam adamauerit Verres:multa etiã non uiſa concupierit.

Narrationis tres ſpẽs ſecũdũ Q uinti.

Narrationes pſonæ / loci / tpis cãrum.

Verrinarũ locus.

Rabirianæ orõnis locus.

Roſciãæ orationis locus.

Cluentianę locus.

Verrinarũ locus.

Verrinarũ locus.

Narratio extra cãm fit q̃tuor modis ſecundũ Victorinum.

Verrinarũ locus.

Eriphila.

Digreſſio.

Ergo ſecundū genus narrationis hoc eſt:quæ digreſſio dicitur:quæ fit aut criminationis:aut ſimilitudinis:aut delectationis:aut amplificationis cā.Tertium genus narrādi eſt quod extra oratorē eſt:hoc eſt:quod ait remotum a ciuilibus cauſis.Eſt aūt poetarū|uel hiſtoriographorū:dat tamē curſim ēt in hanc narrationē præcepta.Hæc inqt narratio remota a ciuilibus cauſis duo membra habet:nā aut pp negocia exponēda ſumitur:qd̄ eſt maxime hiſtoriographoꝝ:aut pp pſonas exprimēdas:qd̄ ē comœdiographoꝝ uel tragœdiographoꝝ. Verſidici uero in utroq; uerſantur.Nā Virgili.æneæ & mores|& facta deſcribit. Ergo hæc narratio extra oratorē in duo diuiditur:in negocia & in pſonas. Verū illa narratio|q̄ in negociis eſt|tres hēt partes|fabulā|hiſtoriā|argumētum.Fabulam dicit eſſe:quæ nihil ueri|nec uериſimile continet:& dat exēplum cuiuſmodi eſt. Angues ingētes alites iuncti iugo.Verū hic quæſtio eſt:qum in definitione generali narrationis dixerit:narratio eſt rerū geſtarū:aut ut geſtarū expoſitio:cur iñ fabulæ definitione:quæ utiq; quoniā & ipſa narratio eſt:generi ſimilis eē debuit:Ait:fabula eſt:in qua nec ueræ|nec ueriſimiles res cōtinentur. Deinde hiſtoria eſt inquit:quæ res ueras cōtinet:ſed a noſtra memoria remotas:& dat exemplum:quod genus Appius indixit Carthaginēſibus bellū.Argumentum eſt ficta res:quæ tamē fieri potuit.Argumētum eſt:quod quidē non eſt factū:ſed fieri potuiſſe creditur:ut in Terētio.Adoleſcētis uita narratur:nam is poſtq̄ excesſit ex ephebis ſoſia.A negociis ergo narratio tres partes hēt:Fabulā:hiſtoriam:argumētum.Fabula nihil ueri:nec ueriſimile cōtinet:hiſtoria geſta pteritorum:argumētum nō uerū:ſed ueriſimile.Illa aūt narratio|quæ uerſatur in perſonis exprimēdis|talis eē inquit debet:ut in narratione rerū uim pſonæ agētis & aīos oſtēdat:& dat exēplū de Terentio:ubi demeæ & mitionis ſenum pſona morū cōtrario ſecernitur. Venit ad me ſæpe clamitans qd agis mitio?cur perdis adoleſcētē nobis:& reliqua.In his oībus|& rigor|& auſteritas pſonæ obiurgantis oſtēditur. Verū:ne nos pturbet:q; & in illa narratione|q̄ in negociis eſt|ſæpe ēt pſona deſcribitur:Nā deſcribitur Catilina:deſcribitur Sertorius|& reliqui.Et illa rurſus narratione|q̄ de pſonis eſt|geſta ēt narrātur:Non inquā nos pturbēt:quia mixta ſunt.Sed aīaduertere debemus:quid pp quid dicatur. Sæpe enim pſona deſcribitur:ut negociū pateſcat.Sæpe geſta narrātur:ut apertius qualis ſit pſona uideatur.Huiuſmodi digreſſiones multæ ſunt in Verrem: Nam qū ipſe Ci.iiii.in Verrē ex oppido Termitanoꝝ antiquiſſima ſigna ſublata eē q̄reretur:ſic maioris inuidiæ|ac criminationis cā digreſſus eſt.Etení ut ſimul.P.Africani quoq; humanitatē agnoſcatis:oppidū himerā Carthaginēſes quondā ceperant:quod fuerat in primis Siciliæ|& claꝝ|& ornatū.Scipio,qui hoc dignū populo Romano arbitraretur:bello cōfecto ſigna ſua per noſtrā uictoriā recuperare ſiculis oībus|Carthagine capta:quæ potuit reſtituenda curauit.Et pariter in eadē Siciliæ laus cōtinetur.Et pro Cornelio popularis illa Cn. Pom.uirtutū cōmemoratio.Animaduertēdum Ciceronē has narrationes cum

Narratio hiſtoricorū & poetarum.

Virgi. deſcribit & mores| & fcā æneæ.

Fabula.

Hiſtoria.

Argumētū.

Terentii locus.

Terentii locus.

Narratio negocii ſæpe pſonam deſcribit.

Verrinarum digreſſiones.

Cornelianæ orationis digreſſio.

aliqua ſemp fere admonitiõe uel ꝑparatione dicere. ꝑterea ſũmũtur ex hiſtori is uel fabul. Et fieri poſſunt in oĩbus partibus orationis preterq̃ in exordio uel peroratõe. ¶ Nunc de tẽpore & mõ narrãdi. Q uæ res tametſi magna ex parte cõiuncta ſit: Aliquæ tñ ſeparatim etiã obſeruatiões erunt. Illud ergo in cauſa ſit primũ: Semp in oĩ omni cauſæ genere narrandũ: niſi qũ narratio ipſa ſupflua: ſi adhibeatur: futura eſt: Id ex parte defenſoris tñ fieri põt: Q ũ ita ab aduerſa rio prorſus narratũ ẽ: hiſce oĩbus cauſis & modis (quod raro tñ eueniet) uti & res ſeſe habet: & iudicibus alr ꝑſuaderi nõ poſſet. T ũc. n. defenſoris expoſitio & inutilis ꝑrſus & ſuperflua haberetur. ¶ Ex pte etiã primi actoris: aut etiã utri uſq̃: qũ aut cauſa adeo breuis eſt ut ſola ꝑpoſitio ſufficiat: ut apud centũuiros filius an frater? Debeat inteſtati hæres eẽ: Et an pubertas annis uel magis habi tu corporis ſit ęſtimanda. Vel qũ añ iudici nota ſunt oĩa. Vt ſi alias cã agitata ſed nõ terminata. ¶ Eſt ẽt qñ: ſed magis cãæ actoris expediat: ſine narratiõe rẽ breuiter agere. Vt: Certã pecuniã ex ſtipulatiõe peto: aut legatũ ex teſtõ. Diuer ſæ aũt ptis expoſitio eſt: Q uare ea nõ debeantur. Et ſatis eſt actori: atq̃ ẽt ma gis expedit: ſic indicare. Dico ab horeſte matrẽ ſuã interfectã. Ibi nãq̃ cũ ꝑpo ſitione iudex ſimul & crimẽ omne cognoſcit. Ordo aũt & cauſa facti ad aduer ſariũ pertinet. ¶ Reus cõtra tunc narrationẽ ſubtrahit: qũ quod obiicitur: nec negari: nec excuſari põt: ſed in ſola iuris q̃õne conſiſtit. Vt in eũ: qui ex æde ſa cra priuatã pecuniã ſurripuit: Et ſacrilegii reus eſt. Confeſſio uerecundior eſt: q̃ expoſitio. Non negamus (defenſor dicet) pecuniã de templo ſublatã. Calũni atur tñ accuſator actione ſacrilegii: qũ priuata ea fuerit non ſacra. Vos aũt de hõc cognoſcitis: an ſacrilegiũ ſit admiſſum. ¶ Negant & nõnulli tunc eẽ narrã dum. Q um ea eſt cã: in qua reus factũ ſimpliciter negat. Nulla. n. inquiũt hic rerum geſtaꝝ: aut prout geſtaꝝ expoſitio eſſe põt: uti ſunt coniecturales: & am bitus: & repetundaꝝ plerq̃. Hi uero Ciceronis auctoritate erroris facile con uincũtur. Nã pro Rabirio ille narrauit. Tametſi nullã ad eũ pecuniã peruenisse aſſereret: Q ua de re q̃õ erat oĩs conſtituta. Vnde ſciendũ: duas narratõis ſpẽs eſſe: ipſius cauſæ: qua de agitur: unam: reꝝ ad cãm ꝑtinentium alterã. Nõ occi di hoĩem: inquit. Nulla hic rei expoſitio eſt: ſed erit alia interim: ac longa ẽt cir ca aduerſarii argumẽta narratio: de anteacta uita: de cauſis: pp quas innocens in diſcrimẽ deducatur. Vt: Vlixes qũ cædis ex eo reus fiat: quod inuentus ſit in ſolitudinẽ iuxta exanime corpus inimici cum telo cruẽto. Nõ id mõ Vlyxes rñ det: nõ eẽ id facinus a ſe admiſſum: ſed nullas ſibi fuiſſe cum Aiace inimiciti as: De laude inter ſeſe certatum: addit quoq̃: & q̃uo in cã ſolitudinẽ uenerit: eũ exanimẽ ſit conſpicatus: gladium e uulnere extraxerit: qbus rebus argumenta tio ſubtexitur. ¶ Sed nec illud ẽ ſine narratiõe: ubi factum oĩno negatur: ſed ꝑ eo aliud exponitur: ut fuiſti eo in loco: qũ crimẽ admiſſum eſt: Nõ fui: rñdet: ſed ubi fuerit narrat. ¶ Q uod alii quoq̃ ꝑcipiant. Ea narratione ſupſedendũ eẽ: quæ obſit: hoc ẽ quæ ſine inuidia audiri nõ poſſit: ab his quærẽdum ẽ: ud it

Narrãdi tẽpus & mod⁹

Narrandum eſt ſemp.

Rabirianæ orõnis narratio.

Narrationis duæ ſũt ſpẽs

Narratiõe q̃ obſit an ſupſedẽdum.

neq; aduerſarius expoſuit oīa cōfiteri:Q uippe q ita narrauit:ñ ut quæq; acta eſſent:tm̄ indicaret:ſed adiecit inuidiā:rē uerbis exaſperauit:Acceſſerunt ꝓbationes/ꝑoratio incēdit iudices/& plenos iræ reliquit.Et tūc maxime expectant quid cōtra dicatur.Si nihil exponimus:nū cauſa excidimus:& quæ aduerſarius dixit & q̄lia dixit:ut credat neceſſe ē. Q uid ergo? eadē expōemus:ſi de q̄litate agetur:cuius tūc quæſtio ē.qū de re cōſtat:Eadē utiq;: ſed nō eodē mō dicemus.Alias cauſas/aliā atq; aliā rōnē dabimus: Verbis interim leuare quædā licebit:ut luxuria hilaritatis/auaritia parſimoniæ/negligētia ſimplicitatis/audacia magnanimitatis nomine leniatur.Vultu deniq; uoce/habitu/uel fauoris aliqd/uel miſeratiōis merebimur.Narrabit itaq; ſemp orator/quæ ſe defenſurum confidit & indicabit/quæ rōnibus dilui poſſe putabit.Q uid.n.ꝓbatio a narratione differt? niſi qa hæc ē cōtinua ꝓbationis ꝓpoſitio:Illa uero ē narratiōi cōgruēs cōfirmatio:tāetſi ipſa quoq; expoſitio q̄ſdam pſæpe/ſed breues: (ut al's quoq; ſcripſimus)affirmatiōes admittat:qbus & cætera nos quidē effecturos ꝓmittimus/nō poſſe prima expoſitiōe uim reꝝ oñdi:expectēt interim:& iudicia ſua differētes bene ſperēt. ¶Deniq; narrandū ē qcquid melius ꝓ nobis/q̄ aduerſarius expoſuit narrari pōt.Narrādi modus duplicē obſeruationē hēbit: q̄liter/& quo in loco.Orator ꝓ cauſaꝝ genere narrationē inſtituat. In prīo quoq; uidēdum erit:an orator ſemp rē.oēm geſtā exponat?an aliqd ex ea liceat ꝑterire?& ſi oīs exponēda ſit:num eo ſemp ordine quo geſta ē?an alr̄ q̄nq; ſit exponēda?aut ēt interſecāda? Q uaꝝ rerū illud ſit primū:q; in iis cauſis/quæ rōnem admittunt/pſæpe reo maxime/ſiue defenſori nō expedit rē oēm exponere pſertī qū aliq ſint:q̄ aliter/q̄ ab aduerſario narrari nō poſſint.tūc.n.illa p cōfeſſionē ꝑtercūda ſūt ſed multis interī (ut ſupra monuimus)modis leniēda.In cōiecturalibus quoq; i qbus de facto q̄ritur nō tā ſæpe rei:de q̄ futurū ē iudiciū: q̄ coꝝ:pro quæ res colligitur:ſit expoſitio:ut omiſſa facti: quod negatur:expoſitione:circa facti tantū cauſas defenſor imoretur:quas ꝑter rē geſtam qū accuſator ſuſpicioſe narrauerit:hic oēm illā ſuſpicionē tollere : aut leuare curabit: aliter nāq; hæc oīa ab accuſatore:alr̄ a defenſore ad iudicē pferuntur. Sed & narrationē i dubiis cāis diuidere:& ptibus ꝓbatiōes ſubiūgere:atq; ita ad ſequētia deuenire oratori ſæpe expedit:ut pro ligario:In ꝓuincia pacatiſſima ita ſe geſſit:ut ei pacē eē expediret:pfectio certe aīum tuū nō debet offēdere:nū igitur remāſio?multo minus.nā ꝓfectio uoluntatē habuit:non turpē. Remanſio neceſſitatē etiā honeſtā:ut gereret pſecturā.Ergo hæc duo tpa carent crimine: narrationem.n.illā:quā inuidia carere nō poſſe uidebat.Orator ſapientiſſimus in tria tpa ptitus eſt:in ꝓfectionem:remāſionem:reſiſtentiā:ſubdens ſingulis ptibus:quo inuidiā interim leuaret:breues:ſed quæ uim magnā hērent:ꝓbationes.¶Sed illud ēt nō ignorandū non eo ſemp ordine/quo res geſta ſit ſi id cāæ non expedit:narrari oportere:qd qdē pluribus figuris licet fieri: Nā aliqñ excidiſſe ſimulamus:qū q̄ cōſulto omiſeramus:utiliore loco reducimus:& iterī nos

Verbis quo qdā leuātur.

Probatio qd a narratione differt.

Narrandum eſt qdqd melius pōt narrari q̄ aduerſarius narrauerit.

Narrādi modus duplex.

Narratōis diuiſio i dubiis

Ligarianæ orōnis locus

Narrationis partitio.

Narrationis ordo.

reliquũ ordinẽ reducturos ꝑfamur:quia ſic futura ſit cã lucidior. Interi quoq̃
expoſita re cãs quæ anteceſſerũt ſubiungimus:neq̃.n.una eſt narrandi aut di/
ſponendi lex.Certũq̃ eſt præſcriptũ pro re pro tpe:pſtiteũda:quæ proſint.Atq̃ ut
erit utilius:ita uel curandũ ꝑtinus eſt:Vel ſi curatio differri põt: Interim deli/
gendũ.℃Q uod ſi cauſæ genus id fuerit:ut res una narratiõe nõ ſatis explica
ri:atq̃ intelligi poſſit:licebit non unã tantũ:ſed plures narratiões:prout cauſæ
expedire orator uiderit inſtituere:quod Cicero pro.A.Cluentio cõmodiſſime:
ut orator ſcientiſſimus facit:Nã de Albini cõdẽnatione primũ Saſiæ libidinẽ:
& crudelitatẽ exponit:quare cõprobata de oppianico alio in loco duas ſ[ur]ſũ
narrationes inſtituit:qbus abſolutis:demũ ad Cluentii defenſionẽ:quã aduerſa
riorũ criminatiõe iã facilẽ feciſſe ſciebat:deſcendit. ℃Sed ubi narrandũ ſit iã
ultima de expoſitiõe qõ a nobis ꝓpoſita eſt.In quo ne in nõ neceſſariis tp̃s tera
mus:illud ſit ꝑceptum optimũ:illũ expoſitionis locũ eſſe ubi ad audiendũ iu/
dices q̃ paratiſſimi eſſe uideantur:quẽ locũ poſt exordiũ qui ſemp eẽ affirmãt:
ea cenſent pro exordio:oĩa eſſe habẽda:quæ audientiũ animos ab aduerſario/
rum cauſa ad materiã inclinant.Q uod ſi uerũ eſt neſcio quã ob rẽ & narratio
nem:& oẽm concionẽ:qua & cã noſtrã probabilẽ facimus: & e cõtrario aduer
ſariorũ rõnes refellimus:Ac ꝓpterea iudicũ fauorẽ ab aduerſariis ad nos alli/
cimus:nõ liceat exordiũ appellare.Atq̃ ita tres illæ iuẽtiõis ptes:quas & illi ſe
cretas cõfitentur:narratio:cõfirmatio:cõfutatio ſub exordio cõprehendentur.
℃Alii:qbus magis accedendũ:quũ narrationẽ poſt exordiũ cõmodiſſime ple
riſq̃ in cauſis locandã ꝯſentiant:ita perſæpe ꝑ cauſæ genere poſt quædam:
quo iudicũ animi magis diſponãtur:differendã & rõne:& clariſſimorũ uiroꝝ
auctoritate:atq̃ exemplis affirmãt.Nam ſi ibi maxime expedit narrare:ubi iu
dicũ animi amice:attente:ac diligenter audire uelle uidentur:incidantq̃ inter/
dum cauſæ:in qbus id ante fieri non poſſit:q̃ aliqua nobis obſtantia diluamus
nimiꝝ ea prius tollere:q̃ cãm noſtrã exponamus cõmodũ ac prope neceſſariũ
fuerit.Id Cicero ipſe:& in priotibus rhetoricis innuit:& in cã pro Milone cõ/
probauit:ubi ante facti narrationẽ:multa aduerſariorum fundamenta:& quæ
Milonis cãæ maxime obſtarent:ante confutauit.Nã ad illa etiã ita ꝑfatur.Sed
ante quã ad eam rõnem ueniã:quæ eſt propria noſtræ qõnis:uidentur ea eſſe re
futanda:quæ in ſenatu ſæpe ab inimicis:improbis ſępe iactata ſunt in cõcione:
& paulo ante:Ab accuſatoribus:ut omni terrore ſublato:rem plane:q̃ uenit in
iudiciũ:uidere poſitis.Ergo narrãdi locus ut poſt exordiũ ſi nihil impediat:cõ/
modiſſimus eſt:ita quoq̃ pro cauſæ genere eum uariare non eſt in utile.℃Sed
de iis:q̃ de naratione ꝓpoſueramus:iam ſatis:de qua tñ & longe plura:nec in
utiliter dici poſſe non diſſimulauerim:ut quod præter tres illas proprietates:ut
eſſet dilucida:breuis:& uериſimilis naratio:etiã ipſius Ci.in ptionibus ad filiũ
ꝑcepto:haberet & ſuauitatẽ:quã illi ineſſe dicit:ſi hẽt admirationes:expectatiões
exitus inopinatos:interpoſitos motus animoꝝ:colloquia pſonaꝝ:doloris:iracũ/

Narrationes plures.

Cluentianæ orõnis locus.

Narrandum ubi.

Narrõ poſt exordiũ non ſemper poni tur:ſed differ tur.

Narationis ordo mutat[9]

Milonianæ orõnis locus.

Narratõis lo cus uariatur ꝑ cãæ gñe.

Suauitas in narratiõe eẽ debet.

diá/metus/lætitias/cupiditates/& huiuſmói figuras/atq; affect⁹: ¶ Et illud/qđ a pleriſq; p̄cipitur:excurſiones a narrónibus excludēdas:ſermonē a iudice non auertendú:alienæ pſonæ uocē nó dandá:nó eſſe argumētandú nó mouēdos affectus:& id genus alia:quoꝝ ut plæraq; frequentiſſime cuſtodiēda ſunt.ita & cáæ id exigēte róne.pſæpe mutata multis exēplis pſpicitur.Cæterú una circa narrónis cópoſitionē p̄ceptione a Quint.cótenti/tandē erimus.

Narrónis cóponēdæ præceptio.

Narrónem iqt ſi ullā orónis ptē/oí/qua pót/gfa/& uenere ornandá.At magni tñ refert:q̄ ſit natura eius rei:quā exponimus.In puis náq;:q̄les ſunt fere priuatæ.ſit ille p̄ſſus:& uelut applicitus rei cultus:In uerbis ſúma diligētia:q̄ in locis ípetu ferútur.& circúiectæ orónis copia latēt:hic exp̄ſſa:&(ut uult Zeno)ſenſu tincta eſſe debebūt.Cópoſitio diſſimullata qdē: ſed tñ q̄iucúdiſſima. Figuræ nó illæ poeticæ/& cótra rónē loquēdi/auctoritate ueteꝝ receptæ. Debet uero eē q̄ puriſſimus ſermo:& q a uarietate tediú effugiat.& mutatióibus aíum leuet.Ne in cúdē caſú ſimilē expónē/pares elocutionú tractus ícidamus.Caret.n.cæteris lenociniis expó:& niſi cómēdetur hac uenuſtate:iaceat neceſſe ē.Et quú nulla í pte intētior ſit iudex:nihil recte dictú pire pót p̄terea neſcio qúo facilius in hærescunt:atq; ēt credútur:q̄ iucúda ſunt:& uoluptas facile ad finē pducit.

Voluptas facile ad finem perducit.

Vbi uero maioris rei expó ē:atrocia/inuida/triſtia mirabiliter dicere coueniet:non ut oíno cóſumátur affectus:quoꝝ locus in poratione magis ē pprius.ſed primis tñ(ut ſic inq̄)lineis deſignentur:ut plane q̄lis futura ſit imago rei/ſtatim appeat.

Expónis uirtus magna.

¶ Sed & magna illa in expóne uirtus ē:rē ita narrar̄:ut nó dici magis:q̄ geri atq; oculis ſubiici uideatur.

Verrinarum locus.

Qualis illa in.iii.Verrinaꝝ de Philodemo miſerabilis expoſitio.Cóſtituitur í foro laodiceæ ſpectaculú acerbú/& miſerú/& graue toti Aſiæ puinciæ:grandis natu parēs adductus ad ſuppliciú: ex altera pte filius:ille quod pudicitiá liberoꝝ:hic quod uitá patris/famáq; ſororis defēderat.Flebat uterq;/non de ſuo ſupplicio:ſed pr̄ de filii morte:de pr̄is filius qui lachrymaꝝ:& deide;ſed in his(ut dictú eſt)nó multum ímorádú:ne quod in peroróne utilius faciendú eſt.in principio nó æque util̄r affectus cóſumamus.

Affectus non ſunt in narratione conſumendi.

Narratio ē ſcd̄m Fabiú rei factæ/aut nó factæ utilis ad pſuadendú expoſitio uel ſcd̄m appollodoꝝ oró docens auditorē:qd in cótrouerſia ſit eius tres uirtutes/ut ſit lucida/breuis/ueriſimilis:prout Ci.& pleriq; ſcriptores/maxime q ſút ab/Iſocrate uolunt:Victorinus ait ſemp oēs eē debere:nó uná aliquá ex tribus Et eas couenire aliis ptibus orónis:& licet ſint ppriæ narratióis:cui tñ aliarum ptium orónis uirtutes couenire nó poſſunt.Ná quælibet rep̄henſio/quælibet cófirmatio/quælibet criminatio pót habere hæc tria:ſed q̄ſi aliena.Ipſæ aút:quæ hút:narratiói nó coueniunt.ut inductiones:ut rócinatóes:& reliqua huiuſmói:quæ fidei ſunt nó affectus:

Virtutes oēs ſemp eſſe debent in narratione.

De tráſitóibus/& iteratióibus qd p̄cipiat Cicero habes:& allegas Quint,in.iiii.ait:Nam iteratióes qdē:Et ταυτολογιασ.Et περισσολογιασ:quas in narratióe uitádas quidá ſcriptores artium tradiderunt/tranſco. Sunt enim hæc uitia/non tantum breuitatis gratia fugienda:

Iteratóes narrat.

¶Q uā neceſſaria ſit oībus imitatio: quæq; in imitatione ſeruāda ſunt: Ibiq; exercitatiōis neceſſitas/& modus oñditur: Ac ciceroīanæ/eloquētiæ laudes percurrūtur: Ex epl'a ad Hieronymū Donatū. Caput quartūdecimum.

Q Vam utilis/& neceſſaria ſit imitatio: ut/cunctis tacētibus/ ē perſpicuū unicuiq;: Ita cuiuis ēt eloquēti difficile dictu eſt. Iccirco operæ pcium me facturū exiſtimaui: ſi Philippo filio/cuius mihi curā dediſti: unaq; patriā (ut ſcribis) poteſtatem tradidiſti: aliquas colligerem præceptiones/Q uibus imitari diſcat: minimoq; negocio ad faſtigiū eloquētiæ p patris eloquētiſſimi ueſtigia puenire queat: Q uidquid illud ē: ad te dare uolui: Q uo intelligas: & qd de Philippo uelim: & qd i tāta opis difficultate opa mea efficere potuerī. Nā doctrina/præceptiōibuſq; ad dicēdi facultatē quoquo mō prouehimur: At imitatio ea ē/quę quoddā nobis ueluti certū exēplar/ſignūq; quo cōtendamus: proponit. Heu qbus uerbis deplorabo: ut excidit uſus dicēdi: ut deſerta ē eloquētię uia: Et qſi natiua Romanę linguæ elegantia latinis adēpta ē. Nec aliud magis in cauſa ē: quā quod neminē/a quo copioſe/ornate/uarieq;/aut dicere aut ſcribere diſcāt: ſibi imitādū pponūt. Maiores nři ſapientiſſimi/& doctiſſimi hoīes nullum eloquētiæ genus ſine imitatione cōſequi poſſe exiſtimātes/eā ueluti fugientē pſequebātur: Maria & terras pagrabant: Patriæ terminos. dulceſq; lares relinquebāt/Et quā ſiquē in ſua lingua imitarētur: nō hēbāt: alienā līguā ſub alienigēis pceptoribus tot laborib9/atq; uigiliis pdiſcebāt/Eaq; rōne oēs uitæ moleſtias: & picula/& neceſſitates aſpnabātur. At nos: qb9 eſt tāto melior cōditio: Q uāto facilior ā nitētibus pfectus: In tāta fruge eloquētiſſimo2 ſcripto2: In tanta copia: & uarietate excellētiſſimo2 ingenio2: uelut pegrini: expertes ſumus latini ſermonis: Perq; mediā Italiā: uelut p alienā regionem ſine itinerū ducibus male pagramus: utq; iexperti nautæ ſine maris mēſoribus p īmenſum noſtro2 ſtudio2 pelagus incerti erramus: Et ſicut balbutiētes infantes ſine nutricū ducatu inābulātes titubamus: cadēteſq; ſæpius offēdimus. At quidā īquiūt: neminē imitari uelle: q natura duce elocutionē effingere poſſunt. Regnat p dolor hæc peſſima pfeſſo2 noſtræ ætatis opinio: iampridē regnat: Et ita regnat: ut funditus eloquētiæ lumē/& umbram pdiderint. Hæc irroborata fecit: ut tot occurrāt ſcriptores inculti/duri horridi/ridiculi/Semibarbari/Apud quos ut ueternoſa ſunt uocabula: ābiguæ: nouæ/& barbaræ uoces: Sic uerba trāſuerſa/& ex oī colluuiōe colliſa: Abruptæ ſnīæ/& auulſi ſēſus: Sic trāſlatiōes duræ/audaces/infelices: ſic cōpoſitio incōpoſita: ordo confuſus: cōſtructio ſalebroſa: Scio in lib. de or. Ant. Tullianū dicere: Atq; eē tñ multos uidemus: qui neminem imitentur: & ſuapte natura/quod uelint: ſine cuiuſq; ſimilitudine cōſequātur: Idē tñ ait: Omnino i illud genus cū Craſſi magnificū: atq; præclarum natura ipſa ducebat: Sed ea non ſatis pcipere potuiſſet: niſi eodem ſtudio atq; imitatiōe incidiſſet: atq; ita dicere conſueſſet: ut tota mēte Craſſum/atq; animo ītueretur. Et Fabius ſic: & hercle neceſſe ē aut ſimiles: aut diſ-

Imitatio ē nobis certū exēplar/ſignūq;.

Imitationem ſpernentes infātes ſunt balbutientes.

Imitationem contemnentes quid dicunt.

ſimiles bonis ſimus. Similem raro natura pſtatiſrequētē imitatio. Hoc igitur eſſe debet ſtudioſis adoleſcentibus: hoc omnibus propoſitum: qui eloquentiæ famam affectāt: hoc inſtitutum: hoc præceptum: hoc perſuaſum: imitari: & oportere: & opus eſſe. Quo nihil melius eſſe: nihil conducibilius ex ipſa uerbi proprietate qui non intelligat: obtuſi adeo ingenii neminem eſſe puto. Si quidem qū imitor nō ad corpus: ut ſequor: ſed ad mores duntaxat dictorūq; & factoꝝ exēpla pertineat: Nihil aliud eſt imitari clariſſimos auctores: q̄ illis ſeſe reddere & conſimiles efficere. Plinius minor diſcrimē facit iter imitor & æmulor & ſequor. Nō ut æmularer inquit: Sed tamen imitarer: & ſequerer tm̄. Nonius ſic diſtinguit: Aemulatio ab imitatione hoc diſtat. Qđ imitatio ſimplex eſt: & liuorē atq; inuidiā non admittit. Aemulatio aūt habet quoddam imitandi ſtudium: Sed cum malitiæ opatione. Virgi. in. vi. æmulus exceptum Triton (ſi credere dignū eſt) Inter ſaxa uirum ſpumoſa imerſerat unda. Itē æmulus ſimilitudinem uitę uel inſtituti rep̄ſentat. Imitator admiratur: uñ Virgiliū dicentē: primis & te miretur ab annis ita Seruius exponit. Miretur: imitetur. Luc. Miratoremq; Ca. optima. n. ingenia neceſſe ē ut ea quæ mirātur: imitentur. M. Tullius pro ſectatore indifferēter uſurpat dicēs pro. M. Marcello: Illo æmulo atq; imitatore ſtudiorū meoꝝ: quē locū Seruius citatus exponit: æmulo pro eiuſdē rei ſtudioſo: alias inquit inimicum ſignificat. Idem Tullius in ultimo de or. Morū inqt: & uitæ imitatio: uel in perſonis: uel ſine illis magnum quoddam ornamentum orationis: Et aptum ad animos conciliandos: uel maxime. Fabius in. x. ſic de imitatione: Neq; enim dubitari poteſt. Quin artis pars magna contineatur imitatione. Nam: ut inuenire primum fuit: eſtq; præcipuum: ſic ea: quæ bene inuenta ſunt utile ſequi: atq; omnis uitæ ratio ſic conſtat: ut quæ pbamus in aliis: facere ipſi uelimus: ſic litterarum ductus: ut ſcribendi fiat uſus: pueri ſequuntur. Sic muſici uocem docentium: Pictores opa prioꝝ: Ruſtici probatā experimēto culturā: in exēplū tuētur. Omnis deniq; diſciplinæ initia ad ꝓpoſitū ſibi præſcriptū formari uidemus Sunt uero iudicio meo in imitatiōe quinq; nobis obſeruāda: Quis: quæ: in qbus: Quātū: Quomō. In his quidē ſingulis diligens (ut Ci. & Fabii uerbis utar) adhibenda eſt ratio: nam hoc ipſum: quod tanto facilius eſt nobis: rationem rerum omnium faciūq; fuit his: qui nihil: quod ſequerentur: habuerunt: niſi caute: & cum iudicio apprehenditur: nocet. Primū itaq; uidendum: Qui nobis imitandi: hoc primum in ſuis præceptis Antonii perſona Tullius ponit: Et Fabius cuius uerba ſunt hæc: Quapropter exactiſſimo iudicio circa hanc partem ſtudiorum examinanda ſunt omnia. Primū: quos imitemur: Nam ſunt plurimi: qui ſimilitudinem peſſimi cuiuſq; & corruptiſſimi concupierunt. In hoc duo nobis animaduertenda fuerint. prius: ne nimium antiquitatis ſtudioſi: quæ iam pridem ab uſu ceciderunt: uſurpemus. Sequēs: ne e cōtrario recentiores ita admiremur: ut in his perfectiſſima quæq; reperiri putemus. Hæc duo cauēda pueris Liuius præcepit: Et Quitilianus repetit: Alterū

Imitari oportet: & opus ē.

Imitor quid Sequor qd.

Probata ſeq̄ & facere debemus.

In imitatiōe quinq; ſunt obſeruanda.

Imitandi qui ſunt:

Antiquitatis nimium ſtudioſi.

Recentiores ne nimis admiremur.

ne ueteres nimiũ: Alterum:ne recentes imitẽtur:Ejus ex ſecundo uerba ad hoc
facientia tranſcribam.Duo aũt genera maxime cauenda pueris puto: Vnum:
nequis eos antiquitatis nimius admirator in gracchorum/Catoniſq; /& aliorũ
ſimilium lectione dureſcere uelit.Fient enim horridi/atq; ieiuni.Nam neq; uim
eorum adhuc intellectu conſequentur: Et elocutione quæ tum ſine dubio erat
optima/ſed noſtris tẽporibus aliena/cõtenti(quod eſt peſſimũ)ſimiles ſibi ma-
gnis uiris uidebũtur.Alterum:quod huic diuerſum eſt: Ne recẽtis huius laſci-
uiæ floſculis capti/uoluptate quadam praua deliniantur:Et prædulce illud ge-
nus:ac puerilibus ingeniis:hoc gratius: quo propius eſt:adament.Alibi: nihil
affectatione ueterum pręſertim uerborum odioſius eſſe ſcribit:uerbaq; a uetu-
ſtate repetita ita oratõi interſerenda:ut neq; crebra ſint:nec manifeſta:nec utiq;
ab ultimis etiam oblitteratis repetita temporibus utq; nouorũ optima fore ma
xime uetera:Ita ueterum maxime noua:atq; ſimilem circa auctoritatem ratio
nem. Nam etiam ſi poteſt uideri:nihil peccare:qui utitur iis uerbis: quæ ſũmi
auctores tradiderunt:multum tamen refert/non ſolum quid dixerint/ſed etiam
quid perſuaſerint:cõſiderare.Ridiculum quidem fuerit:Malle ſermonem:quo
locuti ſunt homines/q̃ quo loquantur.Sene.ad Lucilium uerba huc eleganter
ſpectant:Multi ex alieno ſæculo petunt uerba:Duodecim tabulas loquuntur.
Gracchus illis:& Craſſus:& Curio nimis culti:& recentes ſunt.Ad appiũ uſq;
& coruncanum redeunt.Quidam contra:dum nihil niſi tritum:& uſitatum uo
lunt:In ſordes incidunt:utrunq; diuerſo genere corruptum eſt.Fauorinus gel-
lianus antiquorũ uerba:& figuram referenti:ac perſequẽti dicit:Curius: & Fa
bricius:& Corũcanus antiquiſſimi noſtri:Et his antiquiores Horatii illi trige-
mini plane:& dilucide cum ſuis fabulati ſunt:Neq; Auruncorum/aut Sicano
rum:aut pelaſgorum:qui primi coluiſſe Italiam dicuntur/ſed ætatis ſuæ uer-
bis locuti ſunt.Tu autem perinde quaſi cum matre Euandri:nunc loquare:ſer
mone multis annis iam deſito ueteris.Scire:atq; intelligere neminẽ uis:quæ di-
cas.Nonne homo inepte:ut quoduis abunde conſequaris:taceres? Sed antiqui
tatẽ tibi placere ais:q; honeſta:& bona:& ſobria:& modeſta ſit.Viue ergo mo-
ribus præteritis:loquere uerbis p̃ſentibus.Antiquiſſimarum uocũ ſordes ſecu-
tare Auguſtus dicebat:Et Tiberium earum amantem irridebat.M.Tullius p̃-
cipit multis in locis:ne uerba ſint nimiũ noua:ſiue uetuſta.At ex Annęi:& Pli
nii ſententia legendum eſt oẽ genus auctorũ:qum nullus ſit liber tam ineptus:
In quo perlegendo aliquid utilitatis non aſſequamur.Fateor propter eruditio-
nem:non eloquentiam capeſſendam.Hinc Quintilianus/Macrum/& Lucre-
tium legendos cenſet:ſed nõ ut phraſim.i.corpus eloquentiæ faciant:Et Enniũ
ſicut ſacros uetuſtate lucos/adorãdũ:In q̃bus grãdia/& antiq̃ robora iã nõ tãtã
habent ſpẽm/quantã religionẽ.In.ii.ait:Firmis aũt iudiciis/iãq; extra piculum
poſitis ſuaſerim & antiquos legere.Ex quibus ſi aſſumatur ſolida/ac uirilis in-
genii uis/deterſo rudis ſęculi ſqualore/Tũ noſter hic cultus clarius enitеſcet.

Auctoritas q̃tenus ualet.

Legendi cur oẽs auct.

Macer & Lucreti⁹ cur legendi.

Phraſis.

Et nouos:quibus & ipſis multa uirtus adeſt.Nec.n.nos tarditatis natura dāna
uit:ſed dicēdi mutauimus genus:Et ultra nobis:q̄ oportebat:indulſimus.Ita nō
tā ingenio illi nos ſuperauerūt:q̄ propoſito.Multa ergo licebit eligere.Sed cu-
randū erit:ne his:qbus pmixta ſunt:inqnentur.Quoſdā uero etiam:quos totos
imitari oporteat:& fuiſſe ſemper:& nūc eſſe:quid ni libēter:nō cōceſſerim mo-
do:uerū etiam cōtenderim.Sed hi:qui ſunt:nō cuiuſcūq; eſt pnūciare. Tutius

Imitatione ēt erratur tuti⁹.

circa priores imitatione uel erratur.Ideoq; hanc nouorum diſtuli lectionem:ne
imitatio iudiciū antecederet.Quid dicā:niſi quod Fabius in.viii.In hoc malū
etiam a quibuſdā laboratur:neq; id nouum uitiū eſt:qum iam apud Ti.Liuiū
inueniā fuiſſe præceptorē aliquē q diſcipulos obſcurare:quæ dicerēt iuberet:

Obſcuritatis ſtudiū uitiū noſtræ ętatis.

græco uerbo utēs σκοτίον:uñ illa.ſ.egregia laudatio:tāto melior:Ne ego qdē
itellexi.In hoc inq̄ malū hodie magis atq; magis laboratur:atq; adeo laboratur
ut obſcuriores:& duriores ſint diſcipuli obſcuris:& duris pceptoribus.Rurſus
hoꝝ diſcipuli obſcuriſſimi:& duriſſimi.Quid futurum ſit uidemus oēs.In Ita

Barbari ī medio latio natī

Ci.natus ad illuſtrandam Ro.linguā:

lia maiora.ſ.naſcentur portenta:q̄ in Africa:quæ ſemp aliqd noui generat.Sed
faceſſant Barbari iſti in medio latio nati.Nos in primis eos nobis:quibus inni
tamur:proponamus:quoꝝ mores:ingenium:orationē ſupioribus:atq; pñtibus:
& his maxime:qui probato in dicēdi facultate iudicio ſunt:coli:obſeruariq; ui
demus:uti.M.T.Ciceronē:Qui ad illuſtrādam latinam linguam in omni ora
tionis genere natus uidetur.In quo uirtutes omnes dep̄henduntur:quæ in uno

Cic.eloquen-tiæ laudes & uirtutes.

quoq; oratore:ſiue græco:ſiue latino:ſingulæ:& propriæ fuerūt:ſicut uis in De
moſthene:in Platone copia:in Iſocrate iucūditas:& plures aliæ:Et id:quod fuit
in quoq; optimum.Non eñi pluuias aquas colligit(ut Pindarus dixit:& ex eo
Fabius)Sed uiuo gurgite exundat:Ex quo oēs dicēdi figuræ:uelut ex perenni
fonte confluunt:In cuius operibus grauis:mediocris:tenuiſq; ſtilus floreſcit:
Quos pro negocioꝝ:ac pſonarum qualitate uariat:Et ſæpenumero in uno:eo
dēq; loco a graui ad mediocrē:a mediocri ad tenuē deſcendit:Indeq; modo ad
hunc:modo ad illū ſtilum conuertens aſcēdit:Ita tamē:ut omnes:& ſinguli ple
ni ſint:cōmodi:& undequaq; pfecti:Eius orō latina:ab omni uitio remota:ele-
gans:& explanatione dilucida:Plana eius compoſitio ſine longa uerborum con
tinuatiōe:quæ auditorem:dum pfectam expectat ſniam lædit:& orantē(quod
maximū eſt uitium)in media pronūciatione deſtituit.In multis:ubi opus eſt:
ualde purus eſt:quæ uirtus in oratoria locutione non nunq̄ ualde cōmendatur.

Perſpicuitas eloquentię peculiaris ē duplex.

Tropis uero & figuris quoties delectare uult utitur:non denſis tamen:Sed ubi
tantūmodo res ipſa ornatū:& uarietatem expoſcit.Plurimum abhorret a poe-
tico apparatu:in quo uitio plures deprehenſi ſunt:Qumq; perſpicuitas ſit pe-
culiaris laus eloquētiæ.Quæ quidē duplex eſt:in uerbis:& in rebus:Sed rerū
pſpicuitas paucis eſt cognita.Quis cui Ci.ualde placet:nō cū i hac uirtute ad
mirādū eē pdicet?Quod uerbū nō electū:nō proprium:non ſignificans apud
eum reperiri poteſt?Quæ res & ſi per ſe difficiles ſūt:nō ita explicātur:& ab

eo euoluuntur/ut nullo pene interprete indigeant:Hac in re uel ſummi orato-
res aliquantum ab hoc officio claritatis declinarunt:Quod ex Thucididis &
Demoſthenis cõpoſitiõe pſpicitur.Apud quos multa obſcura/& difficilia/quæ
interp̃tibus indigent/inueniuntur.Ci.uero oĩs collocatio uerboꝝ manifeſta/oẽs
ſenſus apti:Niſi ubi de induſtria ſũma cũ rõne auditoꝝ aures trãſuolat.Circũ
fertur frequẽs illud dictũ;Demoſtheni nihil addi poſſe/nihil detrahi:Immo ple
riqꝫ nimiã in Ci.redundantiã temere p̃dicare auſi ſunt.Quo in loco quiſq̃ aſſi-
duus eius lector animaduertet noĩa deſeruire rebus/quin potius apud ip̃m uer
ba rebus deſeruiunt/Qui rerũ põdere non inani & uolubili uerboꝝ ſono efflo
reſcit.Vis p̃cipua eloquẽtiæ habetur ſenſus cõuertere.quis frequẽtius:qũ opus Cõuerſio ſen
ſit:Cicerone ipſo periodis & cõuerſionibus utitur?Inter uirtutes oratorias/quæ ſuum.
primũ in eloquẽtia gradũ optinẽt/plurimũ euidẽtia cõmendatur/qũ orator ita Periodi uſus.
quãdam rerũ formã proponit/& uerbis exprimit/ut cerni potius uideatur q̃ au- Euidentia.
diri:In hac frequẽtiſſime Ci.tantus aſſurgit:ut p̱pe ſolus in hoc ornamẽto eſſe
uideatur.Plurima ſunt/quale eſt illud ſeptima in Verrẽ:Ipſe inflãmatus ſcele-
re/ac furore in forũ uenit.Ardebãt oculi:toto ex corpore crudelitas emicabat.
Sed hæc in trãſcurſu:Ad alia p̱perat oro.Quũ in orõne imprimis & pſona & In orõne ue-
negociũ ueniant/Nemo Ci.callidior in cõtẽplanda hoĩum natura:& in redden- niunt pſona
dis his/quæ cuilibet pſonę cõueniunt.Nam quis affectus oẽs melius exprimit? & negocium.
Quis mores/& actiones diligẽtius excutit?Quũqꝫ tria ſint:quæ oratoribus ma- Oratori tria
xime afferãt laudẽ:ſi recte adhibita ſint hæc/ſenſus/uerba/cõpoſitio ipſa:In his afferãt max.
ſe Cic.ita gerit:ut orõnes ipſius rerũ imagines eſſe uideãtur:nã uerba in expri- laudem.
mẽdis moribus ita p̱pria adhibet:ut nihil tumidũ:nihil peregrinũ:nihil:quod Ciceronianæ
ab inſtitutionę pſonarũ abhorreat:poſitũ ſit:nã nec periodis nec numeris:ſed compoſitio-
ſimplici/& inaffectata & ſoluta orõne mores ipſos exprimit:ut paulopoſt dice- nis laudes.
mus.Tria ſunt genera cauſaꝝ:in q̃bus ſingulis tota uis oratoria cõprehẽditur:
iudiciale/deliberatiuũ/demõſtratiuũ.In his oĩbus dignus eſt omni cõmendatio- Cic.in oĩbus
ne:Nam quum alii oratores in ſingulis/præter paucos tantũmodo ualuerint/Ci. cãrum gene-
ipſe oĩa hæc tria genera ex oĩ parte ita expleuit:ut dubiũ reliquerit:in quo ma- ribus ualuit.
ior exiſtat:nã in oĩbus ita uiſus eſt:ut nunq̃ ſe inferiorem in aliquo exhibuerit:
Si parua:Si incredibilia:Si magna/grauia & copioſa explicat:nõ eadẽ figura:
nõ ſimili ſtilo:ſed uario pro rerũ facultate utitur:nã ſi iudiciales cauſas/& certa-
mina forẽſia reſpicias:nõ uno mõ tractare ſolet:Cãs.n.priuatas/& tenues agit
ſubtilius:capitis aut famæ.ſ.ornatius:In laudibus uero plus cultus adhibet/
plus nitoris aſſumit/& oẽm artẽ/q̃ plerũqꝫ in iudiciis latere debet/nõ mõ cõfite-
tur:ſed et oſtẽtat.In ſententiis/& cõcionibus nõ minus clarũ eloquẽtiæ lumen:
q̃ in accuſationibus/& defenſionibus exhibet:Et qũ ſuaſuris de bello/de pace: Suaſuris de
de copiis/opibus/uectigalibus duo præcipue nota eſſe debeant:uires ciuitatis: pace/& bello
& mores ex natura/tum ipſarum rerum/tũ audientium:ita Ciceronem ſuadendi quæ debent
duxit/ut in ea nullo pacto maior eſſe poſſet.In his frequẽter concitant irã/& le- eſſe nota.

nit:ad metum:ad cupiditatem:odium:conciliationem impellit animos.nōnunq̄ etiam miſeratione mouet:tum pſertim:qum ſuadet auxiliū obſeſſis ferendum eſſe:aut qum ſociæ alicuius ciuitatis:uel prouinciæ euerſionē deflet.Q um prę terea in cōſiliis plurimū auctoritas ualeat:& qui ſuadet prudētiſſimus:& opt. haberi debeat:quis & prudentior:& melior Cicerone in dicendis ſentētiis habi tus eſt?Q uis ethicō & patheticon melius tractauit?Q uæ duo admirabilē elo quentiā faciunt.Hoc pturbantur animi & concitantur:In quo uno regnat ora tio.Illud ſuperius ad mores:& ad oēm uitæ cōſuetudinem accōmodatū.Nōne Cicero ad beniuolentiā conciliandā paratiſſimus fuit?Nōne uehemētia incen ſus tam rapide ferebatur:ut cās eriperet:& nullo pacto ſuſtineri poſſet?Nōne faciebat ut iudex cōmiſereſceretur:ut iraſceretur:ut mitigaretur:ut inuideret: ut foueret:faciebat:ut odio:& amore proſequeretur:fauceret:cōtēneret:admira retur:diligeret:cuperet.Faciebat:ut ſacietate afficeretur:ſperaret:metueret:læta retur:doleret.hac uarietate magno uſus īpetu ſæpe aduerſarios de ſtatu oī deie cit:Et ut cæteris dicēdi uirtutibus admirādus appuit.Magna Ciceronis pars a nrō abeſt iudicio:quē ſui tpis hoīes dicentē ſtupe.acti intuebātur:in quo exhor reſcebāt:in quo exclamabāt:quē deum(ut aiunt)inter hoīes exiſtimabāt.& ue re diuinus homo nō humanus fuit:Q ui tāta eloquentia ad ferendū hoībus au xiliū natus ſine mercede:ſine ullo patrocinii munere tam diſtincte & explicate & illuminate:& indefeſſe:& copioſe:& rebus:& uerbis orabat:ut quaſi quendā numerū:& uerſum his cōficeret moderatū:ſicut pſonarū de qbus agebat digni tas ferebat:Vt nullū carmen aptius uideretur:Nihilq̄ hoīum auribus:aut men tibus iucūdius pcipi:nullus cantus moderata ipſius:& flexanima pnūciatione dulcior inueniri poſſet.Nemo ardētius Cicerone l nguentem populum incita bat:aut facilius effrenatum moderabatur. Nemo felicius fraudem hominū ad perniciem auctorū:& integritatē ad ſalutē refle ctebat.Nemo potētius ad uir tutē cohortabatur:aut acrius a uitiis reuocabat.huius dictiōe populi motus fie bat:magiſtratuū religiones acqeſcebāt:ſenatus grauitas cōuertebatur.Ciceroni ſūmus orator Hortēſius rādere nō eſt auſus:A Cicerone hō audaciſſimus Cati lina ī ſenatu accuſatus obmutuit:Ciceroni ī cā magna:& graui qū cœpiſſet Cu rio pater rādere:ſubito aſſedit:qū ueneniis diceret ereptā ſibi memoriā.Ci.Ver rē accuſauit:& dānauit.coegit Cæſarē:ut Ligariū abſolueret:quē pro cōdēna to hēbat.M.A.pſcripſit.Eo dicente legē agrariam hoc eſt alimēta ſua abdica runt tribus:eo ſuadēte Roſcio theatralis ſeditionis auctori leges ignouerūt:no tataſq̄ ſedes ignominiæ diſcrimine æquo aīo tulerūt.Eo orāte pſcriptoꝝ libe ros honores petere puduit.Sed de his ſatis:nā delibāda tīmō fuerūt.In ſūma hoc dictū ſit de Ci.q̄ in oī eloquētiæ gñe deus eſt:Nunq̄ aliqs eū dormitātē de prehēdit:a quo ceu fonte penni oīa:& ſingula oratoꝝ flumina oriuntur:q fons ingeniorū eſt omniū:& ſolus eſt ſine ſacietate.Nō ſine cā plures eū latinæ lin guæ regulam:& normam appellarunt.Soli Ci.nomen eloquentiæ multi tribue

Auctoritas ī cōſiliis plurimum ualet. Ethicō & patheticon faciunt eloquentiam admirabilem.

Ciceronianæ actiōis laus.

Cice.diuinus hō natus ad ferendū auxiliū hoībus.

Victi & pterriti uiri a Ci. eloquentia.

Ci.eſt deus ī omni eloquētiæ genere.

runt.Certauit cũ Ci.omnis eius ætas/quæ tot eloquẽtiſſimorꝫ hoíum copias ha
buit:Et pudore uicta regem inuidioſo uero tñ noíe uocitans/ei palmã cõceſſit:
quod ut Fabius etiam inquit regnare in judiciis dictus eſt.A.Cecinna Ci.ſe cli
entem facit quem oíum patronũ nominat.Cice.nõ antiquitas ſolũ:ſed quædã
prope diuinitas extra ictum/ſupraq; iniuriam poſuit.Hac ratione Plinius affir
mat.M.T.extra omnem ingenii aleam poſitum:qui & alias facundiæ litterarũ
latinarum parentem/& alteram doctrinarꝫ lucem nuncupauit/& ſubdit:Salue
primus oíum parens patriæ appellare:Primus in toga triumphũ/linguæq; lau
ream merite:Et facũdiæ litterarũ latinarum parens:atq;(ut dictator Cæſar ho
ſtis quõdam tuus de te ſcripſit)oíum triũphorũ lauream adepte maiorẽ.Q uã
to plus eſt ingenii romani terminos/in tãtum promouiſſe/q̃ imperii.Cor.Taci/
tus auctor eſt nullius ingenuæ diſciplinæ ſcientiam Cice.defuiſſe ex eius libris
dephendi.hic eſt cõſumatus ille orator/undecunq; perfectiſſimus/quem poetæ
fere omnes i cælum laudibus certatim ferunt:quem Veronenſis poeta docti co
gnomine inclytus ita alloquitur:Diſertiſſime Romuli nepotũ:quot ſũt:quotq;
fuerunt.M.T.Atq; poſt aliis erunt in annis.De quo ita Lucanus cecinit: Ro/
mani maximus auctor Tullius eloquii:de quo Silius:Furialia bella fulmine cõ
peſcet linguæ:nec deinde relinquet par decus eloquii cuiq̃ ſperare nepotũ: De
quo Iuue.Tantum igitur muros intra toga contulit illi nois & tituli:Q uãtum
nõ leucade/quãtũ Theſſaliæ cãpis Octauius abſtulit udo cædibus aſſiduis gla
dio:ſed Roma pentem Roma patrem patriæ Ci.libera dixit.Alibi:Eloquium:
ac famã Demoſthenis:ac Ciceronis:Et paulo ĩfra:eloquio ſed uterq; perit ora/
tor/utrunq; largus/& exundans læto dedit ingenii fons.Epigrãmatarius poeta:
Illud laurigeros ageres qũ Læta triumphos hoc tibi Roma caput : qũ loq̃reris
erat.De quo Manlius:Et cẽſu Tul.oris emeritus cælũ.q̃ mirabiliter laudatur:
& miſerabil'r fletur apud Senecã a Cor.Seuero. Oraq; magnanimũ &c.nota
ſunt carmina.Sed iã poetas dimittamus.Ipſe Sene.apte fatetur: Si non bello
rũ ciuiliũ furor Ci.eripuiſſet:ſe id ingeniũ/quod ſolũ Po.R.par impio habuit:
cognoſcere potuiſſe.Planeq; oñdere uidetur nobis q̃ta Cic.eloquẽtia fuerit:his
uerbis:Q uicquid Romana facũdia habet:quod inſolẽti græciæ/aut opponat:
aut p̃ferat/circa Cice.efloruit:omnia ingenia:quæ lucem noſtris ſtudiis attule
rũt/tum nata ſunt:In deterius cotidie data res eſt.Macrobius/cũ ab aliis/tũ ab
ipſo Boetio tantopere laudatus in unius Ciceroniani libri uel exiguam parti/
culam uerſatur:ut nec Platoni comparem faceret/nec omnibus inſignire eum
diſciplinarum omniũ titulis dubitauerit.Nã de.A.G.& Martiano quid dicã?
Q uorum alter ut numẽ.Cice.ueneratur:alter rhetoricam inducit in deorũ con
uentu Cicer.præcepta unius admirari : his inniti:hunc dicere ſuum columen
eſſe.Apud iuriſconſultos auctoritas ei ſumma eſt:& pluribus in locis citatur:
proq; ratione teſtimonia Ci.habentur:unde in libro de uerbo.ſignifica.diffini/
tio littoris ex Cice.ſententia comprobatur.Et digeſtis de origi.iuris Ligariana

A.Cecina pa tronũ oíum Ci.uocat.

Cicero ſupra ictũ & iniu ria poſitus.

Plinii de Cic. iudicium.

Cicerõis lau des ex aucto ribus.

Ligariana oratio. Cluentiana oratio.

oratio citatur. Et in ti. de pœnis/exemplum orationis pro Cluētio Habito mu
tuātur. Quod hic de eloquētiæ interitu: ſiue īclinatione ſcribit Seneca: diffuſi/
us Tacitus ꝓſequitur: & ipſe Cicero præuidiſſe in tuſcu. quæſtiōibus uidetur.

Poſt mortem Ci. factus eſt eloquentię interitus.

Lactātius Firmianus chriſtianoꝝ profeſſoꝝ facundiſſimus Ci. teſtatur in oran
dis cauſis regnaſſe/uelut media regnat Baſiliſcus harena: & alibi ita ſcriptū re/
liquit: Tullius ſummus philoſophus ſectæ academicæ ꝑfectus orator/ſua elo/
quētia corda hoīum in manibus ſuis habuit: ut qcquid uſq̃ eloquii per latinoꝝ
alueos fluxit/ab hoc fonte ꝓgreſſum eſt. Diuus Seuerinus Boetiꝰ ita utitur Ci.

Cicerōis laudes ex auctōribus.

teſtimoniis: ut ea pro firmiſſimis/& īdubitabilibus obiiciat argumētis: & ipſius
topicoꝝ interꝑtationē pro magna laude/& īmenſo ope ſuſcepit. Barbarus Hie
rony. tanti facit Ci. eloquētiā: ut Demoſthenē illi poſtponens/Torrentē eum ap
pellauerit: Ciceronē uero flumen & mare: Et interdū Ci. lectionem uerbo dei p̄
poſuerit: ob quod diuinitus correptus/& Ciceronianus ante dei tribunal appel
latus fuit: ſicut ipſe ſcribit: & Ruffinus affirmat: & in decretis di. xxxvii. memo
ratur: Neq; tñ unquā eloquētiam eius deſeruit: Nā licet diuina myſteria nō in/
digeant uerboꝝ pompa: tñ ſi claritate ſermonis/ac eloquētiæ lumine illuſtratur
potētius in animos influunt/altius inſident/profundius penetrant: & ueritas fa
cilius defenditur: & admirabilius ſuperat. Vnde idē ipſe Hiero. qum poſt repe
titam dehinc ſtatim Ciceronis lectionē periurus a Ruffino argueretur/etiā gra

Auguſtini de Ci. teſtimōiū.

uiſſime cōqueritur: ꝙ ſibi ab illo ſuamet ſomnia obiicerētur. Auguſtinꝰ quoq;
cuius tāta ē in oībus diſciplinis auctoritas: ut ab ipſius ſnīa nulla perie ſit pro/
uocatio: in academicis: quanq̃ ſub alterius pſona/nunc ſuū Ciceronē/nūc ſapiē
tem appellat: affirmatq; ab ipſo in latina lingua philoſophiam/& incohatā eē
& perfectam: Tum in confeſſionibus: ubi neutiquā perſonatus eſt/eos profeſſo
damnat: qui linguā tantūmō Cice. mirantur: pectus non ita: quinimmo ꝙ affe/
ctum mutauerit ipſe: ꝙ ad deū preces/& uota conuerterit: ꝙ deſideria non ca/
dem/quæ prius habuerit: quod oīs ei uana ſpes euiluerit: ꝙ īmortalitatem ſapi
entiæ quæſierit æſtu cordis incredibili: Poſtremo ꝙ ſurgere iam cœperit: ut ad
deum reuerteretur: Cuncta hæc eſſe Ciceronis munus fatetur: uniq; prorſus il/

Hortenſius Ci. fuit ſalus Auguſtini

lius libro: qui Hortenſius dictus/oēm ſuæ ſalutis occaſionem rettulit acceptā.
Nō enim ad acuendā linguā liber inqt ille offerebatur: nec locutionem mihi:
Sed quod loquebatur perſuaſerat. Cæterum in tam latum/& profundum pela
gus cymbam meam tam fragilem prouehere timeo. Qum enim ab omnibus
omnium fere ſæculorum ſcriptoribus/qui poſt eum fuerunt: laudatus fuerit: &
adhuc illaudatus uideatur: Vela cōtrahere: & remos inhibere tutius eſt: Ne tot:
ac tam immenſis laudum fluctibus undiq; occurrentibus obruar. Satis ſit ex
Fabio pauca hæc attigiſſe præconia: Et uelut quaſdam primitias tanti ora/

Quintiliani de Cice. iudicium.

toris uno (ut aiunt) ſpiritu recitaſſe: Et ad aures tuas pertuliſſe: ut intelligas iu
dicium uerum: & ab omnibus comprobatam eſſe Quintiliani de Cicero. ſen/
tentiam: Quod dono quodam prouidentiæ genitus fuerit: In quo totas uires

ſuas expiretur eloquētia.Q uicq̄ id apud poſteros conſecutus ſit:ut Ciceronis iam non hominis nouē:Sed eloquētiæ habeatur.Q ūq; in oī munere & numero ſemp optimū eſſe eligendū ſit perſuaſiſſimū:hunc imitandū ſibi ꝓponant: a quo oēs eloquentiæ principes:quicunq; ſummā dicendi gloriam poſt eū conſecuti ſunt:oēs inquā Tulliano uelut lacte nutriti:& educati ſūt.A.M.Tullio profluentem:& lacteā ubertatē Liuius arripuit.Acumen Q uintilianus:elegātiam Plinius:lenitatē Curtius:Candorē Suetonius:uirtutes ꝓprias cæteri:& ſingulares:& ſingulas ſinguli ab eodē fonte hauſerunt.Q uoꝝ fuit unum prope omnium imitādi propoſitū.Et tñ nihil eſt tā diſſimile q̄ ipſi inter ſeſe nihil tā diſtans:q̄ ipſi a Cicerone:Cuius tñ ita ſunt aut ſimillimi:aut certe ſimiles:ut filii parentū:Q uoꝝ notas habent:formę ſimilitudinē præſeferunt:animi effigiem effingunt:uultū aſpectū inceſſum:ſtatū motū:uocē:ſermonem:Deniq; & corporis lineamenta rep̄ſentant:Et tñ in hac tanta ſimilitudine:quoniā habēt aliquid ſuum:& naturale:aliquid diuerſum:& ab illoꝝ imagine alienum:Q um cōparantur:diſſimiles inter ſe eſſe uidētur.Sic auctores i.h Ciceronis alūni ab eo diſtant:quē imitati ſunt inter ſe cōparati diſſimiles ſunt q eadē imitatione uſi ſunt pulchra.ſ.uenuſta:decora:ſine faſtidio ſimilitudinis:ꝓprietate ſtili non ridicula:deformi:& turpitudinis plena:Q ualis eſt quorūdam ſcriptorū noſtri tēporis.Q ui quo magis ſe erigere uolunt:eo fœdius pudenda detegunt:Q uo altius euolare nituntur:eo impudentius furtiuis nudati pēnis:& pinnis concidunt.Deniq; non aliter ſunt Ci.ſimiles:aut alterius cuiuſuis auctoris:quam ſimia ſimilis ē hominis : Cicero in.ii.de or.ubi narrat cauſam / cur ętates extulerint ſingulæ ſingula prope genera dicendi:inqt:Ex quoꝝ ſcriptis cuiuſq; ætatis quæ dicendi ratio:uoluntaſq; fuerit intelligi pōt.Antiquiſſimi fere ſunt:quorum quidē ſcripta cōſtent:Pericles:atq; Alcibiades:Et eadē ætate Thucydides ſubtiles:acuti:breues:ſententiis magis q̄ uerbis abundātes.Non potuiſſet accidere ut unum genus eſſet omnium:niſi aliquē ſibi proponerēt ad imitandum. Conſecuti ſunt hos Critias Theramenes Lyſias.Multa lyſiæ ſcripta ſunt: Nonnulla Critiæ.De Theramene audiuimus: Omnes etiam tum retinebant illum Periclis:ſuccum:ſed erant paulo uberiore filo.Ecce tibi exortus ē Iſocrates magiſter iſtorū omnium:cuius e ludo tanquā ex equo Troiano innumeri principes exierunt:ſed eorū partim in pōpa:partim in acie illuſtres eē uoluerūt.Itaq; & illi Theopompi:Ephori:phyliſti naucrate:multiq; alii naturis differunt:uoluntate aūt ſimiles ſunt & inter ſeſe:& magiſtri:& ii:qui ſe ad cauſas cōtulerūt ut demoſthenes:hyperides:lycurgus:eſchines:dinarchus aliiq; cōplures:Et ſi inter ſe pares nō fuerūt:tñ ſūt oēs in eodē ueritatis imitādæ genere uerſati:Q uorū quādiu māſit imitatio:tā diu genus illud dicēdi:ſtudiūq; uixit: Poſteaq̄ extictis his:oīs eoꝝ memoria ſenſim obſcurata ē:Et euanuit:Alia q̄dā dicēdi molliora:ac remiſſiora genera uiguerūt.Inde demochares quē aiunt ſororis filium fuiſſe demoſthenis:tum phalereus ille demetrius omnium iſtorum mea ſenten

Optimū ſemp eligendū.

Eloquentiſſimi omnes a Ci.hauſerunt eloquētiam.

Similitudo imitantiū ad auc.qualis filiorum ad parentes.

Scriptorum quorundā noſtri temporis turpitudo.

Imitatio facit dicēdi genus

Demochares filius ſororis demoſthenis.

tia politiſſimus:Aliiq̃ horũ ſimiles extiterũt.Q uæ ſi uolemus uſq; ad hoc tem pus pſequi:intelligemus:(ut etiã Alabandẽſem illũ Menedemũ:& eius filium Hierodẽ:Q uos ego audiui:tota imitetur græcia) ſic ſemp fuiſſe aliquem cu ius ſe ſimiles eẽ uellent.Eſt inquit quidã impoſſibile Ciceronẽ imitari:qui imi tabilis minime uidetur.Et experiẽtibus ſpẽ aſſequẽdæ ſimilitudinis ſuæ eripit.

Ciceronem ĩ imitabileq̃dã dicunt.

Eſto:Sed & oẽs:q in hãc diẽ Ciceronẽ imitati ſunt:nõ potuerunt:nec ſperarũt ſe eodẽ mõ poſſe dicere:Aut ad eã diuinitatẽ poſſe puenire: aliquã tñ eius ptẽ adepti:æternũ nomẽ meruerũt.Iccirco Cælius Fabius doctor omnium docto rum in primo ſcribit:Nam eſt certe aliqd cõſumata eloqntia: Neq; ad eã pue nire natura humani ingenii prohibet: Q uod ſi non cõtingat: Altius tñ ibunt: qui ad ſũma nitentur:q̃ qui præſumpta deſperatiõe:quo uelint:euadendi proti nus circa ima ſubſtiterint.Et in ultimo ad hũc ſenſum:Nã ſi natura nõ phibet & eſſe uirũ bonũ:& eſſe dicẽdi pitum:Cur nõ etiã aliquis utrunq; cõſequi poſ ſet:Cur aũt nõ ſe quiſq; ſperet fore illũ aliquẽ:Ad quod ſi uires ingenii nõ ſuf fecerint:tñ ad quẽ uſq; modũ pceſſerimus:meliores erimus ex utroq;. Q uod ſi(ut idẽ ueriſſime ait)oĩa:quæ magna ſunt:atq; admirabilia. Tẽpus aliquod: quo primũ efficerẽtur:habuerũt:Et qcquid ẽ optimũ:ante nõ fuerat: Sũma ẽt

Sũmã ſemp appetere debemus.

deſperare haud quaquã debemus:Q uibus ingeniũ:ualitudo:præceptor nõ de ſunt.Non efficimus:quod primum ẽ:At pulcrũ eſt in ſecundis:tertiiſq; conſi ſtere:Vt Cicero ait.Neq; enim ſiquis Achillis gloriã imbecillis conſequi nõ põt Aiacis:aut Diomedis laudẽ aſpernabitur.Neq; qui Homeri:nõ Tyrtei.Q uin immo ſi hanc cogitationẽ homines habuiſſent.Vt nemo ſe meliorẽ fore:eo:qui optimus fuiſſet:arbitraretur:ii:qui ipſi ſũt optimi:nõ fuiſſent.Neq; poſt Lucre tium ac Macrũ Virgilius:Nec poſt Craſſum:& Hortenſium Cicero. Sed nec alii:poſt eos uicerunt.Verũ ut tranſcũdi ſpes non ſit magna: Tamẽ eſt digni tas ſubſequendi. An Pollio:& Meſſala:qui iã Cicerone arcem tenente eloquen tiæ agere cœperunt:parum in uita dignitatis habuerũt:paŗ ad poſteres glorię tradiderunt.Q uã ueriſſima porro:& catholica ſnĩa ẽ Fabii Q uintiliani:Et oĩ præconio atq; admiratione digniſſima:Q uam ſentẽtiã a Moderato colu.mu tuatus uidetur:cuius uerba hæc ſunt.Poſt hanc tam multaŗ:tamq; multipli cium rerum prædicationẽ non præterit:ſi quem deſideramus agricolam quẽq; deſcribemus:exegero:a participibus agreſtium opeŗ tardentur ſtudia diſcen tium:Q ui tam uariæ:tam uaſtæ ſcientiæ deſperatione conterriti nolent expe riri:quod ſe aſſequi poſſe diffident.Verum tamẽ : quod in oratore iã.M.Tul lius rectiſſime dixit:par eſt eos q generi humano res utiliſſimas quæreret:& per penſas:exploratasq; memoriæ tradere concupierint:cuncta tentare. Nec ſi uel illa præſtantis ingenii uis:uel inclytarum artium defecerit inſtrumentum: con feſtim debemus ad ociũ:& inertiam deuolui.Sed quod ſapiẽter ſperauerim9: perſeueranter conſectari.Summũ enim culmen affectantes:ſatis honeſte uel ĩ ſecundo faſtigio conſpiciemur.An latiæ muſæ non ſolos adytis ſuis acciũ:&

Secũdum & tertium locũ habere pul crum eſt.

Summa ſem per appetẽda

tribuit argumētum. At factum illud unde iudicium eſt: ut trāſiſti: clamaſti: qui bus probatur occidiſti: Hoc ergo ultimum ē quod dixit a facto. Quod ipſum perſpicietur in tribus illis ante negociū: in negocio: poſt negociū: ſimul cū ſententiis: per quæ ſe explicant facta loco: tempore: mō: occaſiōe: facultate)) Quo mō factū tria ſignificat: ſi duas tātum ſignificatiōes explicat: quō iuquit Victorinus eſt factum tertiū: ſi primū non ꝓmiſit: Scribendū igitur. Nā factum tria ſignificat: Eſt factū uitæ præteritæ: quod perſonā ꝓbat: Eſt factū & illud: quod intenditur: Ipſum illud: quod dicitur: occidiſti: Eſt factū tertium hoc: quod tribuit argumentū &c. Non multo poſt in quibuſdam exemplaribus quædā uerba deſunt: in quibuſdam quædam ſuperflua ſunt: in quibuſdam quædam corrupta: & inuerſa: Tu locū ſincæritati ſuæ hunc in modū reddes. Ita tria hæc tribus ſuperioribus reſpondent: cōmodis incōmoda: illic retinendi: hic reiiciendi: illic augendi: hic minuendi: illic adipiſcendi: hic deuitandi: Quibus etiam illa accidunt: ut aliquid cōmodi ſumamus: uel ut maius cōmodum cōſequamur: uel ut maius incommodum uitemus: aut rurſum ut incommodū prætereamus uel ut maius cōmodum adipiſcamur: uel ut maius incommodum deuitemus. Nam & ſuſcipi cōmodum paruum poteſt: ut maius aliquod cōmodum conſequamur: uel incōmmodum maius uitetur. Et rurſus cōmodum contēni poteſt: uel ut maius cōmodum conſequamur: uel ut maius incōmodum uitetur: ut leno contentus fuit ſine lucro meretricem dare: ne ab Aeſchine uerberaretur: Et uelut in Verrinis accipi poteſt: malo non habere: quam rogare. Rurſus contempto cōmodo ſuſcipi maius cōmodum poteſt: ut Terentianum illud in ſuaſione: Pecuniam in loco negligere: maximum interdum eſt lucrum.

Factum tria ſignificat.

Malo nō habere: q rogare

Pecuniam in loco negligere maximum interdum eſt lucrum.

Emendationes non paucæ in Victorinum Ex Epiſtola ad Marcum Dandulum Equitem. Caput. xxvii.

DE modis ratiocinatiōis ſic uulgo legitur Victorinus. Argumēti quāta res ſit: quā appetierit: aut fugerit præter hæc duo uno etiā illud accuſator conſiderare debebit: ne forte iſta: quæ ſecutus ſit: aut fugerit: in opinione tantum habuerit reus: neq; conſecutus ſit commoditatem: neq; ullum malum fugerit: Sed dicendum eſt ei ita fuiſſe uiſum: quia arguitur: & ſit ſua opinione deceptus: Opinio autem dupliciter decipit: modo dum rem aliter putat: atq; ē eadem res: modo dum aliter euenit: q putauit. Res fallit ſi mala creditur: quum bona ſit: uel contra: uel neutrum: uel utrunq;. Ergo quum hoc itelligi poſſit: quod opinio fallit homines: tum in re: tum in euentu: In re reus: uti accepe: perit forte: defenſione nō ſibi antiquiorem fuiſſe pecuniam uita: aut fratris: aut amici. Accuſator debet uerum argumentum concedere: eſt enim credibile: ſed confirmare debebit hoc ei: qui arguitur: non ita uiſum fuiſſe: & hoc approbare ex attributis perſonæ: non illum habuiſſe opinionem: ſed illam potius habuiſſe: quod talis eſt ſcilicet: quod ſcilicet perſonæ eſt. Tu corriges: Augumēti ubi legitur argumenti: immo ubi uno: ut ſit. Immo etiam illud accuſator & cætera.

Opinio dupliciter decipit.

Item qui pro quia repones:qui arguitur:Et forte pro ſorte:ut ſit:quũ in re fruſtra uti acceperit forte defenſione:Item ubi legitur non illum habuiſſe opinionẽ:ad dice hanc:ut ſit lectio:non hanc illum habuiſſe opinionem. In fine quod talis eſt ſcilicet:quod ſcilicet pſonæ eſt:corrupte legitur.Melius:quod talis eſt:quod ſcilicet perſonæ eſt.In quibuſdam legitur exemplaribus .Nam ſublato uerbo ſubſtantiuo:quod ante.ſ.eſt:lectio caſtigata erit:quod talis ſcilicet perſonæ eſt. Deprauate etiam legitur:ſi in ratiocinatione opinio ponetur ini rmitatis loci ſunt quattuor:non tale eſſe:uel cõmodum:ut poſſit aliquem fallere : maxime ſe non potuiſſe:quod firmabitur pſona.Poſt hæc omnia defenſor uti poterit omnibus locis accuſatoris:ſi in alios crimen trãſferre uoluerit.Quẽadmodũ enim accuſator:quum cõuincat:defendit alios:& utitur partibus:ac locis defenſoris: ita & defenſor:ut ſe purget:accuſabit alios:& in hoc utitur partibus:ac locis accuſatoris:aut ſi fuiſſe concedet:extenuabit:quæ auget orator. Legendũ eſt infirmantis loci ſunt quattuor nõn infirmitatis:& accuſator ut reum conuincat.nõ autem qum conuincat:Et quæ auget accuſator non orator.

Correctiones quædam in Victorinum Ex epiſtola ad Marcum Dandulum equitem . Caput. xxviii.

AFfirmaui:& conſtanter affirmo omni libraria fide aduerſus reclamãtes multos eſſe errores:& pueriles quidẽ in Victorino:in quem nimis licẽtioſe graſſata eſt librariorũ inſcitia qualis eſt ille. Vnde illud melius conſiderare ex propoſito themate negocii:& ſi itẽ & aduerſarii rõnem diligẽter attendere:& ſic ſuſpiciones:atq; argumenta colligere: Nõne legendũ eẽ: & ſuã & aduerſarii rõnẽ & pueri cognoſcerent:& loco haud nimis remoto. Locoꝝ autem cõium genera duo ſunt:unũ quum certæ rei certa eſt amplificatio:aliud quũ rei dubiæ ẽ diſputatio:Amplificatio rei certe ẽ:ut pricidãii ſacrilegiũ:Dubiæ uero rei cõis locus ẽ:qui a græcis dicitur:quæ hẽt ptes duas:quæ icciirco locus cõis dicitur:quod ex materiæ genere nõ certũ quid deſignat:ſed habet tractatũ ex generalitate cõi:ut ſuſpitionibus credi oportere:uel non oportere : ſed hanc Theſim ciuilẽ:moralẽue teneamus:non illã:quæ apud philoſophos naturalis eſt:quilibet aũt hoꝝ locoꝝ quum interponitur (interponi aũt raro debet) ornat orationẽ:neq; interponendus locus:niſi quum aliqd iam probatũ ẽ:Etenĩ ſi locus cõis generalia loquitur:quaſi cauſam tenens:deſcendit ad cãm:ius iudicem tenet:quia iure iuratis ſedens audire deſiderat: ſñiam prolaturus eſt. Ergo ut parte cauſæ probata iudici utendũ eſt:aut in peroratione.i.Epilogis : ut aut renouetur : aut ſuſcitetur auditor : Omnis enim locus communis locutionum cuncta ornamenta deſiderat : quæ aut uerborum ſunt : aut ſententiarum , quæ dum apte , ac neceſſario dicuntur : oratorem ab oratore diſcernunt : Etenim quum loci communes cauſarum communes oratoribus ſimilitudine dictionis eſſe non poſſunt. Deeſt uerbum Theſis poſt illud a græcis dicitur : quod animaduertere poterant caſtigatores Victorini ex eo , quod ſtatim ſequitur:

Cõmunis locus deſiderat oĩa ornamẽta locutionũ

Sed hanc theſim ciuilem &c.Et infra.Hoc argumentum eſt ſolum/non argu/
mentũ per locum cõem:quæ ex cõtrario quoq; habeat ꝓbabiles rõnes.creden/
dum/nõ credendũ:ſuſpitionibus credi oportere:aut nõ oportere id eſt theſis/&
mox Paulo:hæc theſis eſt:credendũ/non credendũ. Quod aũt in parricidã:in
ſacrilegũ non ſacrilegũ ſcribẽdum ſit:pudet dicere. Non ita:quaſi cãm tenens
deſcendit ad cãm.qum ſcribẽdũ ſit diſcedit a cauſa. Sic ubi eſt.Iudici utẽdũ
eſt:ego libẽtius legerim:& melius legi crediderim:Ergo aut cauſæ parte ꝓba/
ta inducẽdus eſt:aut in peroratione.i.epilogis/& ſubiungit cãm:ut aut renoue/
tur:aut ſuſcitetur auditor.Mẽdoſa ſunt hæc etiã apud Victorinũ. Vt ea quæ
materiã argumẽtis præbẽt:& quum illa quæ quaſi hĩc artem negantur:iiſdem
attributionibus tribuant tractatũ:Delendũ eſt qum:& ante tractatũ:addẽdum
in approbatione:ut eſt in antiqs exemplaribus:& ſniæ ratio exigit.Manifeſta/
ria eſt & illa deprauatio Verũ in themate cõiectum cõiectura fuerit eius diui
ſionibus utamur:uel aliaꝝ:ſi quæ inciderint cõſtitutiones:Scribendũ eſt/ſuffra
gãte ueterũ librorũ fide:omiſſo uerbo adulterino:quũ ĩ themate cõiectura fue
rit:eius diuiſionibus utamur.Itẽq; & alterius/uel aliaꝝ:ſi quæ inciderint conſti
tutiones.Corrupta ẽt ſunt quæ ſequũtur. Subiũgit igitur in definitione loco
a parte accuſatoris:ſunt aũt & iſta quattuor:Definito/Approbatio definitionis
deductio diffinitionis/in ipſam certã ſpem de qua agitur:corrigendũ eſt locos
pro loco/ſublataq; cõiunctione & utpote ocioſa:definitio pro definito/ſpeciem
pro ſpem.Sic paulopoſt legitur. Turpis/aut inutilis demonſtratur aduerſario
& definitio ex honeſtatis partibus/& utilitatis:Caſtigandum autem pro aut:ad
uerſariorum pro aduerſario/& copula oblitterata.

Emendatæ dictiones corruptæ:additæq; quæ deſiderantur uoces in Victori
no/Ex Epiſtola ad Marcum Dandulum equitem. Cap.xxix.

TAnta fuit incuria/& correctoꝝ ignauia/ſeu negligentia:ut locos inſignes
neglexerint/& pueriles admiſerint corruptiones.Qualis eſt ea. Exẽplũ
generis.i.finitiui.C.Flaminius is/qui cõſul.R.hiſtoriã a poſt ſequentibus
dedit.Qua ſane lectione qd uoluerint intelligere plane nõ intelligo.Tu hanc re
pone loco a.Et infra ſcibitur. Nam eſſe quidẽ poſſunt alii cões loci ex cauſa:
& ex negocio nati nõ ex cõſtitutiõe:ut in calũniatorem:ut cõqueſtio miſericor/
diæ:ut ĩdignatio facti/& cætera huiuſmodi/quæ ex periculi magnitudine geni
ta nõ cõſtitutiones definitiuæ(ut diximus)Sed ex cõpoſitione circunſtantiæ:
quã nominamus/procreantur:Quæ lectio inoleuit ex negligẽtia magis:quã ex
ignorãtia.haud dubie Victorinus ita ſcriptũ reliquit:Ex cõpoſitione circũſtan
tiæ/quã περίστασιν noĩamus/procreantur.Nec ita multo poſt legere ẽ: Hac
de his locis cõmunibus periculi magnitudine ꝓcreatis in cõiecturali cõſtitutio
ne fecimus mẽtionem:qui/qualeſq; ſicut explicãtes.Et hãc nugationem habent
codices oẽs uulgo/quos uidimus impreſſos.Vera & emendata lectio habet : Ac
non hac:ſint nõ ſicut:ut ſit:Ac de his locis communibus periculi magnitudine

Periſtaſis circunſtantia.

procreatis in cōiecturali constitutione fecimus mentionē quiſqualeſq; ſint ex/plicantes. Miror & mendū illud non fuiſſe animaduerſum/uel ex Ciceroīs uerbis/& ipſo ſenſu. Subiungit uero exemplū tranſlatiōis: Q um agit iniuriarum cui precisa i annis eſt: Et is/qui praecidit: exceptionē poſtulat: qū manus nō in annis caſtigata ſit lectio. Adiicio & illā corruptionē/quae ſtatim ſequitur. De inde per cōiecturā tractandū ut: malicia tractandū aliud/qum aliud ſimiliter in ſtulticia/an neceſſitate. Mihi uerbum ſimuletur ubi eſt ſimiliter reponen/dum uidetur. Nec eſt negligēda offenſio/quae duplex eſt mox paulo. Sit no/bis praeſcriptio iniuriarum de caede exceptio niſi praeiudiciū facias. Vetus ma nus melius: ſit nobis praeſcriptio iniuriarū actiōe praeiudicium facias de cae de. Notandū eſt & illud. Nunc ſubiūgit in hanc negocialē qualitatē queād/modum/& unde argūmenta ſocianda ſunt. Codices antiqui facienda. Miror & hoc non eē animaduerſum. Sed in abſoluta ipſa iura proferimus: ut factū defendas: qū proferas legendū eē ipſum illud/ut factū defendas/docet. Locus etiam/qui ſequitur nō eſt ocioſe praetereundus: Hoc tñ: qū & in negociali haec ſint: diſtat abſoluta ab negociali: Q uod illa latius aſſumit ut probet quemad/modum nouū ius eſſe poſſit: de quo quaeritur Abſoluta aūt ipſa iura aſſumit: ut probet factum. Malim nanq; ita legere: Diſtat abſoluta a negociali: Q uod illa ius aſſumit: ut probet: quemadmodū nouū ius eē poſſit: de quo quaeritur. Abſoluta aūt ipſa iura aſſumit: ut probet factū. Nō multū ab hoc diſtat & illc.

Huius cōſtitutionis idē finitiuae Tractatu omiſſo/ipſam conſiderat cōpenſa/tionem. Ac pcepta haec cōſtitu t: ut ſi quid p cōiecturā tractandū: ſi prima par te Tractetur. Vel hoc nō obfuiſſe: uel hoc non futurū fuiſſe: priſca exemplaria habent: id eſt loco idem: ſit loco ſi: uel non hoc aio feciſſe: pro uel hoc nō obfuiſ/ſe. Sed & uulgatam quis lectionē tueri poſſet in illo: uel hoc non obfuiſſe: &c. Non multum ab hoc diuerſus eſt. Loci cōmunes inerunt accuſatoris in eum/qui qum de facto turpi aliquo aut inutili/aut utrūq; fateatur; quaerat tamē ali quam defenſionem/& facti inutilitatem: aut turpitudinē cum indignatione p ferre: Relatio criminis &c. Praetermiſſa fuerunt ab impreſſoribus haec uerba quae ante illud: Relatio criminis in priſcis exēplaribus leguntur. Q ui dicit fe ci: ſed profui: confitetur: feci: Et defenſionem ſibi aliunde conquirit: in huiuſmo di hominem uel reum dicit inuehendum. Inualuit & haec lectio: ſi quidem & tu illam: qua punitus es: audire uoluiſti: quae a labe uindicabitur: ſi nimis anti/quam declinatiōem punitus es tollas: & puniiſti reponas: Et quam pro qua: ne ſoloeciſmū Marius feciſſe uideatur. Soritici ſyllogiſmi fecit formā: Q ui in infinitum ſemper de intecta rei definitione porrigitur. Prima (ut dici ſolet) frō te haec lectio recta uiſa eſt. Poſtea rectius conſideranti uiſum ē non intecta: ſed intenta Victorinū ſcripſiſſe. Vti paulo aū: Modo crimen igeris: poſtea q̄ poe nas ſumpſiſti de ſorore: Non modo crimen ingens: ut uulgo legitur. Sic infra mendoſe legitur. Deinde adiungat ad probationem definitionis p approbatio

Soritici ſyllo giſmi forma.

nem:Citra ad.Itē Q uod ſit eius facinus non ignorabile:qũ leuius ſcribēdum ſit:nō eius Sic. Q uoniã cõuenit negociali abſoluta qualitas:Q um & rei ue/ritas exigat:Et manus priſca habeat:iuridiciali nõ negociali.

Caſtigationes in Ci.Rhetoricos De inuẽtione Ex epiſtola Ad Dominicum Bonum. Caput.xxx.

INſignis tua ꝓbitas:Nec ullo indiget præcone:Inſignis ē & eruditio: Q ui in tot tantiſq; occupationibus & Familiaribus/ & publicis errores tollere q̃ris ex his operibus/quæ ſunt in manibus omnium:& negliguntur:uti ſunt libri Rheto.Cice.de inuentione:quos magiſtri cotidie diſcipulis enarrant: nec unquã caſtigant:uel inſcitia/uel negligẽtia/uel utroq; uitio.In tranſcurſu locos tibi ſignaui:non contentus iuſſiſti:ut eos tumultuarie colligerē: Et per epiſtolã ad te darem:Feci:An effecerim aliquid Minerua tua ſubtilis/& acuta uiderit. Ordinē hunc ſeruaui:ne labor īquiſitionis tibi daretur:Vt Tulliana uerba prætexerentur ſingulis noſtris quæ ſubſeqũtur/ caſtigationibus hunc in modum.

Q uo tēpore qdã magnus uidelicet uir/& ſapiens cognouit:quæ materia eēt: Et quãta ad maximas res opportunitas animis ineſſet hominum: Si quis eam poſſet elicere:& præcipiēdo meliores reddere.))uera lectio(ut arbitror)eſt meliorē.Nã de opportunitate/quæ humanis ineſt animis/loquitur.Si quis eã poſſet inquit elicere:Et præcipiēdo meliorē reddere. Profecto nemo niſi graui/ac ſuaui cõmotus rõne:qũ uiribus plurimũ poſſet:ad ius uoluiſſet ſine ui deſcen/dere.))Oratione nõ rõne legēdum eē & cæci(ut aiunt)uiderent :Q uo magis huiuſmõi offenſacula miror. Omnis res/quæ habet in ſe poſitã in dictiōe/aut diſceptatiōe aliquã controuerſiã.))Ac libētius q̃ aut legerim. Firmamentum eſt firmiſſima argumētatio defenſoris/& aptiſſima ad iudicationē.))Tu uide ne melior ſit lectio appoſitiſſima. Nã pleriſq; breuiter dicere uidetur:q ita dicunt.Acceſſi ad ædes:puerũ uocaui.))Manuſcripti codices dicit.Sed & dicũt defendi põt a grãmaticis.Hoc igitur uitandũ eſt:ne cuius genus poſueris/eius ſecum ſicuti aliquã ptem diuiſam/ac diſſimilē ponas i eadē partitiōe.))Error turpiſſimus/& multiplex:Sic corrige.Hoc igitur uitandũ eſt: ne qũ genus poſueris:eius ſpeciē ſicuti aliquã diuerſam ptem/ac diſſimilē ponas in eadē partitione.

Perſonæ at/tributa.

Ac pſonis has res attributas putamus: Nomē/naturã/uictum/formam habitũ:affectionē:ſtudia:cõſilia:facta:caſus:orationēs.)) Fortunã ſcribi debere præter antiquæ manus fidē:& omnes rhetorici docent:Ci.& interpres Victorinus:cuius uerba ſunt hæc:Perſonis aũt attributa ſunt.xi. Nomen: natura:ui/ctus:fortuna:habitus:affectio:ſtudiũ:cõſilia:facta:caſus:orationes.

Studiũ qd.

Studium ē aũt animi aſſidua:& uehemēs ad reliquã rē applicata magna cũ uolũtate oc/cupatio:ut philoſophiæ:poeticæ:geometriæ:litteraꝝ.))Emēdatius ſic legetur: Studiũ eſt aũt animi aſſidua:& uehemēs ad aliquã rem applicata magna cum uoluptate occupatio:ut philoſophiæ/poeticæ geometriæ:litterarũ . Q uod eni eſt ad reliquã rē hoc loco:

Tēpus quid.

Tēpus aũt id:quo nunc utimur ē (nam ipſum qui

dem definire difficile ē(p̄s quædã æternitatis cũ alicuius annui menſura/diurni/ueſpertini:nocturniue ſpacii ex certa ſignificatiõe.))quidã codices mẽſtrui: Vetus lectio ꝓbior habet generale poſt quidẽ/& mẽſurni nõ menſura/non mẽſtrui:Exq; præpoſitionẽ reſpuit hoc mõ.Tẽpus aũt id:quo nũc utimur/eſt(nã ipſum qdẽ generale definire difficile eſt:) Pars q̃dã æternitatis cũ alicuius annui menſtrui/diurni/ueſpertini/nocturniue ſpacii certa ſignificatiõe. Priſciani quoq; auctoritas Mẽſurni nõ mẽſtrui legẽdũ cenſet his uerbis: Quercus etiã quernus:Corilus Colurnus:Tacitus taciturnus:Menſis Mẽſurnus:Sic.n.Cicero poſuit pro mẽſtruus in prio rhetoricoꝝ.Pars quædam æternitatis cũ alicuius annui/mẽſurni/diurni/nocturni/ueſpertini certa ſignificatione. Hæc ille in primo. Conſideratur aũt tp̄s & anni/& mẽſis/& diei/& noctis:& uigiliæ:& horæ:& aliqua p̄te alicuius horũ.))Rectius cũ præpoſitiõe legetur. Et in aliqua p̄te alicuius horũ. Deĩde:Et quæ ea de re:& aut eius rei ſit lex:cõſuetudo:actio iudiciũ:ſcientia:artificiũ.Deinde natura eius euenire uulgo ſoleat:an inſolenter & raro:))ego hãc lectionẽ corruptã eẽ ſp exiſtimaui:& ueriorẽ lectionẽ eẽ. Deinde ſi quid ex natura eius &c.In qua opiniõe me confirmat priſca manus. Menſurnus a menſis.

Approbatũ eſt ꝙ homines:qũ dubiũ eſſet quale haberi oporteret.ſua cõſtituerit auctoritate:ueluti Gracchi patris factũ:quẽ Po. R.ob id factũ quod inſciẽte collega in cenſura nihil geſſit:poſt cenſurã fecit conſulẽ.))corrupte legi in cenſura nihil geſſi:nemo non uidet:niſi qui ignorat ſignificationem huius uocis nihil:quæ quidẽ in antiquis codicibus non habetur. Quid hunc tãta Thebanorum gloria tam claro/quam exornato trophæo carius/atq; antiquius habere conuenit.))libet clara pro claro reponere refragantibus etiam cunctis exemplaribus uulgo ĩpreſſis.& pleriſq; manuſcriptis. Quod ſi leges omnes ad utilitatem reip.referri conuenit:Hoc aũt reip.pro fuit:profecto non poteſt eodem pacto & ſaluti cõmuni conſuluiſſe:& legibus non obtemperaſſe.))habẽt antiqui codices non hoc:ſed hic aũt reip.profuit:& aptius ut arbitror. Aut ſi quod in quibuſdã rebus:aut hominibus accidit:id hominibus dicatur uſu euenire hoc pacto.))emendatius legetur id omnibus dicatur uſu euenire. Quis negabit:qui Ciceronis pręceptũ & uerba hoc loco percipit:nec ſuſpicari poſſũ hunc errorem in omnibus exẽplaribus niſi librariorũ incuria inualuiſſe.Hanc ſi quis partem putant eſſe orationis:ſequatur Hermagoram licebit.))quiſq́s non neſcit diſcernere inter congruum:& incõgruum ſermonem:diſcernit hoc loco ſolæciſmum eſſe niſi putarit pro putant ſcribatur. Ideo quo nihil ſimplici ĩ genere ex parte perfectum natura expoliuit.))niſi deeſſet dictio ad ſenſũ maxime ſpectans:non admonerem:legendum eſſe omni ex parte:non ex parte:ut ſit nihil ſimplici ĩ genere omni ex parte perfectum natura expoliuit. Et hi qui aliter hoc de genere ac de cõmuni cõiectura ꝑcipiendum putant.))Si totum locũ conſideres:legendum contendas de omni:non de communi.

Caſtigationes in libros Rhetoricos quos.M.Tullius Cicero adoleſcens ſcri

pſit ad.C.ſiue.L.Herennium/Q uæ noua ars uulgo appellatur Ex epiſtola Ad Franciſcum Bragadenũ philoſophum/Et Dominicum Contarenum Prætores Brix. Caput.xxxi.

DVo ſunt principũ genera/quos litterarum ſacra laude digniſſimos cen
ſent litterati/& hi qbus qum litteris dare operam plene non licuerit:lit/
teras/& litteratos fouent:ſtudia/& doctorum cõſilia adiuuant. Q uid
enim melius/quã qum litteratus Regnat:& Populos litterarũ amator gubernat?
Tales & uos eſſe conſtat Clariſſimi prætores:quorũ unus omnium doctrinarũ
peritia cædit nemini : Alter ita diſciplías oẽs/ita doctores amplexatur:ut nulli
priorum regum / quorum munificentia Muſis / & apollini admirationi fuit:
poſtponendus ſit.Has/& alias uirtutes ueſtras uidet:& admiratur Brixiana ci/
uitas uniuerſa:Q uæ ueſtrã concordiã/Iuſticiamq; perpetuis monumentis mã
dauit.Has ego cotidie fere experior:& recolo domi/foris:In hac maxime acade
mia/quã totiens ueſtra præſentia honeſtatis/mihi audientiam facientes ea atten
tione/Q uam præſtare ſolent:Q ui ad me audiendũ non tam honoris mei/q̃ p/
fectus ſui gratia accedunt.Sed ego mecũ habito/non ignarus nullã uobis utili
tatem ſapientiſſimis/& eloquentiſſimis uiris litteras noſtras poſſe: ut forte ali/
quam uoluptatem afferre:Cuius gratia etiã nunc haſce in Rhetoricos ad Herẽ
nium caſtigatiões his litteris inſertas mittimus:prout a noſtris auditoribus ex/
ceptę fuerunt.Q uæſo uos:Ne uidere deſpiciatis: Et te maxime Bragadene p̃/
tor oro:ſi qd ocii in tanta adminiſtratiõis mole nactus fueris:plegas :Et boni:p
tui ingenii genio/cõſulas.Te quidẽ unũ maxie appello. Q uod ut collega tuus
ad martialia arma natus uidetur: Ita tu ad omnes litteras/ad hũanitatis ſtudia:
natus eẽ uideris:arma tractãs nõ manu:ſed cõſilio/mirabiliq; prudentia. Nihil
in his noui:ne te fallã:leges:Nihil:quod fructũ neſcio an uoluptatẽ afferat:uti
p̃fatus ſum.Cur igitur miſiſti?Q uia qualiacũq; ſunt:a te publice pbata ſunt.
Non tibi præterea:ſed aliis ſcripta ſunt:Q ui tua nõ pollent uirtute:non tuo p̃
ſtant ingenio:nõ cæteris abundãt:quæ tibi oĩa ſũma ſunt.Idq; qa non fecerũt:
quod tu feciſti: Q ui nihil in philoſophiæ ſtudiis:nihil in reliquis liberalibus ar
tibus opoſum omiſiſti:quod nõ perſcrutatus fueris:Nihil in manſuetiorũ mu/
ſarum penetralibus intactũ reliquiſti:Deniq; ad.R.P.tã plenus ſapientia/& re/
rum omniũ cognitione acceſſiſti:ut in eius gubernatiõe Solon oĩbus uidearis.
Oĩa ita curas:Ita prouides:ita excipis:ut nihil tibi unquã accidat ſubitũ:nihil
nõ præuiſum.Nihil a ſenatu tibi mandatur aut graue:aut arduũ:quod nõ libẽ
ti:fortiq; animo obeas:feliciterq; abſoluas:Nihil proponitur a.P.C.quod nõ cõ
ſilii iudiciiq; promptitudine quã primũ expedias. Q ui parẽtem necaſſe iudi
catus erit:ut is obuolutus & obligatus corio deuehatur influentẽ.))Ego quãq̃
refragãtur oĩa fere exẽplaria:lectionẽ corruptam & mutilatam cẽſeo:Itaq; ſuæ
ſincæritati reſtituendã.Q ui parẽtẽ necaſſe iudicatus erit:ut is obuolutus folli/
culo:& obligatus culeo deuchatur influentẽ.Erat.n.pœna parricidæ:ut quodã

tegumento ex lupina pelle ore contecto:uirgis ſanguineis in culeo:Q ui(ut ait
Fulgĕtius)Saccus erat noie in pœna parricidarum notiſſimo/inſueretur cum
cane/& gallo gallinaceo/& uipera/& ſimia:Deinde in mare/aut in flumen cu/
leus deiiceretur.hinc ſatyricus aquinas de Nerone uti multorũ parricidiorum
reo:Cuius ſupplicio nõ debuit una parari ſimia: nec ſerpens unus:nec eculeus
unus.M.Tullius ꝓ Roſcio Amerino hæc diuinitus de parricidarũ pœna ſcri
bit.Itaqꝫ qũ multis intelligi põt/Maiores noſtros non modo armis pluſq̃ cæte/
ras nationes:uerũ etiã conſilio/ſapiẽtiaqꝫ potuiſſe:Tum ex hac re uel maxime:
quod in ĩpios ſingulare ſuppliciũ inuenerũt.Q ua in re quantũ prudẽtia ꝑſti
terĩt his/qui apud cæteros ſapiẽtiſſimi fuiſſe dñr/cõſiderare.Prudẽtiſſima ciui/
tas athenienſiũ:Dũ ea rerũ potita eſt/fuiſſe traditur.Eius porro ciuitatis ſapiẽ
tiſſimũ Solonem dicũt fuiſſe:Eum/qui leges/q̇bus hodie quoqꝫ utũtur/ſcripſe
rit.Is qum interrogaretur:cur nullum ſuppliciũ cõſtituiſſet in eũ/qui parẽtem
necaſſet:reſpõdit/ſe id neminẽ factuꝝ putaſſe.Sapiẽter feciſſe dicitur:qum de
eo nihil ſanxerit:quod antea cõmiſſum non erat.Ne nõ tam ꝓhibere/q̃ admo/
nere uideretur.Q uãto noſtri maiores ſapientius:Q ui qum intelligerẽt/nihil
eſſe tam ſanctũ:Q uod non aliquãdo uiolaret audacia:ſupplicium in parrici/
das ſingulare excogitauerũt:ut quos natura ipſa retinere in officio nõ potuiſ/
ſet:Magnitudine pœnæ maleficio ſũmo uterẽtur.Inſui uoluerũt in culeũ ui/
uos:atqꝫ ita in flumẽ deiici.O ſingularẽ ſapiam iudices. Nõne uidẽtur hũc ho
minẽ ex rẽrũ natura ſuſtuliſſe/& eripuiſſe.Cui repẽte cœlum/ſolẽ/aquã/terrãqꝫ
ademerint:ut qui cũ necaſſet/unde ipſe natus eẽt:& careret his rebus oĩbus/ex
quibus oĩa nata eſſe dicũtur.Noluerũt feris corpus obiicere:ne beſtiis quoqꝫ
quæ tñ ſcelus attigiſſent:ĩmanioribus uterẽtur.Nõ ſic nudos in flumẽ deiice/
re:ne cũ delati eſſent in mare/ipm pollurẽt:Q uo cætera/q̃ uiolata ſunt/expia
ri putantur.Deniqꝫ nihil tã uile/neqꝫ tã uulgare eſt:Cuius partẽ ullã reliquerit.
Etenim qd tam eſt cõmune/q̃ ſpiritus uiuis/terra mortuis/mare fluctuantibus:
littus eiectis:Ita uiuunt: dum pñt:ut ducere aĩam de cœlo nõ queant.Ita mo/
riuntur:ut coꝝ oſſa terra nõ tãgat.Ita iactantur fluctibus:ut nunq̃ abluantur:
Ita poſtremo eiiciuntur:ut ne ad ſaxa quidẽ mortui cõquieſcant. Scire operæ
precium eſt:Q uod cõmẽtatores dicũt/folliculũ hic poni pro culeo.Q uod ſõ/
niũ minime retuliſſent: ſi Ciceronis uerba ex Rhe.de inuẽtiõe cum his ad He
renniũ contuliſſent.Ea ſunt.Os obuolutũ eſt folliculo/& ꝑligatum . Deinde in
carcerẽ deductus:ut ibi eſſet tãtiſper: dũ culeus cõpararetur.Q uis non uidet
aliud eẽ culeum:Aliud folliculum:Q ui nõ modo eſt uter/Sed & q̃libet pellis:
Nã ueteres follẽ pellẽ dicebãt/Et ꝑ diminutionẽ folliculũ:uñ & pro pilæ gene
re uſurpatur.Martialis:Folle decet pueros ludere folle ſenes.Sueto.in Augu/
ſto ſepauit pilã a folliculo:poſt bella ciuilia inqt ad pilã primo/folliculũqꝫ trã/
ſiit.ponitur ẽt pro ſaccis & crumenis. Liuius/ lib.ix.Eques folliculis in caſtra
frumẽtũ ueheret.Ponitur & pro theca:q̃ granum cõtinet:trãſfertur & ad alia:

quæ in Iuuenalem annotauimus Venetiis olim ꝓfitentes. Mimmus quidā no
minatim Actiū poetā cōpellauit in cœnaculo:ī eo actius iniuriaꝝ agit.))ſic in
terptes legūt:ſic oēs codices hñt. Tu ſcribes in ſcæna meo piculo:nō in cænacu
lo:& cū eo:ſiue in eū:ſiue de eo actius iniuriaꝝ agit:nō in eo:Sic.n.& ſenſus:&
cōſtructionis rō cōueniet:niſi forte in eo pro de eo accipias:hoc eſt de tali com/
Ago iniuriarum cum eo non in eo. pellatione:nā in eo hoc eſt Mimmo iniuriaꝝ agit nemo niſi illitteratus diceret:
ī eū uero:uel cū eo latiniſſimi qq; ſcriptores uſurpāt:idē Cicero alibi:pinde ac ſi
furti cū eo egiſſet. In ſcæna aūt legēdū eē:nō in cænaculo qs dubitabit:nā cō/
Poetæ in scena non noīe proprio dicebantur. pellatio illa iccirco iniuria erat:qm̄ in ſcæna illū:poetā nō appellauerit:put ap
pellari ſolebāt:comœdiaꝝ ſcriptores:ſicut apud Plautū:& Terentiū uidemus:
Vñ Vlpian⁹ titulo de iniuriis ſcribit:Iniuriā atrocē q̄ſi cōtumelioſiorē:& maio
rē accipi:fieriq;:aut pſona:aut tpe:aut re ipſa ſcdm labeonē: Perſona atrociorē
Iniuria atrox quibus modis fit. fieri iniuriā:qū magiſtratui:qū parēti:patrono ue fiat:Tpe:qū in ludis:& in cō
ſpectu fit. Et Pōponius ait:ēt ſine pulſatiōe:poſſe dici:atrocē iuiuriā pſona atro
citatē faciēte:ſed & ſi in theatro:uel ī foro cedit:& uulnerat:quāq̄ nō atrociter:
atrocē fieri iniuriā. Agebat igr̄ iniuriaꝝ.i.de iniuria conq̄rebatur Actius poeta:
qđ ꝓprio noīe hiſtrio appellaſſet:qū ſuas recitaret tragœdias:qū debuiſſet eū:
meriti:& dignitatis noīe dicere poetā. Et hāc iniuriā atrocē faciebat a loco:qm̄
Actii poetæ conquestio. in ſcœnalat pſona ſua:qm̄ poeta:cuius tragœdiæ recitabātur:a pſona īferētis ī
iuriā:qm̄ hiſtrio:cui maxime cōueniebat:uenerari poetā. Et ne in re nimis apta
diutius īmoremur:Ipſe Ci.hoc eodē ope:Q uonā mō legendus ſit hic locus:ubi
agit de iuridiciali abſoluta:docet his uerbis. Itē.C.Gellius iudex abſoluit iniu/
Lucilii poetæ cōquestio. riarū eū:qui Luciliū poetā in ſcœna noiatū læſerat:qū.P.Mutius eum:qui.L.
Actiū poetā:noiauerat:cōdēnauit. Aſſumptiua ps eſt:qū p ſe defenſio īfirma
eſt:ſed aſſumpta ex cōtraria re cōparatur.))caſtigamus & ita legimus:itē aſſū
Extraneus. ptiua ps eſt:qū p ſe defenſio infirma eſt:ſed aſſūpta extranea re cōprobatur. Ex
traneus aūt dr̄ q̄ſi exterraneus:Q uo ſermone Ci.utitur:& in hoc ope frequēti/
us. In ſcdo:deīde reuertemur ad extraneas res:ſicut extrari⁹ antique:q extra fo
cū:ſacramētū:iuſq; ē:hoc ē alienus: Vñ inqt Cicero aſſūptiuā ptē eē:& tūc dici:
qū res ipſa ex ſe ꝓbari nō pōt:ſed extrinſecus aſſumit aliqđ:quo cōfirmetur:&
foris adiūcto argumēto defēdatur. Nō igr̄ ex cōtraria re cōprobatur:ſed extra
nea legēdū ē. Vt breuiter:& dilucide qb⁹ de reb⁹ dicēdū fuit:diceremus.)) an
tiqui codices:ut breuiter:& dilucide qb⁹ de reb⁹ adhuc dicēdū fuerit:diceremꝰ.

Caſtigatiōes in Rhe.Ci. ad Herēniū:Ex epl'a ad Frāciſcū Bragadenū philo
ſophū:& Dominicū Cōtarenū ꝑtores Brix. Caput.xxxii.

SI quoquo mō poterit:deniq; aliquo:aut quāplurimis uitiis cōtaminare per
ſonam.))Perperā ſic legitur:qū deſint uerba mire ad rem faciētia:quæ in
ſincæris codicibus:& manuſcriptis fere ſunt oībus.ſic reſtituēda eſt lectio:
Si quoquo mō poterit:quē pecuniæ cā dicet feciſſe: Deniq; aliquo:aut quāplu/
rimis uitiis cōtaminare pſonā. Aut offenſiōe īpediretur.))Cōmodior antiqua

lectio:ĩpediremur. Si ad hãc ꝑceptionis aſſiduitatẽ exercitatiõis accõmodaſſe
mus.))Q uiſq̃s recte pſpexiſſet:ẽt q ſit uix litteris tinctus:potuiſſet uidere uer
bum deeſſe:qđ in manuſcripto codice ẽ:& ſtructuræ/& ſenſui cõuenit:Rõnem
ut ſit.Si ad hãc ꝑceptiõis rõnẽ:aſſiduitatẽ exercitatõis accõmodaſſemus. Q uo
ſermone ſępius Ci.utitur in hoc maxime ope. Et cã ꝑferetur/quare id ſcriptor
ſcripſerit:qđ ſcripſit.))Prona res fuit in lapſum:ut ita Ci.uitiaretur:ut ſcripto
ſcripſerit:ꝑ ſenſerit:in eo mẽdoſe repoſitũ ſit:& in oĩ ĩpreſſorũ editione ita re/
ceptũ ſit:tu ex mẽte Cice.& antiq̃ manu ſic caſtiga:ut dixi.Et cã inqt ꝑferetur:
q̃re id ſcriptor ſenſerit:qđ ſcripſit. Deĩde legũ/& ſtipulationũ breuiter excepta
rum:ego libẽtius legerẽ ex ſcriptarũ:ꝑ ut legitur ĩn manuſcriptis codicibꝰ:qđ
magis ea lectio ſenſui tulliano cõuenire uř:ſed hãc/ſiue illã ſuo q̃ſq; arbitrio ſeq̃
tur. Pacta ſũt:Q uæ legibꝰ obſeruãda ſũt hoc mõ.Rẽ ubi pãgũt:oȓone pan/
gũt.))Oĩs ueteris/& incorruptæ fidei codex pagũt/nõ pãgũt hẽt.Nec mirum. Pago.
Nã quãuis Seruiꝰ dixerit:Pago/uñ multi uolũt uenire pepigi/nuſq̃ lectũ eẽ:Pe Pango.
pigi a paciſcor fieri ſicut & pactus:Q uo mõ a placeo placui/& placitus:tñ Pri Pactus.
ſcianꝰ/& cęteri grãmatici ſcribũt/ãtiquos dixiſſe pago/nõ pãgo.Hæc aũt lex ẽ Seruii opĩo
ex.xii.tabulis/quã ꝑ exẽplo Tulliꝰ ſubiicit:Et Fabiꝰ Q uĩtilianus hæc eadẽ uer damnatur.
ba repetit: Rẽ ubi pagũt:oratiõe pagũt:Vnde non eſt dubitandũ pagunt/non
pangunt: Ciceronem ſcriptum reliquiſſe.Sed uerbi inſolẽtiã ignorantes/libra/
rios.n.lřam addidiſſe. Nos uero arbitramur/nõ mõ adiumẽto eẽ.))Contraria
erit ꝑcepto Ci.ſnĩa:niſi nullo poſt nõ addatur:ut ſit.Nos uero arbitramur/non
mõ nullo adiumẽto eẽ:Sicq; ſincæri codices legẽdũ ꝑſeferunt. Itaq; hac rõne
& ipſi meminiſſe poterimus:qd quoquo loco dixerimus.))Antiq̃ lectio: Itaq;
hac rõne & ipſi meminiſſe poterimus:qd in uno quoq; loco dixerimus:utra ſit
nitidior lectio:facile ẽ legẽtibus iudicare. Si qũ aut plura ſũt:pauciora dica/
mus hoc mõ.))Nemo nõ ĩtelligit/aut/nullo mõ ſtare:q̃re mihi placet:ut aut di
ctio deleatur:& cætera ſuo ordĩe ſcribãtur:uł(qđ magis placet)illđ aut ĩ ut cõ
uertatur:& añ ſi repõatur/hoc mõ.Vt ſi:qũ plura ſũt:pauciora dicamꝰ hoc mõ.
(Vtinã ne ĩ nemore pellio ſecuribus cæſę cecidiſſent Abiegnæ ad terrã trabes)
caſtigatur ſic lectionẽ quidã ꝑcipiunt: Vt uerſus non claudicẽt/ſuiſq; pedibus
incedant.Vtinã ne in nemore pellio ſecuribus cæſa cecidiſſet Abiegna ad terrã
trabes.ut ſit trabes caſus noĩatiui:numeri ſingularis/More antiquo:ut canes ca
nis/duces ducis/plebes plebis q̃uis & plebei dixerint Maiores nři. De quo uide
Varronẽ/Priſcianũ/antiqores grãmaticos.Extat & illud ex ipſius.Q .Ennii an
nalibus carmen:Labitur uncta trabes remis roſtrata ꝑ altũ.Sed corrũpũt meo
quidẽ iudicio lectionẽ uerã.Idq; ꝓbo ipſius Tullii auctoritate in topicis:ubi ſic
legitur. Illud.n.eſt tanquã/utinam ne in nemore pellio cæſæ ſecuribus ad terrã
cecidiſſent abiegnæ trabes:Niſi.n.cecidiſſent abiegnæ ad terram trabes:Argo
illa facta non eſſet. Nec tamen fuit in his trabibus efficiendis uis neceſſaria.
Hæc Cicero. Q uibus conſtat in plurali numero legendum eſſe trabes abie ꝗ

gnæ:Accedit & Priſciani grāmatici auctoritas: Qui oēs fere uerſus a Ciceroē adductos/ſuo ordine reponit:Et genus metri docet: Quale ſit in libello de co/micis uerſibus. Verba eius ſunt hæc. Nec ſolū comici/huiuſmodi uſi ſunt Iambicis:ſed tragici uetuſtiſſimi:ut ennius in medea/ Vtinā ne in nemore pelio ſecuribus Cæſę cecidiſſent abiegnę ad terrā trabes neue inde nauis īchoādę exordium cæpiſſet/quę nūc nōminatur nomine Argo:qua uecti Argiui delecti uiri petebant illam pellem inauratam arietis colchi/Imperio regis pelię p dolum. Nam nunq̄ hera errans mea domo efferret pedē. Confer priſciani lectiōnē cum Tulliana/Et uidebis quid ſit in ea caſtigandū/quid mutandū/quid addendū & minuendū. Fabius quoq; probat hanc lectionem:ut Trabes legatur in numero plurali/his uerbis:Recte aūt monemur cauſas non utiq; ab ultimo eſſe repetēdas/ut Medea: Vtinam ne in nemore pelio. Quaſi uero id eam fecerit miſerā/ aut nocētē:qd illic ceciderint abiegnę ad terrā trabes: Amicā ob meritā noxā īmane caſtigare ē facinus.))Qui Plautinū ſermonē:morē:& metrū intelligit facile pcipit:ita legendū eſſe. Amicū caſtigare ob meritā noxā immane eſt facinus. Veluti pacuuius fortunā inſanam eē/cæcam/& brutā perhibent philoſophi:ſaxiq; ad inſtar globoſi prædicāt eē uolubilē.))Caſtigamus ex antiq̄ librariorum fide:& fortunæ deſcriptiōe:ueluti pacuuius fortunā:inſanā eſſe:& cęcā & brutam perhibent philoſophi:in ſaxoq; inſtare globoſo uolubilē:In ſaxo :ne metrum uioletur:ut ſupra & cæcam. Non enim eſt pedeſtris oratio:ut multi/ne dicam:omnes exiſtimant:ſed carmē huiuſmodi ordine.

Plauti locus

Fortuna inſana/& cæca. Locus Ci. error cōis.

Fortunam (inquit) inſanam eſſe:& cæcam:& Brutam perhibent philoſophi:
Saxiq; ad inſtar globoſi prædicant eſſe uolubilem.
Quia quo ſaxum impulerit fors:eo cadere fortunam autumant.
Cæcam ob eam rem eſſe uocant:quia nihil cernat quo ſeſe applicet.
Inſanam autem aiunt:quia atrox incerta:inſtabiliſq; ſit:
Brutam:quia dignum:aut indignum nequeat internoſcere.

Ouidius. Paſſibus ambiguis fortuna uolubilis errat:& manet ī nullo certa tenaxq; loco. Poſſes etiā legere:ſaxiq; ad inſtar globoſi prædicāt eē uolubilē:ita ut uolubilis nō(ut quidā ſoniant)a uolādo:ſed a uoluēdo ducatur:quā lectionem magis ,pbant/quæ ſtatim ſequūtur:uerba Ciceronis: Quia inqt quo ſaxū impulit fors:eo cadere fortunā autumant. Non.n.caderet:niſi ſaxo inſiſteret.

Caſtigatiōes in Rhe. Ci. ad herēniū:Ex epiſtola ad Franciſcū Bragadenum: & Dominicum Contarenū Prætores Brix. Caput.xxxiii.

SVnt item philoſophi:qui fortunam negant ullam eſſe))Friuolum eſt hoc annotare:annotandum tamen:qum ita ſemel:ut omnibus proſimus:ſtatutum ſit:in antiquis libris legi. Sunt item philoſophi: qui contra : fortunam negant/ſiue cæcam:ſiue occultam : ſiue ullam eſſe. In quibuſdam ali er: Sunt item philoſophi :qui contra:fortunam negant ullam eſſe. Quoniam ſuſtinet puerū īfantē.))Illud peperiſſe exigit ſuſtinuit:ut ē in priſcis codicibus:

nã ſuſtinere interdũ ſignificat reficere/alere/cibare.Liuius:milites fluuitiali piſce/& herbis ſuſtinebantur.Vir.patriã/paruoſq; nepotes ſuſtinet. Nã ita pro ſuo iure uſum Treſpõtem Ennius induxit.))Melius in manuſcriptis exẽplaribus.Nã ita pro ſuo iure hoc exẽplo uſum Treſpõtem Ennius induxit. Itẽ uitioſa eſt:qum id/qđ in apto delicto poſitũ eſt:tñ aliqua leui tegitur defenſione hoc modo.))Caeci(ut aiũt)nõ incurſarẽt huiuſmodi offenſacula/quae hũc immodum tollenda ſunt.Itẽ uitioſum eſt:qum id/qđ in apto delicto poſitũ eſt:tãtum aliqua leui tegitur defenſiõe hoc mõ.Nũc deſerto ab oĩbus ſũmo periculo ſolus ut reſtituã paro.))Elegãtior priſca lectio.Nunc qũ es deſertus ab oĩbus ſummo pĩculo:ſolus ut reſtituã paro. Itẽ uitioſum eſt pro argumẽto ſumere: qđ in diſputatione poſitũ eſt.))Priſca lectio non diſputatiõe: ſed diſquiſitiõe. Vtrum melius in medio relinquo:& in ocio diiudicandum.

Sustinere ſignificat reficere interdũ.

Caſtigationes in Rhe.Ciceronis ad herennium:Ex epiſtola ad Franciſcũ Bragadenum/& Dominicum Contarenum praetores Brix. Cap.xxiiii.

Quod ſi ad exercitũ non ueniſſet:id tribuno militum diceret.))Id ne tribuno militum diceret: ut legatur: & ratio admonet: & priſca lectio. Item uitioſa eſt:qum id/de quo ſũma controuerſia ẽ parꝫ expeditur.))Videbunt omnes/legendum eſſe:uitioſum:ut ſupra dictũ eſt: ubi ſimilem caſtigationẽ fecimus. Aperte fatur dictio:ſi itelligas/tali dari arma: qualis/qui geſſit:fuit:iubet potiri.))Somniculoſe uitiarunt uerbũ intelligam pro quo intelligas fecerunt:& quę coniunctionem:quae poſt iubet ſequitur in antiquis libris:praetermiſerunt librarii.Vera lectio eſt:Si intelligas tali dari arma: qualis qui geſſit:fuit:iubetq; potiri. Item uitioſa ẽ ipſum ſibi in ſua oratione diſſentire.))Admonitum eſt legi debere uitioſum. Quo illi nomine appellarentur a Po.Ro.quaſi non omnes:quibus aqua:& igni interdictum ẽ.))Priſca exemplaria aut quaſi nõ omnes:quae lectio candidior uidetur. Qum ꝓceſſerit: proinde quaſi fuiſſet in cõtrouerſia quo illi nomine &c. Ficta enim & dedita opera cõparata oĩo uidebatur eſſe artificii ſignificãdi.))Inſcite ſcriptum eſt:uidebatur:qũ uidebitur:legẽdum eſſe nemo nõ intelligat. Et ea neglecta oſtẽdemus:qd periculũ aut incõmodoꝝ cõſequatur.))Librarioꝝ ſomnolentia omiſit ſubſtãtiuum:Re:quod uitiũ tam tenaciter haeſit uulgo Tullianis exẽplaribus: ut nullũ ad hunc diẽ uidere cõtigerit:in qbus nõ deſideretur.Tu uerã lectionẽ reſtitue:ut ſit & ea re neglecta oñdemus qd pĩculorũ:& ſic ſenſus ĩteger erit ſermonis praetexti:Tertius locus eſt:quo pcunctamur:qd ſit euenturũ:ſi oĩbus idẽ cõcedatur &c. Et dicemus uoluntario facinori nullã excuſationẽ:ĩprudentiae iuſtã deprecationẽ paratã.))Priſca manus habet & copulã ante ĩprudentiae:& poſt paratã duo ſunt uerba:conſilio nullam & dicemus inquit uoluntario facinori nullã excuſationẽ:imprudentiae iuſtam depcationẽ paratã:cõſilio nullam.

Imprudẽtiae iuſta excuſatio.

Conſilio nulla in facinore excuſatio.

Haec ſi ut conquiſite conſcripſimus:ita diligenter fueris conſecutꝰ:& nos induſtriae fructus ex tua ſcia capiemus.))Deeſt fere clauſula:quae in omnibus

manuſcriptis codicibus habetur. Sic reſtitues ſuã Ciceroni lectiõem: Hæc ſicut conquiſite cõſcripſimus: ita diligẽter fueris conſecutus: & nobiſcum: & ſine nobis conſiderabis: & nos induſtriæ fructus ex tua ſcientia capiemus.

Caſtigationes in Rhe. Ci. ad Herenniũ: Ex epiſtola ad Frãciſcũ Bragadenũ philoſophum: & Dominicũ Cõtarenum Brix. ꝑtores. Caput. xxxv.

Vis diſcernitur p exercitus: claſſes: arma: tormẽta: reuocationes hoĩum: & alias hmõi res.)) Verboꝝ affinitas ignaꝝ librarioꝝ uulgus ita plerunq; trahit in errorẽ: ut doctis negociũ faceſſat: ut hic reuocationes pro euocationes decepti ubi ſemel repoſuerũt: mẽdã ubiq; libroꝝ impreſſoꝝ tenaciter ſeruare uoluerũt. Nos reuocationes in euocatiões illiteratoꝝ ptinaciã cõtẽnẽtes cõuertamus: priſtinũq; nitorẽ ꝓprietatis lectioni ciceronianæ reddamus. Eſt. n. euocatio genus militiæ: de qua Donatus: Seruius: cæteri: uñ euocatus dr̃ miles: nõ qui iuſtus miles ẽ: ſed q repẽtina aliq̃ neceſſitate ex agro in bellũ tumultuarie uocatur: q pro milite hiſtoricis dr̃. Et recte cõuenit cæteris uerbis caſtrẽſib⁹: exercitus: claſſes: arma: tormẽta. Si uires: atq; uelocitas egregia: hõeſtis hæc exercitationibus: & induſtriis cõparata: ſi ualitudo ꝑpetua: diligẽtia & temperãtia cupiditatũ.)) Antiq̃ lectio. Si uires: atq; uelocitas egregia: honeſtis hæc exercitationibus diremus: & ĩduſtriis cõparata: Si ualitudo eſt ꝑpetua: diligẽtia: & tẽperãtia cupiditatũ. Vt ſi laudabimus: aliud iuſte: aliud fortiter: aliud honeſte: aliud prudẽter factũ eſſe dicamus.)) Priſca exẽplaria. Modeſte pro honeſte: qđ nimis generale. Deinde ſi cõmodũ erit: qa nõ ſemp neceſſe eſt ad principii ſententiã reuerti: licebit: ſi cã nr̃a magnã difficultatẽ uidebitur hr̃e.)) Antiq codices hñt: qđ nõ ſemp neceſſe ẽ: & melius quã qa: ut aliis uidetur: ut mihi: idẽ ualet. Et hoꝝ oĩum diligẽs mẽoria ſine ꝓnũciatõe: nõ pluſq̃ ſine his reb⁹ ꝓnũciatio ſola ualere potuit.)) Eſt leue oĩno offenſaculũ: nõ tñ negligẽdũ: ut ſincæra ſit: & emaculata rhetoricoꝝ lectio. Poterit nõ potuit ſcribẽdũ cẽ: ẽt ceſpitabũdis qq; uagis oculis: qcqđ ĩter pedes diſiectũ ẽ: offẽdũt admõitiõe nõ ĩdigẽt. Quẽ admodũ igr̃ qui lr̃as ſciũt: pñt id: qđ dictũ eſt: ſcribere: & recitare: quod ſcripſerũt.)) A uitio uindicabis lectionẽ: ſi nõ dictũ: ſed dictatum ſcripſeris: ut ſit: id: quod dictatũ eſt: ſcribere: & recitare id: qđ ſcripſerũt. Pluribus uerbis ad eã te adhortari nõ eſt ſnĩa.)) Quidam codices habẽt adeſſe: tu ita corrige. Pluribus uerbis ad eam rem te adhortari non eſt ſententia. Quæ qdem caſtigatio etiam ſi nulli eſſent codices: qui ſuffragarentur: probanda eſſet.

Caſtigationes in Rhe. ad Herẽniũ: Ex epiſtola ad Franciſcũ Bragadenum philoſophum: & Dominicum Cõtarenum prætores Brix. Cap. xxxvi.

AVt Bouis cum Siſoniis curſitarunt.)) Sunt codices in quibus legitur Siſoniis: Tu corrige Sicioniis ex hiſtoriis. Aut ex poematibus elegeris exempla: quæ cæteris ſignis artificii notata ſunt.)) Cæteris oĩa Ciceronis exemplaria. Tu uide an potius legẽdum ſit certis. Hæc qdẽ mihi uidetur certa Marci Ciceronis lectio. Primum: qđ cõtra nulla ſtaret eorum rõ.)) Fa/

ciliorē ſenſum ꝓſtat antiqua lectio/q̄ hmōi eſt.Primū/q̄d cōtra hoc nulla ſtaret eoꝝ rō. Liceret.n.eligerēt:& ꝓbarēt quēlibet/q ſibi i oēs res ſuppeditaret exē pla/uel poeta/uel oratorem/cuius auctoritate niteretur.)) Q ualibet non quēli bet legēdū cēſeo/pro eo q̄d eſt quātūlibet. Primū oīum/q̄d ab artis ſcriptore effertur/exēplū de eius artificio debet eſſe.))Antiq codices de eiuſdē artificio debet eſſe:nō alienū. Sed eius exēplū aliūde rogabo:tibi q̄d oſtēdā.))Lectio antiqua ſed huius exēplū aliūde excogitabo:& rogabo:Q uod tibi oñdā. Vt Lyſippus caput oſtēderet Milonis:brachia Praxiteles:pectus Polycletus.))In nullū adhuc Ciceronis exēplariū incidimus:in quo nō legātur hæc portēta oro nis/tria qdē numero:eodē tñ ignorātiæ fonte manantia:unoq; tenore:ut omittā q̄d Mironis/nō milonis ſcribēdū eē ex ſtatuarii celebris noie cōſtat:quæ nā ma lum iſtæc inſcitia eſt:quæ nō cognoſcit uel grāmatica cōgruitate ſcribi debere: caput oſtēderet mironis/brachia praxitelis/pectus polycleti/hoc eſt ſingula mē bra/quæ ſinguli ſtatuarii illi feciſſent/non unus magiſter.

Caſtigationes in Rhe.ad Herennium:ex epiſtola ad Franciſcum Bragade/ num/& Dominicum Cōtarenum Brix.prætores. Caput.xxxvii.

ISti credūt:eos/qui hoc habet/uelint diſcere:alia rone doceri poſſe cōmodi/ us:pterea nō poſſunt ea qdem:quæ ſumuntur ab aliis exēpla tā eſſe accom modata ad artē:ꝓpterea q̄d in dicēdo leuiter unuſquiſq; locus pleruq; tā/ gitur:ne ars appareat.))Hæc nō hoc ſcribēdum:uerbū habet ſupſluit:& poſt illud ad artē ex antiqs codicibus addēdū eſt:quā ꝓpria.Iſti inqt credūt eos/qui hæc uelint diſcere:alia rōne doceri poſſe cōmodius:pterea nō poſſunt ea quidē: quæ ſumūtur ab aliis exēpla:tam eſſe accōmodata ad artē:quā ꝓpria:ꝓpterea quod in dicendo leuiter unuſquiſq; locus plerūq; tāgitur:ne ars appareat. Po ſtremo hæc quoq; res nos ducit ad hāc rōnem/quod noia rerū græca/quæ con/ uertimus:eā remota ſunt a cōſuetudine.))Antiqui codices habēt a latina con/ ſuetudine.In impreſſis deeſt uerbum latina:quod neceſſarium eſt. Q uę recte uidebitur appellari:ſi ſuffulta noīabitur.))In manuſcriptis inſulta Mēdoſa eſt (uti exiſtimo)dictio hæc iſulta/ut illa ſuffulta:loco cuius repono audacter ſuf flata/uel inflata pro to/q̄d eſt tumida.De quo orōnis uitio hic agit.Q uæ recte inqt uidebitur appellari:ſi ſuffulta noīabitur : nā ut corporis bonā habitudinē tumor imitatur ſæpe/ita grauis orō ſæpe impitis uidetur ea/q̄ turget/& inflata eſt. Traductio eſt:quæ facit:ut qum idē uerbū crebrius ponatur/nō modo nō offendat aīum:ſed ēt rōnem cōcinniorē reddat.))Cōmodius in manuſcripta le ctione:non mō non offendat animum auditoris/ſed etiā orationem &c. Et ea ea re qui his bene utuntur/plrunq; ſimul collocant eā &c.)) Vide an ſimili/ ter magis quam ſimul legi potius debeat. Annominatio eſt qum ad idem uer bum & nomen acceditur commutatione/uel additione unius litteræ/aut litte/ rarum.))Agnominatio nō Annominatio dicitur paronomaſia quæ fit:qum di ctio iteratur mutata tñ aut littera/aut ſyllaba quotiens nomine ſimili utimur in

Ars ne appa reat.

Sumata ora tio ſiue iſlata.

Agnomina/ tio dicitur pa ronomaſia.

ſignificatione diuerſa:ut cuſtodia caſtrorū nō honoris ſed oneris exiſtimatur.

Caſtigationes in Rhe.ad Herennium:Ex epiſtola ad Franciſcum Bragadenum:& Dominicum Contarenum Brix.prætores. Cap.xxxviii.

Poema lo/quēs pictura. Pictura taci/tum poema.

ITem Poema loquens pictura eſt:tacitū Poema eſſe debet.)) Lego. Poema loquens pictura eſt:qum pictura tacitū poema eſſe debet.Eſt.n.mutua illa cōuerſio ſatis celebrata:picturā eſſe mutū poema:poema eſſe loquentē picturā. Iſta aut ab inuētore cōficitur:ut de Tarpeio loquens:ſeū capitolium nominet.))Mutilata eſt lectio:niſi addas:ſi qs:ut ſit:ſi qs de Tarpeio loquēs:& reliqua de denominatione. Vt ſi qs ei ueſtitū:aut ornatū ſumptuoſum oſtētet:dicat.))Q uā craſſo ſenſu eſſe deprehēduntur iterdū librarii:qui relatiuum qui neceſſariū ſcribendū nō repoſuerūt.Caſtiga:ſi qs ei:qui ueſtitū:Et quæ ſequntur. Neq aliis iſte cōmodioribus rōnibus.))Simul hūc locū inſpexi:nō nihil deeſſe diuinaui.Deinde adhibita trutina cenſoria:conſultiſq antiquioribus libris:ſic caſtigaui:Neq alius quiſq æque cōmodæ:neq iſte cōmodioribus rōnibus facere potuit.Sūt uerba Tulliani exempli per frequētationē. Nam unū aliquid aut alterū pōt in iſtum cecidiſſe ſuſpicioſe.))Corrupte hic.Codices q̄dam dictionē habēt:quæ hic deeſt:ſed in dandi caſu:qum in accuſandi eſſe debeat ſinecæte tñ ſuſpicioſe.Sic emēdo.Nam unū aliqd aut alterum pōt in iſtū caſum cecidiſſe ſuſpicioſe. Si ſniam traiiciamus:aut ad ſermocinationē: aut excuſationē))Antiq codices pleriq ſuſcitationē.Tu poteris exuſcitationē corrigere.Q uæ qdē correctio nō corruptio:non temeritas uideri debet:qum mox paulo dicat.Itē mutatur res tractando:ſi traducitur ad exuſcitationē:hæc ī ex politione. Heus tu inqt ueni Samio.))Probabit doctiſſimus quiſq puto magis uide:quā ueni:Q uāquā cūcta reclamāt exēplaria. Vt nos exēpli cā cœperamus))Notationē nunq̄ legiſſe:nedū notaſſe uidētur:Q ui hāc mēdā tā turpē in tullianis exēplaribus repoſuerūt:q̄q inoleſcere pmiſerūt ſcribæ:comparamus. Et tu p deos inqt hūc exēplare.))Amplexate ſcribo:Exāplexare ſcriptus libentius:ſi in uſu Ciceronis obſeruaſſem:uti exoſculor. Per ſimilitudinē qum aliqua re ſimili Ablata nihil amplius dicimus.))Q ui ſimilitudinē a diſſimilitudine diſcernit:diſcernit & hic lapſum eē librarioꝶ ex dictionū affinitate:qua frequētiſſime pcipitātur:unde ex collata fecerūt ablata:maxima ſignificationis diuerſitate.Leges deinceps:Per ſimilitudinē:qum aliqua re ſimili collata nihil amplius dicimus:Sed ea ſignificamus:quid ſentiamus.

Q uod libri Rhetorici ad Herennium a familia Ciceronis amoueri non debēt:Ibiq cōfutata illoꝶ opinio:Q ui de his litē intēdūt:ꝓbatūq multis argumentis:& auctoritatibus Ciceronis opus eſſe:Ex epiſtola ad Ioannē Antonium montis cognomine iureconſultum:Brix.R.P.legatum. Cap.xlix.

NArrauit mihi Lucas tertius collega tuus:Et librū epiſtolarū mearū: in quibus de litterarum q̄onibus agitur:ad cœlū extolli:& actionem a te meam ualde ꝓbari:Q ua Raphaelis regii arrogantiā mirabiliter fran/

gere penituſq; conterere tuo iudicio uiſus ſum: Quod tanti facio: quãti oli ſeq uolæ oraculum faciebant: Addiditq; te publicis negociis interceptum non potuiſſe exordio cõcionis (ꝓut deſtinaueras) intereſſe: optare iccirco eã partẽ legere: quã ab ore meo pendẽti audire nõ licuit: hoc eſt diſputationẽ de Rhetoricorum ad herenniũ auctore. Hæc ille nimis me ſuis uerbis extollens: ſimul & tuis: quæ neq; admittere poſſum: neq; reiicere debeo. Facit præclara humanitas: & eruditio ueſtra eloquẽtiæ ſplendore illuſtrata: ut nihil antiquius ducã: aut officioſius: Quã ueſtræ morẽ gerere uolũtati. Curaui illã orationis portiunculam tibi tranſcribere. Oratiõis dixi: quoniã interruptis ſermonibus cũ iſta hoĩum ĩtẽperie: quã ridebãt ſupioribus diebus docti: & indocti: diſputare nolui: Quid diſputare: imo pudendis cõuiciis: tumultuoſis cõgreſſibus: fœmineis contumeliis: ineptis: & puerilibus altercationibus: Vbi per tot dies oĩbus ſtomachũ mouentes nõ muſis & apollini: ſed illitteratæ factiõi: & opificũ turbæ canebãt: clamore: non rõne: ſtrepituq;: nõ aſſeueratiõe utebãtur: Demũ cũ moleſtiſſimi certaminis exitum ſortiebãtur: ut plus ꝑtinacia: quã ueritas: pluſq; irridentiũ: & inuidẽtium conſpiratio: quã aut uniuerſæ Academiæ ſnĩa: aut principũ Academiæ diffinitio ualeret: Vidiſti quantus tumultus ĩperitæ turbæ: Abſonuſq; tumulãtium puerorũ clamor: Quãtus ſtrepitus: Qualis cõcionis facies erat: Dũ tabula iſte aduerſus cõpetitores iſtas inſanias ſtudio. iactaret inani: Cõtraq; quã mirũ ſilentium: Quã incredibilis omnium attentio: me diſſerente & approbatio fuit. Et qui auditorũ dii boni cœtus? Sũmorũ ſenatorũ doctiſſimorũ patriciorũ: clariſſimorum ingenuarum artium: & omnium doctrinarum profeſſorum: Et deniq; quoruncunq;: qui aut litterati: aut ſaltẽ litteratores; & haud illiterati uenetiis cẽſentur: Qui in maximo dolore: quẽ cõcipiebant ex iſtius barbarie: riſum continere non poterant: ex ineptiis: quibus ridens primo aſpectu: riſum captabat: Mox deinde uelut furiis agitatus oreſtes inſanire uidebatur. Sed tu clariſime iuriſconſulte: & conſultiſſime orator quietiore animo haſce nugas: qbus regulus terram commouit: Mare miſcuit: cœlum perturbauit uide. Litem etiam Ciceroni Raphael intendit de Rhetoricis ad herennium. P.C. Vtq; quæſtionem pulcherrimam tractatu ſibi uiſam: uobis pulchriorem uideri faceret: orſus eſt a Laurentii Valenſis auctoritate: quem mendaciter ait perquã acri iudicio aſſerere id opus Cicerone omnino eſſe indignũ: Quod Ciceroni nõ eſſe aſcribendũ ex ſtili qualitate: cõpoſitioniſq;: & ſentẽtiarũ: quæ pueriles ſunt: Ex ordine peruerſo: & uarietate præceptorũ argumẽtatus: Adduxit itẽ & hæc argumẽta: Quod hermeſtis cuiuſdã doctoris ſui meminerit: eiuſdẽ opis auctor: qui nuſquã Cicerõis tẽporibus memoratur: Et quod Fabius Quinti. Nũquã Rhe. ad herenniũ meminit: nunquã pretermiſſurus: ſi Cicerõis eſſe putaſſet: aut certe ſuo tempore extitiſſet: quodq; Gellius ſcribit nullũ antiquorũ uſq; ad Auguſti tempora hoc nomine Barbariſmo uſũ fuiſſe: qũ in Rheto. ad herenniũ Barbariſmus definiatur: & ſolæciſmus: Cuiꝰ aũt ſit: Modo cornificii ſomniat: Modo

uirginii:modo Timolai ad herennianũ confingit:Q ui fratres fuerũt Zenobię filii:cũ qua(ut ſcribit Treuellius pollio)Superati:& i Triumphũ ducti ab Aureliano iperatore in Tiburti agro ocioſam uitã uixerunt.Vnde cõcludit:Timolai Rhetoris obſcuri in Tulliũ oratorũ clariſſimũ:Et herenniani in herennium nominibus facile cõmutatis pp nominũ ſimilitudinẽ ab iperitis:rudioribuſq; artem Rhetoricã falſo Ciceroni fuiſſe inſcriptã.Q uæ quidẽ rões(Sic ipſe appellauit)uidẽtur mihi caſſæ(ut aiũt)puerorũ nuces:Nã(.ut omittam:Q uod mentitur Valã id negare:qũ uir ille doctiſſimus ſexcentis in locis citet.M.Tulli Rhetoricos ad herenniũ: Vt palã omnibus eſt/notiuſq;:quã ut ex eius operibus exẽpla citentur/auctoritates:& teſtimonia:ut inquã ommittã hoc falſũ teſtimoniũ:quod ex Laurẽtio allegat:Q ui ſemp:& ubiq; Rhetoricos ad herennium Ciceroni attribuit)dici põt ,ppter ſtilum eos libros ſubruſticos ab ipſo Cicerone appellatos.Ex huiuſmodi uarietate ſtili:& cõpoſitionis male diiudicari poſſunt opera Ciceronis:Cuius ſtilus nõ eſt idem ubiq;:ſed diuerſus ꝑ materiæ qualitate nõ mõ in diuerſis operibus:ſed ẽt in uno:eodẽq; opere. Q uid miraris Rhaphael? Q uid ſubrides? Nonne Plutarchus:& alii ſcribunt Ciceronẽ omnes dicendi magiſtros audiuiſſe? Nec iis cõtentũ in Aſiam & Rhodum nauigaſſe:ut cõueniret:Xenoclem Dionyſiũ:Menippũ:Apollonium Molonis:& alios clariſſimos rhetores:ut apud eos ſe exercẽdo reformaretur.Nonne ipſemet fatetur ab Apollonio Rhodio ſeſe indicẽdo ita rediiſſe inſtructũ noua q̃dam dicendi forma:ut a priore dicẽdi more mutatus:iã alius eſſet? Nonne Fabius Q uintiliãus qũ diuerſas oratorũ uirtutes:uaria dicẽdi genera ponat.M. Tulliũ in oĩ eloquẽtiæ genere excellere teſtatur:Docetq; non mõ ꝑ cauſæ mõ: ſed pro ꝑtibus cauſæ faciem eloquẽtiæ:& ſtilum mutari debere? Nõne Diuus Hieronymus ipſum Ciceronẽ in xenophontis interpretatione non iã aureo illo ſuæ eloquẽtiæ genere niteſcere:ſed adeo ſcabris:turbulentiſq; obiicibus retardari ait:ut qui interp̃tata neſciant:a Cicerone dicta nõ credant.Nec mirũ:Erat enĩ tũ adoleſcens:qũ œconomicos:Rhetoricoſq; libros ſcripſit:Nõdũ limatus in dicẽdo:Nondũ in ſcribẽdo expolitus:Nondũ in tot Rhetorũ gymnaſiis excultus:Nõdũ in tot oratorũ eloquẽtiæ uarietate uerſatus. Et ipſe auctor in iis ipſis & in aliis de orꝫ facultate libris docet:qualis figurarũ dicendi uſus eſſe debeat:Monetq; huiuſmodi figuras in dicẽdo ita uariandas:ut nõ ſtatim ab uno extremo ad aliud ueniamus.Vt a graui ad humilẽ:aut cõtra ab humili ad grauem:ſed uti grauẽ mediocris excipiat mediocrẽ humilis:ſeu attenuata. Et hoc quidem duabus de cauſis faciendum.Et ut ſatietas:quę perpetua maxime ſimilitudine alitur:opportuna uarietate uitetur:Et non minus ut ſuum dicendi genus rebus:de qbus agitur:accõmodetur.Impoſſibile nãq; ẽ:aut uix cõtingens: q̃ ꝑpetua in orõne dicũtur:ea unius generis eẽ.Q uod exẽplo clarius fiet:Certũ eſt Maronẽ poẽtã diuinũm:tres illas figuras ſuo carmine ſeparatim expſſiſſe: humilẽ bucolico.Vbi ſimplex illa ruſticitas:& paſtoralis uita deſcribatur: Cui

Laurẽtius ualenſis non negat:ſed affirmat Ci.rhe. ad herẽnium eſſe.

Stili uarietas in Cicerone.

Cice. audiuit oẽs fere ſui temporis rhetores.

Tulliani ſtili mutatio.

Figuræ dicẽdi uariandæ.

Virgilius expreſſit tres dicẽdi figuras.

alia dicẽdi figura nõ cõueniebat:Georgico mediocrẽ:quod carmẽ præcipiẽdo:
& docẽdo fere cõſumitur:eſtq; eius rei materia illi figuræ accõmodata:Heroi/
co illo de Aenea|& romanoꝝ geſtis:Grauẽ:qbus rebus alia figura minime con
ueniebat.Atſi attenderimus:inſpexerimuſq; diligẽtius:facile uidebimus|in qua
uis materia ꝓ locoꝝ rõne|has ſibi figuras inuicẽ ſuccedere: Vt poſt attenuatũ
illud|En unquã patrios longo poſt tpe fines:Pauperis & tuguri cõgeſtũ ceſpite
culmen Poſt aliquot mea regna uidens mirabor ariſtas?Altius paulo|& ad me
diocrẽ figurã aſcẽdit:Impius hæc tã culta noualia miles habebit? Barbarꝰ has
ſegetes?Hoc quoq; altius:& graui figuræ ſimillimũ.En quo diſcordia ciues p/
duxit miſeros:Cõtra in Aeneide pro rõne negocioꝝ|& pſonaꝝ ſępe ab heroica
grauitate|& alto illo|ac florido dicẽdi genere|multũ deflectitur.Vt de ludis ad
Anchiſæ tumulum:de Didonis amoribus:De ceruo a Siluia nutrito:quæ facil
lime a quouis nõ omnino iperito dignoſci poſſunt. An ſtultũ inquit|& demen
tem Ciceronẽ fuiſſe putas|& ſibi inconſtantẽ?An prudentẽ|circunſpectũ|& in
hoc genere litterarũ ſummũ?Si hoc nõ illud credis:uñ tam uarius præceptoꝝ
ordo:puerſus|ac iis|quę a Ci.ipſo traduntur|cõtrarius?Ante de memoria |atq;
ꝓnunciãtiõe|quã de elocutione illis natura priore in eo opere præcepta tradit.
Exordiẽdi|narrãdiq; rõnes ante quã de cõſtitutiõibus pcipit.Nihil ultra affers
calũniarũ.Docebo:ut agmẽ huiuſmõi adhuc cauillationẽ adducas Docebit &
.M.qui adeſt iudex:qui ut eſt maxime oĩum igenuus:& ueritatẽ|nõ opĩonis p
tinaciã tuetur:nuper dixit|ſe de hac re ſniam iam mutaſſe:publiceq; mutatuꝝ.
Ad herenniũ:qſquis auctor fuit:Dãnat Amphibologias|quas ad Quin.fratrẽ
Cice.ꝓbat.Quid quod hic ſcriptũ|& ſententias|& cõtrarias leges:ut diuerſa
inter ſe:Diuiſit:Inibi unũ ait eẽ genus:quãquã cã duplicetur.Illic ſub legitima
qõnæ omne quod in ſcripti interpretatiõe uerſatur ponitur tanquam finitioni
agnatũ:hic ad qualitatis qõnem pertinere dicitur.hic oris deprauatio reiicitur:
ut oratore indigna:illic pcipitur.Ad Quin.fratrẽ ſuaſoriũ genus ad dignũ &
honeſtũ refertur:Ad herenniũ ad honeſtũ & utile.Ad hunc inuentio diſpoſitio
elocutio|memoria|& ꝓnunciatio|oratoris partes dicũtur:Quod & Fabius nõ
probat:Ad illum membra eloquentiæ nominãtur.Ibi docilem fieri auditorem
magis in diſcurſu orationis oſtẽditur|quã breui explicatione proœmii.Hic ali
ter.Ad herennium ſcribitur:officiũ oratoris eẽ de his rebus poſſe dicere:Quæ
res ad uſum ciuilẽ moribus|& legibus cõſtitutæ ſunt.Craſſus.In.i.de or.dicit:
oratoris officiũ eẽ dicere ad pſuadendũ accõmodate. In arte ueteri ſua ipſe p/
ſona inqt:officiũ eius facultatis eẽ uidetur dicere apposite ad pſuaſionẽ.Scribi
tur ẽt ad herẽniũ enumerationẽ nõ plus quã triũ partiũ numero cõtineri.Q đ
& periculoſum ſit:ne quãdo plus:minuſue dicamus:& ſuſpicio afferatur audi
tori meditationis|& artificii:quæ res fidem abrogat orationi.Quã opinionem
improbat Quintilianus:Et in ſuis orationibus Cicero contempſit.In libris de
oratore quin omnia dicendi lumina nominatim Cicero expediat: Traductiõis

Dicendi om/
nes figuræ in
terdum ſucce
dunt inuicẽ.

Rhe. ad he/
rẽnium in q
bus diſſident
ab aliis libris
Ci. đ or.arte.

Officiũ ora/
toris.

Enumeratio
quot partiũ.

Traductio
color rhe:

nullam mentionē facit: Quæ in quarto ad herenniū ponitur. Alia item inter ſe re & nomine diſcrepantia ſunt: quæ Cicero in aliis libris dānaſſet: ſi ſua fuiſſēt: aut ſi dānare noluiſſet: Saltē cur prius aliter ſcripſiſſet: aut ſcripta non correxiſſet: teſtatus eſſet. O friuolum argumentū ex tanta congerie formatū. Quaſi neſciat hic eruditorum cœtus, quaſi hæc Academia neſciat: Ciceronis morē ēēt eādem multis, uariiſq modis præcipere aliter in rhe. ad herenniū, aliter in illis de inuentiōe: aliter in libris de or. In Topicis aliter: in partitiōibus aliter: Aliter denīq in oratōibus ſuis artificio Rhetorico uti: quā in oībus: & Rhetoricis, & oratoriis uoluminibus præceperit. Si quædā p̄cepit in Rhe. quæ in oratoriis li. nō inueniuntur: nō ea neglexit: q̄d dānaret: ſed quod minora illa eruditione, & ætate duceret. Proinde Fabius dicit: poſt Ciceronē tacere modeſtiſſimū fuiſſe: niſi & Rhetoricos ſuos ipſe adoleſcenti ſibi elapſos diceret: Et in oratoriis hæc minora, quæ pleriq deſiderāt: ſciens omiſiſſet. In Rhe. de inuentione quattuor ſtatus facit, in oratoriis, & aliis operibus, quæ ætate matura ꝓuexit tres tātum. In Rhe. de inuentiōe reprehēdit hermagorā: Quod materiā Rhetorices ī Theſes & cauſas diuiſerit: Theſimq nihil ad oratorē pertinere cōtendit: Totumq hoc genus quæſtiōis ad philoſophos referat. In oratore, atq his, quos de oratore ſcripſit, libris, & Topicis præcipit: ut a ꝓpriis perſonis: atq t̄pibus auocemus cōtrouerſiā: Neq tñ: aut hic: & illic dicit cur ſcripſerit aliter ī Rhetoricis: aut q̄d ſcripſerit aliter: Aut cur opinionē illam non caſtiget. Ergo Cice. nō ſunt libri de inuentione. In rhe. ad herēnium de cōplexione ſcripſit: Antiſtrephonta græci dicunt: In cæteris libris: quos de hac arte cōpoſuit: nō ſcripſit: ſequitur: ut hi: aut illi ſubditicii: & nothi ſint. In rhe. de inuentione hæc leguntur. Ratio ē: quæ cōtinet cām: Quæ ſi ſublata ſit: nihil in cā cōtrouerſiæ relinquitur hoc mō: ut docendi cauſa in facili & ꝓuulgato exēplo cōſiſtamus. Oreſtes ſi matricidii accuſatur: niſi hoc dicat: iure feci. Illa. n. occidit patrē meum: non habet defenſionē. Qua re ſublata: omnis controuerſia quoq ſublata ſit. Ergo eius cauſæ ratio ē: Quod illa agamennonem occiderit. Iudicatio eſt: quæ ex infirmatione: & confirmatione rōnis naſcitur controuerſia. Nā ſit ea nobis expoſita ratio: quā paulo ante appoſuimus. Illa enim inquit meum occiderat patrem. At non inquit aduerſarius abs te filio matrem necari oportuit. Potuit enim ſine tuo ſcelere illius factum puniri. Ex hac deductione rationis illa ſumma naſcitur controuerſia: quā iudicationē appellamus. Ea eſt huiuſmodi: Rectum ne fuerit ab horeſte matrem occidi: qum illa horeſtis patrem occidiſſet. Firmamentum eſt firmiſſima argumentatio defenſoris: & appoſitiſſima ad iudicationē. Vt ſi uelit horeſtes dicere, eiuſmodi animum matris ſuæ in parentem ſuum: in ſeipſum, ac ſorores: in regnum: & in famā generis: & familiæ: ut ab ea pœnas liberi ſui potiſſimū petere debuerint. In Topicis uero de iudicatione, & firmamēto hæc uerba protulit. Sed quæ ex ſtatu contentio efficitur: Eam græci κρινόμενον uocāt. Mihi placet id: quoniam ad te ſcribo: Qua de re agitur uocari. Quibus autē

Cicero minora p̄cepta in or. li. omiſit.

Ratio quæ.

Iudicatio

Firmamētū.

hoc qua de re agitur cõtinetur:hæc cõtinent a uocentur:quaſi firmamenta de fenſionis :Quibus ſublatis defenſio nulla ſit. In partitionibus autẽ ſic ſcribit: Deinde unicuiq; rationi opponendũ eſt ab accuſatore id:quod ſi nõ in accuſa tiõe eiuſcã omnino eẽ nõ poſſet.Itaq; ea:quæ ſic referuntur:cõtinentia cauſarũ uocentur quãquã non ea magis:quæ cõtra rõnem defenſionis afferuntur : quã ipſæ defenſionis rõnes continent cauſas.Sed diſtinguendi gratia rõnem appel lamus eam:quæ affertur a reo ad recuſandũ depellendi criminis cauſa: Quæ niſi eſſet:quod defenderet non haberet.Firmamentũ aũt:quod contra ad labe factandam rõnem refertur:ſine quo accuſatio ſtare non põt. Ex rationis aũt:& ex firmamenti conſultatione|& q̃ſi concurſu quæſtio quædam exoritur: quam diſceptationẽ uoco.In qua qd ueniat in iudiciũ|& de quo diſceptetur:quæri ſo let.Quintilianus de eodem Ci.in tertio de or.inſti.Paulum in his ſecum etiam Cicero diſſentit:Nam in Rhetoricis:Quemadmodũ ſupra dixi:Hermagorã ẽ ſecutus.In Topicis ex ſtatu effectam contentionẽ κρινομενον exiſtimat: Idq; trebatio|qui iuris erat cõſultus|alludens de qua re agitur appellat: qbus id cõ tineatur:cõtinentia|quaſi firmamẽta defenſiõis:qbus ſublatis defenſio nulla ſit. At in ptitionibus oratoriis firmamentũ|quod opponitur defenſiõi:qa cõtinens qd primũ ſit ab accuſatore|dicatur rõ a reo:Ex rõnis|& firmamenti qõne diſce ptatio ſit iudicationũ.Ex his:ſi tibi credendũ:ne uetus quidẽ ars ex Ciceróis fœ tura prodiit|In partitiõibus q̃ttuor oratiõis partes facit:initiũ|narrationẽ|cõfir mationẽ|porationẽ:in ueteri arte inq; cæteris rhetoricis pceptiõibus nõ ita.Nũ ptitiões Ci.eẽ negabimus?an ipſã artẽ|& cæteros oratorios libros?Partes quoq; Rhe.in ptitõibus inuentionẽ eẽ ſcribit|elocutionẽ|& memoriã: Reſq; ac diſpo ſitionem inuentioni|uerba|& pronunciationem elocutioni dedit.In li.de perfe cto oratore ad brutũ illis aſtipulatus eſt:Qui plures quam quinq; ptes eſſe uo luerunt|inuentioni iudiciũ ſubſtituens.Quam oppinionem tangens Quinti lianus memoriæ uitio lapſus eſt.Et Cicero quidem inquit in Rhetoricis iudi cium ſubiecit inuentioni:At in Cicero.rhe.nihil tale reperitur. Quinimmo in illis:ut ex omni conſtat editione :Ex manuſcriptis|& cinearis exẽplaribus hæc legũtur:Partes aũt hæ ſunt:quas pleriq; dixerunt:inuentio|diſpoſitio| elocutio: memoria:pronunciatio.Quam electionẽ ſic approbat & Victorinus:Eorũ & ſententiã Cicero ſecutus quinq; partes eẽ cõfirmat: Inuentionẽ| diſpoſitionem: elocutionẽ memoriã|pnunciationẽ.De iudicio neq; i auctore:neq; in iterpte ul la ſit mentio.Quid inde?uetus ars alterius cuiuſuis:nõ Ciceróis ẽ.In ueteri ar te eſt præceptum quoddã:quod & ad hereium:Qum erit honeſtum. cauſæ ge nus:licere nobis pterire:uel uſurpare principium. Id ex hermagora:qui in ge nere honeſto præfandum eſſe negauit:quod nihil attineat apparare: quod eſt paratum.Qum tñ alias ex Ciceronis & Fabii non tantum præceptiõe:ſed uſu non incongruum ſit:benignos iudices benigniores præfatione facere:Et qũ of fenſos aduerſarios uideamus:offenſionẽ illã augere.Hermagoræ rõ aliqd mo

Continentia.

Ratio quæ.

Diſceptatio.

Partes narra tionis.

Quitilianus memoriæ ui tio lapſus ẽ.

menti:tum heberet:qum cauſæ honeſtas ante auditoribus perſpecta eēt: quam
cæptum ſit agi.Cæterum qum nō eſt honeſtas hæc prius cognita:primo oratio
nis ingreſſu eā auditoribus patefacere debemus:unde non mō liberū nobis nō
eſt uti uel non uti principio:ſed utiq; ſemp:quo cauſæ honeſtatē oſtendamus:
præfandum eſt.In hoc genere principia debēt eē breuiora:Paulo erectiora: ple
na dignitatiſiſine iactātia:Sed cū cōfidentia.Tali procemio uſus eſt Cicero:qū
de coniuratorū animaduerſiōe loqueretur.Video inquit.P.C.in me omniū ue
ſtrum ora atq; oculos eſſe cōuerſos.Et deinceps.In ueteri arte iubet narrationē
magis in breuitate quam in copia peccare debere:quoniam ſæpe res parum eſt
intellecta longitudine:magis quam obſcuritate narrationis. Alibi contrarium
ſentit:Contraq; hoc præceptum aliquid in omni eius narratiōe redundare:quā
deeſſe facit.Et Fabius eum ſecutus ſatius ducit:aliqd narrationi ſupereſſe:quā
deeſſe.Q uod Superuacua cum tædio dicantur neceſſaria cum periculo ſub/
trahuntur.Finis non eſſet præſtantiſſimi Patres:ſi uellem omnia perſequi:quæ
in Rhetoricis de inuentione ſcripta ſunt:Q uæ aut in aliis Cice.libris non re/
periuntur:aut ſi reperiuntur:Diuerſa:& contraria ſunt:uarioue modo tradita:
Nuſquam tamen aut cur ita ſcripſerit in Rhetoricis: Aut cur nō ſe emēdaue/
rit:Aut cur hoc modo:non illo præceperit rationem reddit:Aut meminit :Aut
uerbum facit Cicero.Q uid iactas igitur.Tam friuolū:& inane argumentum?
Si ſua fuiſſent ſcripta ad herenniū:damnaſſet:aut cur nō damnaſſet teſtatū re/
liquiſſet .Cur potius hoc in Rhetoricis ad Herēniū:q in Rhe.de inuētiōe face/
re debuit ſi nō in his:cur in illis? Seqtur quod hermeſtis præceptoris ſui memi
nerit quo noīe Cicerōis tpibus fuit nemo:quē nec Cicero:nec Plutarchus noīat.
Q uā audaculus.P.C.hō iſte:Q uā pturbata mēte fertur.Equidē nō auderem
ego hodie affirmare:nō in uniuerſa Italia:ſed in urbe quauis neminē unum ho
die uiuere:q hermes:qū in principibus unū eſſe ſciā:nominetur. At iſte Cicero
nis tpibus neminē fuiſſe clamitat.Q uid hoīs:Ex quo hoīum genere? Puto py/
thagorei Euphorbii ritu ab ea ad hāc diē iterata generatiōe ad nos uitiū more
propagatū:Et ea tēpeſtate diuina quadā nomēclatura inclytū : aut qd appion
grāmaticus ſcriptū reliqt ex facie hoīum ad diuinātē quos Metopos copos uo
cabāt ut Plinius ait:ex iis illū eſſe:q futuræ mortis annos:& pteritæ olim dixe/
rit:nunc aūt dicat nomina oīum ſuperiorꝝ:pſentium:poſterorū.Sed uere dicit
Hermes: hermeſtis nullā fieri ī antiquorꝝ monumētis mētionē:Hermes.n.ſiue hermetes
Hermeſtes: hermetis dr:Hermeſtes nuſq̄ legitur:Q uod ſciā : Sed hermetes ſiue hermetes.
Neſci Plutarchū:qū Cic.pceptores noīat excellentiores:Deīde addere:& alios.
In qbus nominādis feſtinās ad lumina artis noluit īmorari. Cur in his herme/
ſtes eſſe nō potuit? nec Ci.pueritiæ pceptores:niſi in pueritiæ opibus noiare de/
Ci.ī rhe. mul buit.Et ſi nuſq̄ nominaſſet:qd ppterea? Nō animaduertis uir docte Ciceronē
to eſt ſecutus in utraq; arte plures:& uarios auctores ſecutū.In plogo ſecūdi de inuentione
auctores. obſeruaſti qd dicat? Sed oibus unū in locū coactis ſcriptoribus:quod qſq; cō/

modiſſime præcipere uidebatur:excerpſimus: Et ex uariis ingeniis excellẽtiſſi
ma q̃q; libauimus.Hermagorã & antiquos in Rhe.de iuẽtõe:Hermeſtẽ:& re
centiores in Rhe.ad Herenniũ ſecutus eſt.Vnde & tãta p̃ceptionũ uarietas or
ta:& hæc uulgo noua ars:& illa uetus etiã a Hieronymo dicta. Satis fuit Ci/
ceroni utranq; dãnaſſe : qum dicat: Rhetoricos adoleſcenti ſibi excidiſſe : pla/
neq; ſubruſticos uocet:Nam quod dicis non eſſe credẽdũ opus de inuẽtione a
Cicerone ĩperfectum fuiſſe relictũ:libroſq; de diſpoſitiõe/ac reliq̃s p̃tibus Rhe
torices fuiſſe amiſſos:ſi quẽ habes huius falſitatis figulum:hui fictorẽ/ſiue aſſer
torem dicere uolui:Manus dabo.Sinautem:ſtultiſſimus es qui aduerſaris opi
nioni ipſius Ciceronis.Nam in præfatione de or.dicit ſibi excidiſſe cõmentario
la quædã inchoata:nõ aũt perfecta:ut ipſe aſſeris. Inchoata quidem dicuntur:
quæ incœpta ſunt.& nõ finita.Plinius:Ex illis nos uelim intelligi:pingiq; con/
ditoribus/quos in libellis his inuenies abſoluta opera : Et illa quoq; : quæ mi/
rando non ſatiamur:pendenti titulo inſcripſiſſe:ut appelles faciebat:aut poly/
cletus:tanq̃ inchoata ſemper arte/& imperfecta.Idem:Arrepto carbone extin/
cto e foculo/imaginem in pariete deliniauit/agnoſcente uultũ plani rege ex in/
choato protinus.Et Mox paulo:Apelles inchoauerat aliam uenerem coiis/ſupa
turus etiam ſuã illam priorem.Inuidit mors peracta parte : Nec qui ſuccede/
ret operi ad præſcripta liniamenta inuentus eſt:Infra: Neq; interpellatus præ
liis inchoata opera intermiſit omnino.Omitto Victorini teſtimonium/qui nõ
ſemel/ſed ſæpius affirmauit duos tantũ libros de inuẽtione a Cicerõe ſcriptos.
At libri ad herenniũ ideo Ciceronis non uidentur:quod Q uintilianus id opus
nuſquã citauit.Q uam fortis ratio:Et inſolubile argumentum. Nemo certe in
tanta uirorum corona neſcit/multa fuiſſe/& extare.M.Tullii opera.Q uæ nũ
quam Fabius Q uintilianus nominauit.Q uis neget? quaſi uero hoc Q uinti/
liano propoſitum fuerit:hoc or.inſtitutionum inſtitutum:Tullianos libros om
nes/& ſingulos nominare.Si hãc ſibi Q uintilianus ſuſcepit prouinciã:Q uoſ/
cunq; non nominauit:aſcititios/adulterinoſq; iudicare par eſt.Q uid ni? Si nõ
ſuſcepit:Cur libros ad Herennium potius/q̃ cæteros alios/Q uoꝝ nullam pror
ſus facit mentionem? Sed ſatis meminit Q uintilianus: qui libros rhetoricos
Ciceroni excidiſſe ait:Et ab eo damnatos:& ab adoleſcente ſchola deductos:&
ſi qua eſt in his culpa tradentis eſſe.Vnde aperte innuit:quod ait Ci.in Rheto:
ad Herẽniũ:Illum ex hermetis:& aliorum præceptorum ſuorum opinionibus
eos libros confeciſſe :Q uas regeſſit in commentarios. Sunt enim inquit uelut
regeſta in hos commentarios/quos adoleſcens deduxerat ſchola.Et ſi qua eſt in
his culpa:tradentis eſt.Sed quo mõ non fuerunt hi rhetorici libri Q uintiliani
temporibus? Si idem ait de noĩe Rhe.agens deniq; qum.M.T.etiã ipſis libro/
rum/quos de hac re primum ſcripſerat Titulis græco nomine utatur:Non titu
lo inquit ſed Titulis:qum ſciret duas artes a Cicerõe ſcriptas/Q uo mõ nõ fue
rũt? Si integræ clauſulæ:nedũ uerſus ad uerbũ apud eundem inueniuntur: Si

Rhe.de inuẽtione inchoauit Ci.& imperfectos reliquit.

Inchoata quę dicuntur.

Q uintilian⁹ non citat oĩa opera Ciceronis.

multæ auctoritates: & exempla: Quæ ad litterā ex ipſis rhetoricis ī or. Inſt. trāſ ſumpta ſunt. Quædā damnat ipſius operis ꝑcepta: ut in quarto de partitione: quapropter ne illos quidē ꝓbauerim: q partitionē uetant ultra tris ꝓpōnes extē dere. Quid ais raphael? Ne huiuſmodi exēplis obſtrepās? Quid ita? Quoniā non nego inqt hoc. Sed fateor: Indeq; rōnem certiſſimā elicio ad probandū: qđ Rh. ad herenniū minime ſit ciceronis: quoniam auctorē fabius nō nominat nō taciturus: ſi Ciceronis illud eſſe opus putaſſet. Puerilis ē mi raphael hæc rō. Solet. n. qum aliquam Ciceronis opinionē damnat Fabius: aut ueniā præfari: aut auctorem ſilere: Ciceronēq; diſſimulare. Vide in. iii. Statum inquit quidā dixerunt primam cauſaꝝ conflictionē: Quos recte ſenſiſſe: paꝝ elocutos puto. non .n. eſt ſtatus prima conflictio: feciſti: non feci: ſed qđ ex prima conflictione naſcitur. hoc: ſi non immemores: non niſi in Rh. de inuentione legiſti: ubi talis eſt diffinitio Status: conſtitutio eſt prima conflictio cauſaꝝ ex depulſione intētionis profecta hoc modo: feciſti: non feci: aut iure feci. Non noīauit ciceronē auctorem Fabius: ergo Rh. de inuentiōe libri non ſunt Ciceronis. Friuolā rōnem: Ridiculum argumentū. Quod ſi aliqđ ualeret: ipſius Quintiliani auctoritas: reiicit: cuius uerba in. ii. ſunt hæc. M. Tullius ipſis libroꝝ: quos de hac re primū ſcripſerat Titulis græco noīe utatur. Hæc ubi de noīe Rhetorices quam in latinum tranſ ferentes: tum oratricē tranſtulerunt aliqui. Si Cicero unam artē: quā ueterē dicimus: & non duas: hoc eſt & ueterē: & nouā ſcripſiſſet: nunq̄ tātus auctor Titulis: Sed Titulo dixiſſet Non tu qui oīa puer tis: diceres Virgiliū ſcripſiſſe libros titulis æneidos: aut titulis georgicoꝝ: titulis ue bucolicoꝝ: Sed titulo. unus eſt. n. titulus æneidos unus georgicorū: unus bucolicorū: non duo: non plures. Dixit Fabius titulis qm̄ & artis ueteris titulus eſt Rhetoricorū: Et artis ad herēniū titulus eſt Rhetoricoꝝ. Deniq; inqt qum. M. Tullius ēt ipſis libroꝝ: quos de hac re primū ſcripſerat titulis græco noīe utatur: Profecto nō ē uerēdum: Ne temere uideamur oratori maximo de noīe artis ſuę credidiſſe Et notāter dixit titulis: ut oſtenderet non temere ipſi Ciceroni: quis adoleſcenti credere: qui non ſemel ea inſcriptione fuerit uſus. Ait præterea. A. G. in. xii. noctiū atticarum ſcribere: ſe non cōperiſſe quēq̄ ante Auguſti imperiū coꝝ: qui integre locuti ſunt: dixiſſe Barbariſmū: Et in libris ad herenniū eſſe & barbariſmi: & ſolœciſmi diffinitionē: Ideo Cice. libros non cenſendos. Minimi certe ſtudii es raphael: ſi non legiſti: aut nullius memoriæ: Si non te legiſſe recordaris: Gelliū in quinto tradidiſſe: Neminē aut latinū: aut græcū eorū: qui facundi haberentur: dixiſſe barbariſmū aut ſolœciſmū. Miror ēt te non adduxiſſe: eundē auctorem ſcribere: Ciceronē abſtinuiſſe hac uoce nouiſſim⁹: Vñ ſi ī ope ad herēniū reperitur id nomē: Si alio ī ope: qđ Ciceronis titulū hēat: Ea eē ſubdititia: Qum ꝑſertim. M. Var. ſcribat: Qđ extremū dicebatur: eo tpe dici cœptū nouiſſimū: Qđ ſua mēoria ſeniores tāq̄ nimis nouū uerbū uitabāt. Nā ut tibi cēſori acutiſſimo credam⁹: ut. A. G. halluciari minīe uideatur: affirmabim⁹: nec Rhe. ad herē. nec

Quintilian⁹ damnat q̄dā Rhe. Ci. Faſta.

Quintiliani modeſtia qū diſſentit a Ci.

Quintiliani locus.

Barbariſmi uox & ſolœciſmi ante auguſti ætatem . A. G. error. Nouiſſimus eſt dictio uſitata etiam Ciceroni.

epiſtolarũ ad Brutum ad.Q.fratrẽ/ad Atticũ/& ad alios:Nec orationũ uolu/
mina:nec oratorẽ ad Brutũ/Ciceronis opera eẽ.In epiſtola.n.ad Octauium hęc
leguntur:Nã ut ordiar ab initio:& pducam ad extremũ:Et nouiſſima cõferam
primis.Et in oratione pro Roſcio comœdo:Itaq; perbreui tẽpore:qui ĩ nouiſſi
mis quidẽ erat hiſtrionibus:ad primos puenit.In oratore:Nec in hac modo re:
quæ ad uulgi ſenſum ſpectet & ad auriũ uoluptatẽ:quæ duo ſunt ad iudican/
dum nouiſſima.Sane in nouiſſimo errauit non in ſolœciſmo(Quod ego dice
re oblitus eram)non in barbariſmo:Quod dixi.Sic inquis?Eſto ſi uerum eſt:
quod.A.Gellius ſcribit rũdere poſſum:quod ante dictũ eſt:Ideo Ciceronem li/
bros ad Herenniũ ſubruſtios dixiſſe:Si falſum eſt:non eſſe locũ huic calũniæ:
Et utroq; mõ Ci.eẽ fatẽdum.Verũ:ut in nouiſſimo:ut in pleriſq; aliis lõge a ue
ritate aberrauit Gellius auctor alioqn præſtabilis.Siquidẽ & elegãtiſſimi/& cla
riſſimi auctores ante Ciceronis ætatẽ/ante Auguſti tpa Barbariſmũ/& ſolœciſ
mũ dixerunt.Nã Dionyſius halicarnaſeus eas uoces ptulit:& eo maior/& anti
qor Ariſtoteles his uſus ẽ in elẽchis:ubi σολὸικισμοσ/& σολὸικιζει uer/
bũ:& σολοικισμοι pluralis numeri legitur):& in aliis libris ſuis:ut in poeti
ca/in qua docet aliis ẽt modis Barbariſmũ fieri/q̃ a grãmaticis/quos hactenus
uiderim/traditũ ſit.Laertius Diogenes teſtatur Chryſippũ ſcripſiſſe tres libros
de ſolœciſmis ad Dionyſium:& theophraſtũ unũ.Strabo in.xiiii.docet qũo an
tiqtus a græcis ea noĩa confĩcta fuerint his uerbis:Nã cares p totã græciã erra
uerũt ſtipẽdium merẽtes.Quare barbari ex illo ſunt appellati:ex quo in græ/
ciam militarũt.At poſteaq̃ apud inſulas habitarũt:Id multũ in eis eminuit.In/
de in Aſiã profectũ:nec ibi ſine græcis uiuere potuerũt.Nã Iones cũ eis/ac do/
res traicere.Ab eadẽ quoq; cã Barbariſmus dictus eſt.Eũ.n.in his dicere con/
ſueuimus:qui male græciſſitant:nõ ãt in his/qui carice loqũtur.Sic ẽt Barbari
loquos/& Barbari ſermonis hoĩes/eos accipe debemus:qui male græca pronun
ciant.Carico aũt more Barbariſmũ ad gracæ orõnis artẽ trãſtulerũt:& ſolœciſ
mum:ſiue id nomẽ a ſolis ductũ ſit:ſiue alio mõ.Si illi/& alii elegantiſſimi græ
corũ auctores Barbariſmũ/& ſolœciſmũ dixerunt:cur nõ latinis uti eis uerbis
licebit?Si Fabio Quintiliano/& aliis illius ætatis inſigni doctrina/& eloquen/
tia licuit:Cur tandẽ nõ licebit Ciceroni/Qui latinæ linguæ pomeriũ protulit:
qui Romanum ſermonẽ locupletauit:Qui tot græca uocabula/latina fecit:qui
tot noua excogitauit:Qui patrii ſermonis pater eſt?Nõ licet?Talibus nugamẽ
tis in bonã:ne ſecus dicã:partẽ.Et qm̃ modo cornificio id uendicat opus:modo
uirginio:modo Timolao:leuitatẽ hoĩs uel in hoc maxime pſpicitis.Virginii q/
dẽ opus eẽ minime poteſt:qum multa a Fabio eius dicta citentur:quæ in Rhe.
ad herẽnium aut non ſunt:aut aliena ſunt.Fortaſſe inquit alia opera illius exta
bant.Tibi certe per fortaſſe fides habenda:qui nulli uiuentium/nulli defuncto/
rum:etiam magna auctoritate/& religione adiuratiſſimis teſtibus fidem haben
dam cenſes.Cornificium auctorem eodem argumẽto eſſe haud quaquam poſ/

Solœciſmi origo.

Cares.

Barbariſmi origo.

Barbareloq.

Rhe.ad herẽniũ non ſunt uirginii/non Cornificii/nõ timolai.

ſe conſtat quanq̄ quod garris de eo:amari iucūdum eſt:ſi curetur:ne quid inſit amari:ſine hoc adiumento ut futile redarguere poſſum.Quidni?Quaſi nō ea dē ſæpius a pluribus dicantur ſcriptoribus:& nō magis hic auctor:q̄ ille allegetur:& nō fallat hoīes aliquā memoria:ut quæ ſcripſerit Fabius:ego reminiſcar: nō quæ eadē Cicero:cōtra tu quæ Cicero ſcripſerit:recorderis:nō q̄ eadē Fabius:Et nō decēti⁹ ſit approbatū huius ſcriptoris opus:qualis erat ars cornificii: qum pſertim Ci.cōtēporaneus ferme fuerit:& rhetor eminentiſſimus:q̄ dānatū illius citare:q̄lis eſt ars noua.Timolao aſcribere.Rhe.ad Herēnium:qui poteſt? Qui poſt Fabium tot annos fuit?Qum cōfiteatur multa ad litteram tranſferi pta a Fabio ex ipſis rhetoricis.Qui aſcribere pōt?qum nemo eum de rhetorica facultate libros edidiſſe teſtetur.At Treuellius pollio non indiligens hiſtoricus ſcribit Timolaū unū e triginta Ro.tyrānis & grammatices:& rhetorices fuiſſe

Timolaus nō ſcripſit artem Rhe.

peritiſſimū.Quid inde?Nunqd ait eū artē rhetoricē ſcripſiſſe?Quod ſūt hodie eruditi:qui nihil ſcribūt?Quot fuerūt q nihil unq̄ ſcribere uoluerūt?Quę iſtæc ſtulticię ſpēs?Q̄d iſtuc temeritatis genus:per ſomnia ægri hoc:& illud aſſerere:id:& iſtud cōfingere:in nullo loco pedē ſiſtere:meras inſanias:manifeſta mendacia impudēter iactare:Anilia deliramēta effutire latrare:& cōtra ueterū fidem cōtēdere nullo monumēto nullo rōnis colore:nulla uel unius argumenti firmitate:ueritatē ut aquam rabidi canes effugere:& q̄d a Ci.ætate ad hunc diē creditū eſt:firmū:& ratū habitū:Sūmoꝶ grāmaticoꝶ:illuſtriūq; ſcriptorū ſententia receptū:Auctoritate ſancitū:teſtimonio cōfirmatū negare.Sunt libri rhetorici nō modo:qui ex oībus impreſſorū officinis exierūt:Sed antiqui:ſed manuſcripti:ſed incorrupti:quotquot ſunt in oībus bibliothecis publicis:& priua

Ti. Rhetori/corum.
Titul⁹ unde.

tis hoc titulo.M.T.Ciceronis libri Rhe.ad herēniū.Titulus aūt dictus ēq̄ſi tutulus:eo ꝙ Factū nomē:& memoriā tueatur auctoris:Et ſi qs alterius opus eſſe cōtēdat:ueri opificis indicet nomē.Apud ouidiū:Legerat hui⁹ amor titulū:nomēq; libelli:nō libellū:& cognouit auctorē:Cognouit & bella ſibi pari.Iſte porro acutus uir ait:q̄d in q̄one ſit:id ratū hri nō oportere.Facileq; Timolaū Rhetorē obſcurū in Tulliū:& herēnianum in herēniū a poſterioribus:qui rudibus ſæculis fuerūt:cōmutari potuiſſe.Cui nāq; potius libri de arte rhe.ſcripti:q̄.M. Tullio eloquētiæ parēti ab imperitis:rudioribuſq; tēporum infelicitate hoībus aſcribi debuerint?Quis eſt quæſo grāmaticoꝶ:rhetoꝶ:cæterorūue ſcriptorū ex antiquis a Cicerone?Qui hoc in q̄one poſuerit?qui ambiguū uel unico uerbo fecerit?Nullus certe:& p tot manus doctiſſ.uirorū ad nr̄a uſq; tp̄a ſincerus titulus puenit.An ſi:quæ tibi demētia:& mihi foret:ut dubium diceré mihi eē: an ep̄læ ad atticū Ciceronis eſſent:titulus ipſarū ep̄larū antiq̄ſſimus:& per tot ſæcula pbatus pro nihilo hēretur?Sed p deū quē titulū ſuppōis:Timolai libri Rhe.ad herēnianū.Vn̄ tibi?A meo īgenio:Quē auctorē?Nullum.Quo argumēto?q̄m imperiti hoīes facile mutare potuerūt Timolaū:& herēnium:in Tullium:& herēnium.Fac prius cōſtet herēnianum ſcripſiſſe rhetoricam artem:&

hanc non aliā artem. Eſt mihi poteſtas inquies ex noie ipſo: uolo iubeo edico: imperoq; ita fuiſſe. Regiis edictis parere neceſſe eſt. Adulterinus fit index. Qui fuerūt tā temerarii? Qui puerterūt? Cur? qñ? pſer: ſi potes? Dixi iperitos & rudes imutaſſe. Qui ſūt iſti iperiti & rudes? An Marcellus Seruius? Priſcianus? an Hieronymus Ruffinus Auguſtinus? An Plutarchus qui ut: uidere eſt i hoc uenerandæ uetuſtatis codice manu græca ſcripto: Quem Calpurnius Rhetor: ſi quiſq̃ eſt hodie: ſummus: Sabellico huic noſtro uidēdum ex academia patauina miſit: pter Aretini Leonardi fidē in nomēclatura opum Ciceronis Rhetoricen ad Herēniū ponit. Quæ res (opinor) fecit. ut de hac re ſuā improbaret ſententiam. Imperitiſſimi ſunt hi & illi? Rudes hi & illi? Taces? Si non ſunt. Si hi & illi clariſſimi ſcriptores Ciceronis id opus eſſe confirmāt: ſi oēs fere teſtimonia ex eo citāt: qd cōtendo inſanis? Ridiculā rem & cachino digniſſimā audite excellētiſſimi auditores? Quid muſſas regi? hoꝝ & oīum antiquiſſimorū: & clariſſimoꝝ uiroꝝ auctoritatē tollendā. Satis iperioſe: uerūq; nō regio ſed tyrannico more. Memēto te Venetiis eſſe: ubi regis nomē nedū tyranni inuiſum: ubi a primis incunabilis uera dulciſq; libertas uiguit: deiq; munere uiget: uigebitq; in ppetuum: Neminē inuenies: qui tibi pareat. Sed & litteræ ipſæ tibi obedire nolēt: nō. n. es tāti ut puertant tuo iperio: quæ a maioribus noſtris rectiſſime poſita ſunt: Quæ ab eminētiſſimis auctoribus nō ſub dubio iuolucro Sed aperte affirmantur: qui quidē Ciceronē ad herēnium allegantes id eſſe Ciceronis opus clariſſime teſtātur. pterea qū Cicero a ſe ipſo li. i. ad herennium ducat exemplum tale: Tullius hæres meus Terentiæ uxori meæ triginta pondo uaſorum argentoꝝ dato: quæ uolet. Poſt mortē eius uaſa precioſa: & cælata magnifice illa petit. Tullius ſe: quæ ipſe uolet in triginta pondo ei debere dicit. Et reliqua: quod eſt firmiſſimū argumentū Ciceronis: nō alterius eē. ptinax iſte tergiuerſator cōtendit hoc quidē argumento non modo nō probari Ciceronis opus ſed contra nō eſſe proculdubio ſibi demōſtrari. Nam. M. Tullius aut nunq̃ inquit: aut certe dum adhuc puer eſſet: anteq̃ aut uxorem duxiſſet: aut filios ſuſtuliſſet Rhetorica ad Herēnium ſcripſit. Neq; mihi fieri ueriſimile pōt: ut eos matura iā ætate cōpoſuerit libros in qbus puerilia magis deph ndūtur errata: quā in his quos ſibi ipſe puero adhuc excidiſſe in procemio de oratore teſtatur. Nō enim de Rhetoricis ad Herennium eo in loco Tullius loqtur: ut qdā oia temeritate ſua puertētes opinantur: Sed eā in qua Hermagorā fere eſt ſecutus: Cuius duo tm̄ de inuētione libri extāt. Quare exēplū illud de Ciceronis filio uxoreq; cōpoſitū facile demōſtrat Rhetoricā ad Herēniū ab alio quam Cicerone fuiſſe conſcriptam. Hæc ſunt uerba tua Raphael? Annuit: hæc ad uerbum dixiſti? Etiam. Fatetur patres ampliſſimi: Non φ uelit uerū fateri: a quo ſemper abhorruit: ſed quia hæc ad lrām iā pridē ſcripſit: ediditq;. Attendite quæſo uiri eruditiſſimi ſobrietatē hominis iſtius, Prima balbutiētium elementa puerorū ſunt huiuſmodi: ut ſciant dicendū eſſe: de Rhetoricis ad Herēniū loqtur ſed i eos ud

Calpurnius rhetor ſummus.

Tullii exemplum de uxore & filio.

ea:in quibus hermagorã ſecutus eſt:damnat. At iſte elementarius ſenex ait:non de Rhetoricis ad herẽniũ loquitur:ſed eã:in qua Hermagorã ſecutus eſt:dãnare uidetur. Eã hoc ẽ rhetoricos libros:ſiue rhetorica. Quid facitis o ueneti magiſtri:o triuiales:o Adiutores:ſiue pędagogi? Cur ferulę nõ ſubiicitis hũc ſexagenarium puerũ? Si odiſtis eius linguæ uitia cędite eum: Ne latinã linguã corrumpat. Sin amatis ueteratorẽ iſtum uerberate:ut diſcat. Scriptũ ẽ.n. q parcit uirgæ:odit filiũ. Sed condonemus:ei puerilia huiuſmodi errata: quæ non tã ex craſſa(ut aiunt)ignorantia:quã ex deſperatione ꝑpetrauit:ut mille alios ſolœciſmos donauimus:& ſyllabas barbare ꝓnunciatas ignouimus: qđ munus hic publice ꝓfitẽdi aſſequi nõ potuit. Quid illud:qđ totiens dixit: & ſcripto mandauit? Rhetoricã ad herenniũ:in rhetorica ad herenniũ. apud Quintilianũ legit hunc ſermonẽ:uel apud quẽuis elegantiſſimorũ ſcriptorũ? Nemo niſi triuialis:& barbarus dicit Cice. ſic ſcribit in rhetorica:in primo rhetoricæ. Latini dicunt in Rhetoricis:in primo Rhetoricorũ. Nã in plurali Rhetorica ſignificant libros de arte ipſa. In ſingulari Rhetorica ſignat rẽ ipſam. Vnde Fabius ait:nõ omnia nos ducẽtes ex græco ſeq:ſicut ne illos quidẽ: quotiens ſuis utiq; uerbis ſignare noſtra uoluerunt:& hanc interꝑtationẽ oratoriã: & oratricẽ pro Rhetorice non minus duram eſſe:q̃ illam plauti eſſentiã:atq; entiã. Sed ne propriã quidem eſſe. Nam oratoria ſic effertur inqt:ut elocutoria:oratrix uel elocutrix. Illa autem de qua loqmur Rhetorice Talis eſt:qualis eloquentia. Sed & incondita hæc:& alia uitioſa uerba:atq; ſenſa temere quaſi delirãti oborientia ꝑmittamus blaterare. Ad rẽ redeamus. Acutũ plane excogitauit argumentũ:ideo ſibi libros ad herẽniũ nõ uideri Cicerõis:quod ante q̃ uxorẽ duceret:aut filios ſuſciperet: Illos ſcripſerit. Si Cicerõis nõ ſunt:qđ hæc dicere attinet? ſi ſunt:aut parũ:aut nihil attinet:ꝑter q̃ ſi ariolũ ſe ſe oſtẽtare q̃rit:q remota ab oĩ hominũ:& litterarũ memoria ſine teſtimonio tã bene cognoſcat:& ꝑterita ut ꝑñtia uideat. M. Tullii in ꝑfatione de oratore uerba prius legamus: Deĩde exponamus: Hæc ſunt ad litteram. Q̃m q̃ pueris:aut adoleſcẽtibus nobis aut ex cõmẽtariolis nr̃is inchoata atq; rudia exciderũt:uix hac ætate digna:& hoc uſu:quẽ ex cauſis:tot:tantiſq; cõſecuti ſumus:& q̃ ſeq̃ntur. Si correctio tollit:& emẽdat:quod prius dictũ ẽ: Cicero qum ſcripſit hos:& illos Rhetoricos libros adoleſcens erat. Si ignoras ĩ adoleſcẽtia ꝓcreari filios:hoĩum naturam:& ꝓpagationẽ ignoras. Qum uero dicit Cicero aut ex commentariolis noſtris inchoata:atq; rudia:uidetur tibi de Rhe. de inuẽtione:nõ de Rhe. ad Herẽnium loqui? Quãobrẽ? Quid obmutuiſti? Ego paulo ante(quod te fugiebat)docui: Ciceronẽ:qum ait: Inchoata:ſentire de arte ueteri:q̃m inchoata dicuntur:quæ ſunt a nobis incepta:& nõ ꝑfecta. Nũc docebimus:qum ait rudia:de arte noua intelligere. Si qdem rude opus dicimus:quod ad calcẽ deductũ eſt:nondũ tñ perfectum:quod nõ expolitũ:caſtigatũq;:neq; ultimã manũ ſenſit. Hoc latiniſſimi cuiuſq; ſcriptoris uſus docet: & latinæ lĩguæ anchora hoc eſt auctoritas ueterũ comprobat:& uocabuli pro-

Error turpiſſimus.

Rhetorica in ſingulari qd ſignificat? in plurali quid Eſſentia. Entia.

Locus in pręfatiõe de oratore.

Inchoata quę dicuntur: Rude opus quid.

prictas ſignat.Ouidius naſo de libris metamorphoſeon/quos icorrectos fuiſſe:
& in emẽdatos/ac iperfectos teſtatur pluribus locis/iquit.Vel quod erã muſas:
ut crimina nr̃a peroſus:Vel ꝙ adhuc creſcẽs/& rude carmẽ erat/& quæ ſequn/
tur uſq; ad illud:Q uidqd in his igitur uitii rude carmen hẽbit:Emendaturus:
ſi licuiſſet:erã.uerſus ſunt uulgatiſſimi.Barbatus Hieronymus in Abdiã quod
inchoata de Rhe.de inuẽtione:ꝙ rudia de Rhe.ad Herẽniũ dixerit Cicero his
uerbis innuit:Dicit & Tullius tuus adoleſcẽtulo ſibi inchoata quædã & rudia
excidiſſe.Si hoc ille tã de libris ad Herẽnium/q̃ de rhetoricis/quos ego uel per/
fectiſſimos puto/ad cõpationẽ ſenilis pitiæ dicer̃ potuit.Et reliq̃.Q uid muſſas?
Illud ex cõmentariolis noſtris quo numero accipis?nõne in plurali?Q uo ſen/
ſu?Nõne pro Q uintiliani ſnĩa?Q uod hos cõmentarios e ſchola eduxerit: ut
diximus.In Rhe.de inuentõe imitatus eſt Cicero Hermagorã:(ut tute fateris)
e ſchola non eduxit illos.hic nullũ tibi cauillatiõis cõfugium relinquitur.Nam
(ut oẽs ſciunt)& ipſe Cicero fatetur:in arte ueteri antiquos/ eoſq; græcos ſecu
tus eſt auctores/quos i.ii.eiuſdẽ opis cõmemorat p̃ter Hermagorã.nullo pacto
põt de eo intelligi:quod e ſchola eduxerit.Seqtur ergo quod libros ad herẽniũ
ſcripſerit:q ſibi ex cõmẽtariolis/hoc ẽ exceptiõibus ſcholaſticis cõpoſiti excide/
rũt.Et cõuenit:ut ſupra tetigi:cũ illo:quod in his eſt iſcriptũ libris:de harmete:
ſiue hermeſte p̃ceptore ſuo/quẽ p̃fatus ẽ auctorẽ.Id qđ declarãt ſequẽtia Cice/
ronis uerba:Vix hac ætate digna/& hoc uſu/quẽ ex cauſis tot/& tãtis cõſecuti
ſumus.Tu inqt o.Q .frater cenſes/& affirmas ea quæ de arte Rhetorica adole
ſcentibus nobis exciderunt ex cõmentariolis ſcholicis:uix digna hac ætate ma
tura:in qua ſumus:& hoc uſu quẽ ex aſſidua exercitatione in/tot/& tãtis cauſis
cõſecuti ſumus.Dixiſſet Cicero uix digna eſſe quæ ſcripſit adoleſcens: ſua æta
te/& auctoritate de arte ueteri/In qua de inuentione tm̃ tractauit. Abſit hæc a
nobis:ut credamus:dementia:Abſit ut huius ſermonis/& inſcitiæ notã Cicerõi
iam ſeni inuramus.Q um ipſemet in ſecundo Rhetorico reliqua Rhetorices p̃
cepta ſe deinceps ſcripturũ polliceatur:neq; eis tñ libris quidq̃ addidiſſe:ut an/
te diſſeruimus:cõſtet.Nemo mẽtis cõpos ambigere põt/eũ ſcripſiſſe nõ mõ re/
liquas ptes prout pollicitus eſt:Sed & oĩa Rhe.p̃cepta in libris ad herẽniũ:quę
qdẽ uix ætate digna/& auctoritate ſua dicit in li.de or.In qbus ſtrixit Antonii:
& Craſſi de oratore ſnĩas.ut alii oratorii libri/alias/& uarias de arte Rhetorica
p̃ceptiones cõtinẽt.Ipſe Cice.nõne ait:qũ bienniũ uerſatus cẽt in cauſis:ſuumq;
nomẽ in foro celebratũ foret:ſeſe athenas cõceſſiſſe:& philoſophiæ ſtudiũ ſem
per cultũ/nunq̃ deſeruiſſe?id qđ cũ eius opis p̃œmio plane cõuenit:qđ etiã rñ/
det de familiaribus negociis his/q̃ in ep̃lis:oratiõibus:Tuſculanis: qõnibus:cæ
teriſq; libris ſuis frequẽtiſſime ſcribit.Q uid torqueris Raphael?uis tibi cõce/
dã familiare uxoris/& filii exẽplũ ita poſitũ eſſe:ut hoc.Q .cæpio/qui p id tp̃s.
Vt alia quoq;:Q uæ in cauſa nihil ualẽt:ſiue ficta:ſiue ex hiſtoriis ſumpta? Cõ
cedo ea lege:ut ad unũ/qđ te interrogabo:rñdeas.In libris ad Herẽniũ nõne di

Rhe.ad herẽ
nium ex ſcho
licis cõmẽta/
riis Cice.edu
xit.

Exẽpla ſunt
i libris ad he
reniũ ex ora
tionibus Cic/
ſumpta.

xiſti exẽpla eẽ de ciceronis oratiõibus ſumpta? Rñde: Aut ſcriptũ tuũ ꝓferã:
Et ipſa exẽpla ꝓferã. Et dixi: & ſcripſi: & hoc uerũ eſſe fateor. Si hoc uerũ eſt:
& fateris: lege homo quartũ eiuſdẽ opis ꝓœmium. Quid in lapidẽ factus ta/
ces? Vides ſtupide cenſor quid dicit: ſuis ſibi utendum exẽplis: potiuſq̃ catonis
Gracchorũ | lelii | ſcipiõis | galbæ | porcinæ | craſſi Antonii. Si ſuis exẽplis utendũ
ꝓbat: & ciceronis adducit exempla: non cicero ipſe auctor eſt? non eẽ adhuc ti
bi auctor uidetur? Rurſus ſi alius eſt auctor: Dic cur ciceronis nullam fecit mẽ
tionem. Vnde queſo magis q̃ a cicerone ars ſumẽda? Vnde magis q̃ a cicerone
auctoritas petẽda? Vnde magis q̃ a Cicerone exẽpla oratoria adducẽda? Quis
rhetor melior? Quis pſtantior orator? qs rõnis dicẽdi accuratior: locupletiorq;
magiſter allegari poterat? Quæ opa ſtudioſius illi legẽda: q̃ oratorii ciceronis
libri: de quibus quantũ ademptũ fuerit: tantundẽ de ſui nominis & ingenii glo

Orationibus Ciceronis in ſunt uirtutes omnes.

ria adimi ipſe uoluit: Quãq; eiuſdẽ orõnes: de qbus ipſe ait. Nulla eſt enim ul
lo in genere laus oratoris: cuius in noſtris orõnibus non ſit aliqua: ſi nõ pfectio:
at conatus tñ atq; adumbratio. Pudet me deũ teſtor uiri eruditiſſimi iſtius pſti
gias: & nenias refellere: neceſſe tñ eſt peruicacis hoĩs ceruicẽ aliquãtiſp deprime
re: ne ſua iperitia teneras mẽtes ĩbuat: & a tulliana lectiõe auertat. Et quis ẽ nõ
a litteris: ſed ab humano ſenſu alienus: Qui putet auctorẽ Rhe. ad herennium:
qſqs ſit: antiquiſſimos illos: & duros oratores: multoq; iferiores uoluiſſe nõiare:
Vnum uero omittere Ciceronem: Qui lux eſt doctrinarũ oĩum: parẽs eloquẽ
tiæ: Rhetoꝝ oĩum: q apud græcos: pariter & latinos fuerũt: ſunt: & futuri ſunt:
optimũ: Maximũq; ſcilicet & ciceronẽ melius eſt omiſiſſe. Omiſiſſe oẽs cicero/
nis æquales | & æmulos: Hortenſiũ | Philippũ: Cæſarẽ | Saluſtiũ | Pollionẽ: Quis
credat eum auctorẽ non Ciceronẽ uoluiſſe: Non poſt Ciceronẽ quẽpiam alium

Herẽnius qs fuit.

adducere: Faceſſat hæc non ſcia | Sed uecordia tua raphael faceſſat: Nugæ ne
iſtæ | quiſquiliæq; tuæ in adoleſcentulorũ mẽtes repant. Confer bone uir pcepta
illa de inuentiõe cũ pceptis ad herenniũ: uidebis ſæpiſſime eadẽ eſſe: iiſdẽq; uer
bis in eiſdẽ clauſulis poſita. Cõfer herennii nomẽ cũ illis | qui tempore Ciceronis
fuerunt: dephendes illum Ciceronis neceſſariũ: familiarẽue fuiſſe. Qui heren
nius | Is ne fuerit: cuius meminit ꝓpertius? An cuius li. ix. Gellius: Neſcio. ſed ſi
cõiectura iudicare licet: cũ reor potius cuius ipſe Cicero in oratione cæliana: fa
cit mentionẽ: ubi familiarẽ fuiſſe illum ſuũ: ingenioq; | & dicẽdi genere pſtantẽ
oſtendit. hunc an aliũ ad atticũ: ut ſunt hoĩum ingenia: & uoluntatũ mutatões
flagitioſũ | & temerariũ uocet: uos uideritis. Satis ẽ mihi iſtius retũdere inſolen
tiã: q: ut ſolet oĩa temere | & negare | & affirmare: aſſeruit: nõ fuiſſe quẽq̃ herẽniũ.

Inſinuationũ tria tempora Cicero pri/mus excogi/tauit.

q familiaris fuiſſe Cicerõi uſq̃ memoretur. Patet iã tibi nouã | quã dicũt | artẽ Ci
cerõis eẽ? An adhuc q̃ris nodũ in ſcripto? Adhuc argumẽtũ q̃ris certũ? certiſſi
mum dabo. Certũ uis? certo certius dabo. Vide in prĩo ad herẽniũ libro qd di/
cit ubi de iſinuatiõe agit: Adhuc q̃ d cta ſũt arbitror mihi cõſtare cũ cæteris ar
tis ſcriptoribus: niſi qa de iſinuatõibus nos noua excogitauimus: q; eas ſoli nos

preter cæteros in tria tẽpora diuiſimus: Vt plane certã uiam & pſpicuã rõnem exordioꝝ haberemus. Hæc nõne fere ad uerbũ excerpta ſunt ex rhetoricis de īuentione? Si īficiaris. audi: ſi legere piget ipſe legam: Nũc īſinuatiões queadmodum tractari cõueniat deinceps dicendũ uĩ. Inſinuatione igitur utendũ ẽ: qum admirabile genus cauſæ eſt. Hoc ẽ (ut ante diximus) qũ aĩus auditoris īfenſus eſt. Id aũt tribus ex cauſis maxime fit. Si aut ineſt in ipſa cã q̃dam turpitudo: aut ſi ab his q ante dixerũt: iã quiddã auditori pſuaſum uidetur. Aut ſi eo tpe locus dicẽdi datur: qũ iã illi quos audire oportet defeſſi ſũt audiẽdo. Nõ ẽ hoc largumentũ firmiſſimũ? Eſt: qa taces. Elinguis factus es: q prius bilinguis. Patet ne iã rhetoricos ad herẽniũ Ciceronis eẽ? Audebis amplius contendere negare: tergiuerſari? ſcriptor alius nunq̃ ſe primũ faceret & ſolũ auctorẽ eius rei q̃ a principe. R o. eloquii. A rege eloquẽtiæ latinæ ſcriptæ fuiſſet tot ãnis ante. Poſſem infinita alia huius generis adducere: qbus ſole clarius oſtenderẽ: rhetoricos ad herenium libros non eẽ cuiuſq̃ niſi Ciceronis: ſi de hac re quenq̃ ueſtrũ ambigere uiderẽ: & nõ potius cupere de fœditate pronũciatiõis regiæ audire: qua barbareſcunt iam hi parietis & marmora.

De differentia theſeos & hypotheſeos: q̃d ſit cauſa q̃ genera cauſaꝝ: & q̃ a græcis aſyſtata dicuntur ex epiſtola ad Ioannem Gotium raguſinum. Theſis quid.

Caput Quadrageſimum.

THeſis chirius ait eſt res q̃ admittit rõnalẽ cõſiderationẽ ſine definitiõe pſonæ. Hypotheſis ſeu cõtrouerſia ẽ ut ĩproprio noĩe utãur: res q̃ admittat rõnalẽ cõtentionẽ cũ diffinitiõe pſonæ. Melius aũt declarabũtur exemplo. Theſis eſt qõ Huiuſmõi: an nauigandũ ſit: an philoſophãdũ? Hypotheſis es qõ huiuſmodi: an decernẽdũ duelli pmium? Nec deſũt q hic ẽt Hermagoram criminẽtur: Et appolodorus in primis: q negat quicq̃ aliud eẽ hypotheſin: quã theſin: & nullus momẽti eſſe diſcrimẽ pſonaꝝ: quãq̃ utrũq; hoc genus qõnis hermagoras diſtinxiſſe uideatur. Non minus. n. infinitã & indeterminatam eſſe hypotheſos q̃ theſeos qõnem. Nã qũ q̃ratur ſit nec ne aĩaduertẽdũ in horeſtem: non pſonã eſſe q̃ faciat qõnem ſed factũ: & nihil intereſſe an ita q̃ratur: ſit nec ne aĩaduertendũ in matricidã. Quod ſi ita eſt: nihil ĩter hypotheſin: theſinq; diſtare manifeſtũ eſt: Ad hæc noſtri primũ oĩum q̃litatẽ pſonarũ qõnum differentiã in afferũt: q̃ ipſis ẽt. hypotheſib9. i. cõtrouerſiis ſępe ſolẽt euenire: ut pũita & ĩpunita: honorata: & ĩhonorata: qũ q̃dã reqrẽda uideãtur ñ tã ex reꝝ q̃litate: quã quãtitate pſonarũ. Deinde illo ẽt diſtare hæc duo genera qõnũ: quod in theſi pſpectio ſit alicuius rei q̃lis ſit: in hypotheſi cõtentio. Et q̃tũ intereſt inter ĩſpectionem: & cõtẽtionẽ: tm̃ ĩter theſin & hypotheſin eẽ diſcriminis. Deĩde in theſi q̃rimus qd: oẽs oporteat facere. in hypotheſi qd unũ aut alterũ: aut paulo pluſres: certe diffinitũ hoĩm modũ. Etiã illa differẽtia accedit quod in theſi q̃ſi ignorantes q̃rimus: qd ſit optimũ factu: in hypotheſi quaſi ſciẽtes defendimus. Tum q; oĩs theſis de futuro ẽ: hypotheſis raro: qnimmo nunquã niſi de pterito: aut ẽt Inſpectio. Contentio.

niſi de p̄terito:aut ēt de eo quod agatur facit qōnē.Nemo.n.neq; reus fieri pōt:
niſi fecerit:aut feciſſe dicatur:neq; p̄mium/aut aliud huiuſmodi petere niſi iam
meritus ſit:aut meritū eē ſe cōtendat:Huic loco opponunt tyrānidis:& ꝓditio
nis reos:& ueneficii:& parricidii non ꝑpetrati:& ſi q̄ in eundē modū excogita
re pn̄t.In quo ſtudio criminādi falluntur:nā & in eoꝝ proditionis reus eſt/non
de futura requæritur/ideſt de ipſa ꝓditione:ſed de eo an ſuſceperit conſiliū ꝓ
ditionis:quod utiq; proceſſit : & de tyrannide æque:an cogitarit tyrannidem
& de parricidio non ꝑpetrato & de ueneficio.Ergo ſemp/aut de præterito/aut

Hypotheſis ꝓpria orato/ris.

de præſenti in hypotheſi naſcitur qō.In theſi cōtra nunquā/niſi de futuro.quæ
qum ita ſunt:ſatis eſt utriſq; declarata diuerſitas. Hypotheſim finitā/ac ſpe/

Cauſa quid. Negociū qd.

cialem cām ad oratoréq; potiſſimū ꝑtinentē Apollodorus(Vt ualgius interp̄/
tatus/eſt & fabius in tertio ſcribit)ita definiuit:Cauſa ē negocium oībus ſuis
partibus ſpectans ad qōnem Vel ita:Cauſa ē negociū:cuius finis ē cōtrouerſia
Negociū uero ita deſcripſit:quod illud ſit cōgregatio ꝑſonarū/locorū/tꝑorum/
cauſaꝝ/modoꝝ/caſuū/factorū/inſtrumentorū/ſermonū/ſcriptorū/ & non ſcri/
ptorū.Iſocrates cām eē ait/qōnem ciuilē finitā:aut rerū controuerſiā in ꝑſona
rum finitarū cōplexu.Cicero in topicis cām his uerbis definit:atq; oſtēdit/Cau
ſa certis ꝑſonis/locis/tꝑibus/actiōibus/negociis cernitur:aut oībus /aut pleriſq;
eorum.Idem auctor eſt in.i.Rhe.cām eſſe rē/quæ habet in ſe cōtrouerſiā in di/
cendo poſitā cū certarū ꝑſonarū interpoſitiōe.In ultimo de oratore ſic ſcribit:
oēm ciuilem orōnem in hoꝝ alterutro genere uerſari:aut definit a controuerſia
certis tꝑibus ac reis hoc mō:placeat ne a cartaginenſibus captiuos noſtros/ red
ditis ſuis recuperari:aut infinita de uniuerſo genere q̄rente:quid oīno de capti
uo ſtatuendū:ac ſentiēdū ſit:Atq; horū ſuperius illud genus cām aut cōtrouer

Cauſa/ſiue cōtrouerſia q̄. Quæſtio. Conſultatio. Cauſarū ge/nera tria. Ariſtoteles excogitauit genus demōſtratiuum.

ſiam appellant:eāq; tribus:lite.aut deliberatione:aut laudatione definiunt.Hæc
aūt altera quæſtio infinita:& quaſi ꝓpoſita conſultatio noīatur.Idē in.ii.græ/
corum diuiſionē de Rhetorica facultate diuidens ait:Diuidunt.n.totā rē in du
as partes:in cauſæ cōtrouerſiā:& in qōnem:cauſam appellant rem poſitā in di/
ſceptatione rerū:& cōtrouerſia:qōnem aūt rē poſitā in infinita dubitatione.De
cauſa p̄cepta dant:de altera parte dicēdi mirū ſilentium.Cauſarū itaq; quas fi
nitas:ac ſpeciales dicimus:tria eē genera oēs fere idonei artis ſcriptores eſſe cō
ſentiunt:& īprimis.M.Tullius:qui quāuis ſub aliena ꝑſona:ſcribit in li. de or.
Nam illud tertiū:quod a craſſo tactū eſt:& ut audio ille ipſe Ariſtoteles:q hæc
maxime illuſtrauit:adiunxit ēt ſi opus eſt:minus neceſſariū eſt:tn̄ in iiſdem li
bris poſtea ſcribit:Næc illud tertiū laudatiōis genus eſt difficile:quod ego ini/
tio:quaſi a præceptis noſtris ſecreuerā.Sed & qa multa ſunt orationū genera:
& maioris copiæ:de qbus nemo ꝑciperet:& quod nos laudatiōibus nō ita mul
tum uti ſolemus:totū hunc ſegregabā locū.ipſi.n.græci magis legendi:& dele

Laudationes gæcorum.

ctationis:aut hoīs alicuius ornādi:q̄ utilitatis huius forenſis cauſa laudationes
ſcriptaucrunt:Quorū ſunt libri:qbus Themiſtocles:Ariſtides:Ageſilaus: Epa

minundas:philippus:Alexander:alii laudantur.Noſtræ laudatiões:qbus in fo Funebris lau
ro utimur:aut teſtimonii breuitatẽ hñt nudã:atq; ĩornatã:aut inſcribuntur ad datio.
funebrẽ cõcionem:quæ ad orationis laudẽ minime accõmodata eſt.Sed tñ qm̃ Laudationes
eſt utendũ aliqñ:nõnũq̃ ẽt ſcribendũ:uelut.P.tuberoni africanũ auunculũ lau latinorum.
danti ſcripſit.C.Cælius:uel ut noſmetipſi ornandi cã græcoꝝ more:ſi quos ue
limus:laudare poſſimus:ſit a nobis quoq; tractatus is locus:in his tribus gene
ribus:oẽs ciuiles cauſas comprehendãtur:Demonſtratiuũ:delibetatiuum:iudi/
ciale.Quæ primum tria ita inſtituta eẽ uidentur quod laudes:ac uituperatiões Cauſarũ tria
dici:plurimũq; in capiendis cõſiliis:iudiciſq; finiendis operæ conſumi uideba/ genera.
tur:Vel quia(ut ĩ partitionibus oratoriis Cicero ſentit)tria auditorũ genera fe
cerunt:unũ quod ad delectationẽ cõueniat alterũ:quod cõſilium capiat: tertiũ:
quod de cauſis iudicet.Aut & melius etiã(qd̃ in primis Fabius Quintilianus
probat)qa omne oratoris officiũ aut in iudiciis ẽ:& manifeſtum habet genus:
iudiciale ſcilicet:Aut extra iudicia:& illud uel præteritũ habet tẽpus:& ſic ẽ de
monſtratiuũ(præterita.n.uel laudamus:uel uituperamus)Vel futurũ:& ſic eſt
Deliberatiuũ.Neq;.n.niſi de futuris quis conſulit:ac deliberat. Sunt & qui eã
partitionẽ a triplici locoꝝ differentia factã putent: Vt in Roſtris demonſtrati/
uum:in Curia deliberatiuum:in foro iudiciale.Alii laudatiuã materiã honeſto
rum:Deliberatiuã utilium:iudicialẽ iuſtoꝝ quæſtione cõtineri putant:celeri ma
gis:ac rotunda diſtributione:q̃ uera. Nam in laude præter honeſtatem iuſtitia
quoq;:atq; utilitas tractatur:& in deliberatiõe non utilitas magiſq̃ honeſtas at
tẽditur.ſed nec a iudiciis iuſtitia honeſtatẽ excludit:ſunt.n.illa tria genera mu
tuis quodã mõ auxiliis cõnexa:Demõſtratiuum autẽ:quod laus:aut uitupera/
tio:quale quidq; ſit:facile oſtendit:ac demonſtrat:quod a meliore parte aliquã
do Cicero & alii nonnulli laudatiuum appellant.quæ utraq; appellatio a græ/
cis effluxit:qui mõ εγκωμιαστικον modo επιδεικτικον Dixerunt.Eſtq; de Laudatiuum
monſtratiuum:ſiue laudatiuum genus:quod circa laudem:uituperationẽq; cer genus.
te alicuius pſonæ uerſatur.In quo alioqn genere uerſamur nõ ſolum :qum lau
damus:uituperamus ue:ſed & qum querimur:conſolamur:concitamus:terre/
mus:minamur:placamus:cõfirmamus:interptamur narramus:depcamur: gra
tias agimus:gratulamur:obiurgamus:maledicimus:mandamus: renũciamus: Concionale
ſupplicamus:& id genus multa.Deliberatiuum:quod & cõcionale Ariſtoteles genus.
appellat:eſt quod in cõſultatione poſitũ habet in ſe ſuaſionem:& diſſuaſionem:
ideſt cauſæ dictionẽ ad utranq; partẽ:ut an Carthago tollenda ſit Iudiciale ge
nus eſt:quod in cõtrouerſia poſitũ habet in ſe accuſationẽ:in iis ſcilicet:in qui Defenſio ad
bus de pſona agitur:aut petitionẽ:qũ de rebus futuꝝ eſt iudiciũ:cũ defenſiõe: utrãq; partẽ
Hoc ad utrãq; ptem refertur.Neq;.n.ſtatus ex intẽtione tñ ſiue depulſionẽ eẽ pertinet.
põt.Oẽs itaq; cauſaꝝ ſpecies in his tribus generibus cõphenduntur.Nec earũ
ulla erit in qua nõ laudare:aut uituperare:ſuadere aut diſſuadere:intendere qd
aut depellere ſit neceſſe. Illud aũt in primis aĩaduertendũ:atq; ſciendũ fuerit:

Ciuiliū cauſarum genera: Aſyſtata.
Cauſa nō eſt ſi cōſtitutio non eſt.

ciuilium cauſarum:quæ modo finitæ ſint/quaſdam ſubſiſtere : unde & ſtatus
duci poſſunt:& has tantum oratori recipiendas:quaſdam non ſubſiſtere : quæ
aſyſtata græci appellant: & has in diſceptationem uenire non poſſe.Sunt autē
aſyſtata ideſt inconſiſtētes.Marius Fabius in priore commentario ait:Igitur ſi
cōſtitutio non erit/nec cauſa eſſe iudicanda eſt:Eſt enim aſyſtata controuerſia.
Chirius cōſultus:Quæ inquit materiæ non cōſiſtunt/quæ aut depulſionem nō
habēt:aut quæ impudentem/aut turpem habēt depulſionem.Hæc a grecis ap/
pellātur aſyſtata.Incōſiſtentes aūt cauſæ fiunt.ſcd̄m ipſū & Hermagorā mo/
dis q̄ttuor.Qū ē Elipuſa/Iſaruſa/monomeres/ & aporos/Elipuſam aiūt:qū cā
in iudiciū uenit/idoneas circūſtātias nō habēs:ut ſi furti qs accuſetur:cuius ui

Aſyſtata q̄tuor modis.
Elipuſa
Iſaruſa
Monomeres

tā cōſtet integrā eſſe.Iſaruſam appellant:qum eadē ab utraq; parte dicuntur:&
nihil uni magis/quā alteri ꝓpriū affertur:ut duo uicini adoleſcentes:qū ſpecio
ſas uxores haberent:noctu in uia obuii facti ſunt:Et ubi illuxit:accuſant ſe iui
cē adulterii.Ibi.n.quicqd altera ps attulerit:& altera allatura ē.Monomerē uo/
cāt:qū cā ex altera tantū parte cōſtat:ex altera nihil afferri pōt:ut leno qua pte
uenturos ſciebat adoleſcētes:nocte foucā fecit occultā:in ea adoleſcētes pierūt.
Accuſatur leno:qđ mortis cām p̄ſtiterit.Hic.n.Lenonis nulla ē defenſio.Apo/

Aporos.

ron dicūt:qū iudex in cā nō inuenit qd iudicet:Vt tres ſimul iter ingreſſi ſunt:
duo tantū reuerſi:ſe inuicē cædis accuſant.Hic.n.iudex nō inuenit:qd ſeq̄tur.
Fabius in.iiii.ponit ſimile exemplū his uerbis:euenit aliqñ in ſcholaſticis con
trouerſiis:qđ in foro an poſſit accidere dubito:ut eodem colore ps utraq; uta/
tur.Deinde cum pro ſe quiſq; defendat:ut in illa controuerſia: Vxor marito di
xit:Appellatam ſe de ſtupro a priuigno:Et ſibi conſtitutum tempus /& locum
Eadem contra filius detulit de nouerca:Edito tamen alio tempore:ac loco:quia
pater in:eo quem uxor prædixerat.filium inuenit:in eo:quem filius uxorem.Il
lam repudiauit:Qua tacēte filium abdicat.Nihil dici poteſt pro iuuene:quod
non idem ſit pro nouerca:ponentur tamen omnia communia:deinde ex perſo
narum comparatione:& iudicii ordine:& ſilentio repudiatę argumenta ducē/
tur:Iudex neſcit in hac cauſa iudicare:nec in illa : qum alter ab altero & con/
tra ab altero alter illum dicat occiſum:& aliud ad probandum nihil ab utroq;
afferri poſſit deficiēte circunſtantia. Aliud uel caliginoſius aſyſtati exemplum
habens non nullam alioquin ſpeciem probabilis:conſiſtētiſq; materiæ ſub apo
ro conprehenſum.Hoc tale eſt .Petebat quis ab alio uſuram pecuniæ creditæ:
Ille pecuniam accepiſſe confitebatur :ſed depoſitam.Icc irco uelle reſtituere ſor
tē ſine uſura.Pendente iudicio/lex interea de nouis tabulis lata eſt.Repetit cre
ditor pecuniā tanq̄ depoſitā:retinet alter tanq̄ creditā.Non.n.hic iudex uidet:
qd ſibi in ſentētia ferēda conferre poſſit:qū petitor idem interdū crediſſe:inter
dum depoſuiſſe affirmet:& ille alter īterdū depoſitā accepiſſe:interdū creditā:
& neuter ſua priore:ſed uterq; alter alterius præterita ſnīa utatur.Sunt & aliæ
præterea aſyſtatorū apud alios ſpecies:quæ quia ex harū ſimilitudine facile di

gnoſcentur:non multū attinet memorare:ſi tamen curioſus fueris Fortunatia/nū qui adhuc in manus ꝓphanoꝝ nō uenit:ad te dedi:in quo omnes Aſyſtatorum figuras uidere poteris:quas ex uariis artium ſcriptoribus ille collegit.

De exordioꝝ gñibus:artificio:& ordine:quæ ex oronibus Ci.ꝓbātur:ex epiſtola ad Antonium Condulmerium Senatorem Venetum. Caput.xli.

PRælectionē : quā publice habui ſupioribus diebus:qū publice ꝓbaueris tātus & orator:& ſenator:ad te dare cōſtitui nō docēdi gratia:Sed emendandi.Agnoſco humanitatē tuā:Nec dubito te deſcenſurū:ut cēſoria minerua tua caſtiges:quæ minus bene dicta uidebūtur:Cādideq; a calūnia tuearis:quæ nō iprobāda duces.Sūt exordiorū mēbra:ſiue ptes duæ:principiū:& īſinuatio:Principiū larga quadā rōne ita appellatū:quod prima cuiuſuis rei ps atq; aditus principiū noīatur:expſſius magiſq; ꝓprie græci(ut Quint.docet) procemion appellant:q̄ latini:q; principiū:& exordiū nō tātū orationis initiū:ſed cuiuſq; rei ſignificāt.Procemiū uero illā partē dūtaxat:quæ ante igreſſum rei ſit:de q̄ mox latius dicēdū ſit:nominarūt.Siue ppea quod ωδ'η cātus ē:Vñ & cytharœdi pauca illa:quæ ante legitimū certamē emerēdi fauoris gratia pcinunt ꝓœmiō appellarūt.Siue qđ οδ'οσ uiā græci dicunt:id qđ añ rei igreſſū ad cōciliandos ſibi iudicū aīos pſantur:oratores ꝓœmiū uocauere.Neq; enim utēdi ꝓœmii alia rō eſt:niſi ut auditores in cæteris grate audiēdis:ac pcipiendis p illud diſponātur.Inſinuatio:quod in ſinū.i.in pectus:atq; aīum clā obrepat a nobis dicta:a grecis ea ratione:qua & exordium epodos appellatur:quod exquiſitiore quadam ratione:maius quiddam:atque difficilius ſupra procemii reſpectum habeat. Quinti.in quarto orato.Inſtitutionum ait: Quidam exordium in duas partes diuidunt:in principium:& inſinuationē:ut ſit in pricipiis recta beniuolētiæ:& attētionis poſtulatio q̄ qum in turpi genere cauſæ eſſe nō poſſit: Inſinuatio ſurrepat animos maxime:ubi frons cauſæ non ſatis honeſta eſt:uel quia res ſit improba:uel quia ab hominibus parum probetur: &c. Ante omnia:quod Tullius in.ii.de or.ſcribit:memorandum : Quæcunq; præcepta principiorum:& narrationum:in totis orationibus eſſe conſeruanda.Nam nobis beniuolum iudicem facilius facere poſſumus in curſu orationis:q̄ qum omnia ſunt inaudita:docilem autem non qum polliceor me demonſtraturum: ſed tum:qum doceo : & explano . Attentum uero credo tota actione excitandis mentibus iudicum:non prima denunciatione. Sic qum narrationem uerisimilem eſſe:& apertam:& breuē in præceptionibus legimus.Si hæc narrationis magis putamus ꝓpria:q̄ totius oronis ualde erramus. Quaobrē exordiamur:finalis cā ex triplici utilitate colligitur:docilitate attētione:beniuolētia:ad quæ oīum oronum pricipia referuntur.Etenī auditoꝝ animi aliq̄ haꝝ rōnum ad perpetuam orationē audiendā diſponuntur:Delectatione:utilitate:honeſtate:Quæ tria & ſi ſub uno quoq; eorum cōmodoꝝ docilitatis:attentionis:beniuolentiæ comprehendi poſſunt:quibuſdam tamen ducti rationibus delectatio

Exordiorum duo genera.

Principium.

Procemium melius:q̄ principium.

Inſinuatio unde Epodos.

Exordiorū pcepta ſeruanda ſunt in totis oronibus.

Exordii utilitas triplex.

nem docilitati:utilitatem attentioni:honeſtatẽ beniuolẽtiæ attribuemus. Nam qui aliqd doceri/ac diſcere cupit:cũ ut audire delectet neceſſe ẽ. Quæ uero utilia uidentur:ea in primis attẽtionẽ auditoribus iducere ſolent. At quæ honeſta laudabiliaq; habẽtur:ea gratioſis/fauẽtibuſq; aĩs excipiuntur. Sunt uero illa tria cõmoda docilitas/attentio/beniuolentia:oĩbus exordiis:nec principiis magisq̃ inſinuationibus cõia tametſi aliter principio/aliter iſinuatiõe(ut poſt dicetur)parantur. Vbi ait Ci.ſi dubiũ &c. Illud primũ in qõne occurrit:qd ita ꝓpoſitis a Ci.in rhe.ad Herẽ.q̃ttuor cauſarũ generibus honeſto:turpi dubio humili:nõ eo quo ꝓpoſuit/ordine ꝓſequatur:ſed a tertio/ac penultio potiſſimũ incipiat:ubi hoc breuiter licet rñdere:qa principio obſeruatiões traditurus/ab iis generibus uoluit incipe:qbus ipſa neceſſario principia iũgãtur. Sed in honeſto cauſæ genere/nõ neceſſario(ut ſtatim dicetur)exordimur: In turpi uero nõ principio/ſed inſinuatione utẽdum eſt. Qd ꝓximũ/ac ſeq̃es fuit dubium.ſ.fuerat explicandũ:unde carere iudicio cõſtat:qui arbitrãtur librariorũ negligẽtia ordinem mutatum. Quamobrem uero in dubio cauſæ genere a beniuolẽtia ma

Beniuolentiæ auſpicium in cauſa dubia.

gisq̃ a docilitate aut attẽtiõe principiũ cõſtituendũ ſit:rõ ab Ci.adducitur: Ne qd.ſ.turpitudinis ps nobis obeſſe poſſit. Ex quo illud meminiſſe oportet: De dubio cauſarũ genere/quod anceps alias appellatur:quaſi piculoſus tractatus: aut argumẽtatio:unde & pro mortifero/& periculo proximo uſurpatur: Liuio Pli. Virgi. Cice. cæteris. Ambiguitatem huiuſmodi qualitatis in cauſis/ex uariis circunſtantiis oriri. Proinde quod honeſtũ in cã fuerit:id oportebit quãtũ fieri poterit:augere/atq; ornare: Deinde qd turpitudinis fuerit paulatim attingere: idq; quoquo modo licuerit:infirmare:ac refellere. Interiq; ab auditoribus.i.iudi

Orõnis ꝓ Cn. Planco principium.

cibus: Ab aduerſariis ẽt:ſi cõmodũ uidebitur:beniuolẽtiam captare. Tale illud eſt pro Cn. Planco Ci. principiũ: Qum pp egregiam/& ſingularẽ Cn. Planci in dices in mea ſalute cuſtodienda fidẽ. In arte/quæ dicitur uetus:ſic inqt. Anceps genus cauſæ ſi dubiam iudicationẽ habebit:ab ipſa iudicatione exordiendum:

Orõnis Cice. ꝓ.M. Scauro exordiũ. Orõnis pro Scauro cã.

ſin aũt partem turpitudinis/& partẽ honeſtatis hẽbit beniuolẽtiã captare oportebit: Vt in genus honeſtũ cauſa tranſlata eſſe uideatur. Igitur in ancipiti genere ſi res turpis erit:aduocabimus iudicẽ ad pſonæ dignitatem:ſi pſona turpis: ad/rei dignitatẽ. Ita dicemus:ut plus fiduciæ in honeſtate:q̃ metus in turpitudine hr̃e uideamur. Cã Ci. pro. M. Scauro dubia fuit. Quare Ci. qũ pro eo diceret:nitebatur dignitate pſonæ Scauri:nã ex altera parte p̃mebatur turpitudine criminis de pecuniis repetũdis:quod dignitate perſonæ contegeret:non tamen hoc fecit nimium exultanter:ſed expreſſit nonnullam metus ſuſpitionem.

De artificio exordioꝝ ex epiſtola ad Antoniũ Cõdulmerium. Caput.xlii.

Humiliũ cãrum exordiũ Virgilii locꝰ.

ATtentionem/docilitatemq;/quæ mutuis inter ſe nexibus iungũtur:humilibus cauſis in primis ſuffragrari quiſq; facile ex eo uiderit:quod in uilibus/humilioribuſq; rebus dignoſcendis ſolemus omnes negligentiores eſſe: niſi aliquo modo eiuſmodi humilitas ſubleuetur. Hinc Virgili.de

apibus ſcripturus ꝓponit:ſe deinceps aerii mellis cæleſtia dona executurum/& admirāda leuiū rerū ſpectacula:& magnanimos duces/totiuſq; gētis mores/ſtudia/pupulos/& ꝓlia:uti Seruius & Victorinus notarūt. Cicero quoq; ꝓ Archia poeta:quē ciuitate donatū cōtra Gracchū tuetur:non ſecus exorſus eſt:ac ſi de cuiuſuis excellētiſſimi uiri fortunis/atq; ſalute fuiſſet dicturus: Si qd inqt eſt ī me ingenii iudices:qđ ſentio/q̄ ſit exiguum:aut ſi qua exercitatio dicēdi:in qua me nō inficior mediocriter eē uerſatū:aut ſi huiuſce rei ratio aliq̄ ab optimarū artiū ſtudiis/ac diſciplina ꝑfecta:a qua ego nullū confiteor ætatis meæ tp̄s abhorruiſſe:earū rerū oīum/uel in primis hic. A. Licinius fructū a me repetere ꝓpe ſuo iure debet. In admirabili (ut inqt Fortunatianus) lōgioribus principiis uti debemus. Et purgare ſuſpitiōes/dimiſſeq; loq. Præterea q̄ri de falſo crimīe illato/& falſa īfamia cōpoſita aduerſus nos ꝑ inuidiā. Igitur ſi res ꝑ ſe turpis eſt: & negari pōt:a beniuolētia principiū cōſtituemus. Si negari nō pōt:qa negādo rē manifeſtā/potius odiū/quā beniuolētiā cōcitaremus:ad inſinuationē cōfugere debemus:quēadmodū Cæſar pro cōiuratis dicturus: Vt apud Saluſtium patet. Beniuolētiā tñ cape poterimus:ſi nacti erimus:aliquod turpe ab aduerſariis nuꝑ:cōmiſſum:ut Cicero pro. Q. Ligario. Bene qū cā:& ꝑſonæ:& facti īuidia laborat:nō iam apto principio:ſed occulta q̄dā:& ſubdola rōne in auditoꝝ animos irrepere oportet. Quis.n.facile ferat oratorē apte:aut īpugnātē hōeſta:aut defendētē turpia? Fallit uero auditorē ſæpe orator diſſimulatione: aut alterius rei/uel ꝑſonæ ſubiectiōe. Quod qūo fiat:poſt ſi licuerit:dicetur. Opportun⁹ cā: ſatiſq; fauorabilis ad cām īgreſſus ab aduerſarii turpitudine uidetur. Ita.n.fit: ut & minorē ille in eā fidē/auctoritatemq; hēat:& nō ſecius de illo/q̄ de reo agi oportere iudices putēt. Talia pricipia ſunt pleraq; apud. Demoſthenē. Tale illud ē Ciceronis ꝓ Ligario principiū:quo. Q. Tuberonē īprudētiæ arguit:q Ligariū eius criminis accuſet:quo ille ipſe/atq; eius pr̄ æque teneatur. Ita enī diuina quadā (ut Quinti. ait) Ironia pace quorūdā græcoꝝ/qui nimiū ſibi arrogātes/in Fabiū cornua dirigere nō erubuerunt:in aduerſariū exorſus eſt. Nouum crimē. C. Cæſar:& ante hunc diem inauditū. Q. Tubero propinquus meus ad te detulit. Q. Ligariū in Africa fuiſſe/& paulopoſt. Habes igitur Tubero:quod ē accuſatori maxime optādū:cōfitētē reū:ſed tñ hoc ita cōfitētē/ſe in ea ꝑte fuiſſe:qua te:qua uirū oī laude dignū patrē tuum. Itaq; prius de ueſtro delicto cōfiteamini neceſſe eſt quā ligarii ullā culpā rephēdatis. In humili genere exordia debent eſſe ꝓxima ſermoni. Non ſententiæ alte petitæ:nec uerba nimis ornata. Rē/q̄ propria ſit/ad cōmunitatem reuocare debemus:& dicere oīum interesse illā uindicari:nec tam oportere ſpectari magnitudinē rerū/& ꝑſonarū/quā rōnem æqui/& iniqui:quorum eadem uis ſit in minimis/q̄ in maximis. Sic attētos reddemus auditores. Præterea dicemus pauperi rem paruā/ꝑinde eſſe graue dānum:ac diuiti rem magnā. Vnde apud Quinti. pauper/qui conqueritur de diuite:q ab eo apes ſint uenenatæ:ſic inqt ad iudices; Vnum oro:ne cui mi-

Exordiū ōrōnis ꝓ archia.

Admirabilis generis cauſæ exordium.

Orō Cæſaris apud Saluſtium.

Ligarianæ orationis principium.

Turpis cauſæ exordium.

Aduerſariorū crimīatio.

Ligarianæ principiū.

Ligarianæ principium.

Diuina Ironia.

Hūilis generis exordia.

Declaratiōis Quin. locus.

nor dignitate ueſtra uideatur cã litis meæ. Ante oĩa nõ debetis ſpectare:ut pau per magna pdiderim:ſed quãtulũ eſt:quod abſtulerit mihi diues:minus eẽ: qđ reliquit. Cicero in utraq; arte ſentit:i honeſto genere:licere nobis uti:aut abſti nere exordio. Ex Hermagoræ ſnĩa idẽ negat in genere cãæ honeſto p̃ſandũ eẽ. Nã ſi inqt cõciliandæ beniuolẽtiæ:emerẽdiq; fauoris gratia præfari ꝑcipimur: in bonæ opinionis themate:ii utiq;:qui audiunt:ſua ſpõte nobis propicii:ac fa uentes ſunt: Nihil attinet apparare id nobis p̃fatiõe:qđ ſine illa nihilominus pa ratum eſt. Quæ qdẽ ratio tãtiſper aliqd habet momenti:ſi cauſæ honeſtas ante auditoribus pſpecta ſit:q̃ de ea ulla ex parte cœptũ ſit agi. Cæterũ qum multæ ſint cauſæ:uel honeſtiſſimæ:quãtũ in ipſis eſt:ſed non uſq; quaq; primo orõnis ingreſſu:niſi ita eẽ oſtẽdantur:auditoribus notæ:in iis nõ mõ liberũ nobis non eſt:uti:uel nõ uti principio:ſed utiq; ſemp:quo cauſæ honeſtatẽ oñdamus:p̃ſan dũ eſt. Sed & incõgruum nihil ẽ: Benignos iudices:benigniores p̃fatione face re: Et qum offenſos aduerſariis uideamus:offenſionẽ illã augere. Nunqđ reſtitu to patriæ:ac ciuibus p Cæſarẽ. M. Marcello: Cicero:q pro eo tantopẽ laboraue rat:honeſtiſſimũ cãæ genus nõ habuit:ipſi Cæſari gr̃as pro eo acturus: illiuſq; clæmẽtiã:benignitatẽq; laudaturus? Sed nunqđ ꝑpterea nõ exorſus eſt? Immo uero beniuolẽtiã ſtudioſe ẽt:ab ipſo Cæſare:a re ipſa:nõ nihil & a ſe ipſo:prin cipio:cõciliauit:oſtẽdẽs Cęſaris mãſuetudie:& clæmẽtia factũ eẽ:ut ſilẽtio:quo antea ñ metu aliquo:ſed dolore:uſus eẽt:finis ĩpoſit⁹ ſit: Marciq; Marcelli reſti tutione uocẽ:atq; auctoritatẽ ſuã ſenatui:ac reip. cõſeruatã:ac reſtitutã eẽ. Ve rũ illud facile cõceſſerimus:p̃fationes hmõi cũ liberiores:tũ breuiores:atq; ala criores etiã cõuenire:pauloq; erectiores:plenas ẽt dignitatis ſine iactãtia:ſed cũ cõfidẽtia. Tali procemi'o uſus eſt Cicero:qũ de cõiuratoꝝ aĩaduerſione loquere tur. Video inqt. P. C. In me oĩum ueſtrum ora:atq; oculos eſſe cõuerſos &c. Sed nihil ꝑfecto prohibet in iis etiam:quæ uti ſunt:ita & omnibus probantur ho neſta:ſi non neceſſitate:ſaltem pro rei ornamento:principio uti:queãdmodum choraules:i haredos:& id genus artifices uidemus quædam ante legitimũ can tum:quo qui alioquin intenti ſunt:etiam attentiores fiant:præcinere. Oĩs enim ſpectatione:digna oratio:principio carens:truncã:ſineq; capite eſſe uidetur. At ſi ullum omnino orationis genus ſit:in quo liceat principio abſtinere:illud deli beratiuum præcipue eſſe affirmauerim:quod qui conſilium accepturus ſit:ſpõ te ſua ſatis docilis:atq; attentus eſſe debet.

Ci. locus. Hermagoræ error. Honeſto in genere p̃ſandum eſt. Orationis p Marcello exordium. Præfationes ĩ cã honeſta. Orationis de cõiuratis pœmium. Oĩo ſine pœmio eſt truncã:& uelut ſine capite. Deliberatiuõ in genere. licet abſtinere procemio. Honeſtis in cauſis ſi principio uti uolemus. Exordioꝝ duo genera ĩ cãs honeſtis.

De artificio exordiorũ ex Epiſtola ad Antoniũ Cõdulmeriũ. Caput. xliii.

DVo principiorũ genera maxime ꝑbantur in cauſis honeſtis:unum:quo ipſius cauſæ honeſtas auditoribus ĩnoteſcit: Quid enim attinet (ut pau lo ante dictum eſt) honeſtam nos cauſam habere:ſi ita eſſe auditoribus nõ cõſtiterit? Quaobrem breuiter oſtendere oportet:quare cauſa ipſa:quã agi mus:honeſta ſit. Id Cicero cũ alias multis in locis:tum in eius orationis princi pio:quam de Cn. Pompeii imperio ad populum habuit:q̃ plane oſtendit: Vbi

qum & tẽpus: & cætera ſibi ad dicẽdum ex ſnĩa data cẽ ꝓpoſuit:id ait ſibi maxime Lætandũ eſſe:quod talẽ habeat cãm:in qua nemini oro deeſſe poſſit:quã/do de ſingulari:eximiaq; Cn.Põpei uirtute ſibi ſit dicẽdum. Alterũ uero exor/dii genus in cauſis honeſtis eſt:qum carũ rerũ:de qbus dicturi ſumus:ꝓpoſitione dociles facimus auditores.Q uod optime tũc fieri poterit:quãdo de qbus dicturi ſumus:ea ſunt:quæ qſq; facile intelligit:honeſta eẽ:aut aliquo modo ad ſe ptinere.Vt illud Ciceronis in.M.Antoniũ principiũ:Anteq̃ de rep.Patres con. dicam:ea:quæ dicenda hoc tpe arbitror:exponam Vobis breuiter cõſilium:& profectionis:& reuerſionis meæ.Alibi in eũdẽ.Paruis de rebus:ſed fortaſſe ne/ceſſariis cõſulimur Patres con.De Appia uia:& de moneta. Cõmode Tullius: ubi principio uti non eſt neceſſe:ab iis præcipit orationem incipiendã:quæ & ſi facti expeditionẽ cum aſſeueratione habent:multum tamen etiam faciunt ad attentionẽ:uel docilitatẽ cõciliãdam.Nam quæ a lege:firmiſſimoue noſtræ cauſæ adiumẽto initia ſumũtur:ea nimirũ fidei multũ:ac ueritatis quãdã præſeſe/runt opinionẽ.Vnde fit:ut præter eãquã habẽt:uim cõfirmatiuã:& attentionis præterea plurimũ:ac fauoris excitẽt.A lege itaq; uel a more illud eſt Ciceronis principiũ in Rullum pro lege agraria.Eſt hoc in more poſitũ.Q uirites:inſtitutoq; maiorum:ut ii:qui beneficio ueſtro imagines familiæ ſuæ cõſecuti ſunt:eã primã habeant concionem:qua gratiam beneficii ueſtri cum ſuorũ laude con/iungant.A ſcriptura uero:quæ multum iure aſſeueratiõis uidetur habere:illud ultimæ Antonianæ initium eſt.Vt ex litteris:quæ recitatæ ſunt Patres con.ſceleratorũ hominum exercitum cæſum:fuſumq; cognoui.A fortiſſimo cauſæ adiumento illud Cicerõis pro ſe ad equeſtrẽ ordinẽ:ordinẽ orõnis initiũ haberi poteſt.Si quãdo inimicorũ impetum propulſare:ac propellere cupiiſtis:defendite nunc uniuerſi unumqui ne omnes uno conciderctis ardore:mei capitis periculo non dubitaui prouidere.Nec quicq̃ ante beniuolos:attẽtos:dociles:q; pro cauſarum qualitate:auditores faciendos præceptum eſſet:niſi & quibus rebus ipſa exordiorum commoda nobis pararemus:ſubiungatur.Itaq; de his rebus præcipiemus:primum ita de docilitate:poſt de attentione:poſtremo de beniuolentia exequemur.Q m̃ igitur docilẽ:attentũ:beniuolũ:auditorẽ uolumus:de his non nihil diſſeramus. Eſt docilitas prõpta qdã audiẽdi diſpoſitio:cũ addiſcẽdi ſtudio cõiũcta.Nã is docilis eſt(uti Ci.ait)qui attẽte uult audire.Ex quo qui docilis eſt:is & attẽtus ſit:neceſſe eſt.At nõ ſemp e cõtrario:ut mox dicetur. Attentio eſt ad audiẽdũ diſpoſitio rerũ nouitate:aut magnitudine:uel etiã officii gratia facta.Hæc a docilitate ita differt:quod illa quãdã ſemper audiendi alacritatem:ac uoluptatẽ habet:hæc qñq; uel graui animi offenſione pcipitur.Vt ſi graue auditoribus periculum iſtare propoſuero:& cui non facile ſit occurrere:hic utiq; rei magnitudine:ad ipſoſque auditores pertinente:attentionem:non autem docilitatem fecero:niſi & quibus rationibus id declinari:aut ſuperari poſ/ſit:me dicturum propoſuero. Beniuolentia autem(prout propoſito conue/

Pompeianæ exordium.

Philippicæ primæ principium.

Philippicæ ſeptimæ principium.

Principium quale ubi nõ eſt neceſſe eo uti.

Exordio a le/ge:aut aliquo firmiſſimo cauſæ argu/mento.

Orationis ꝓ lege agraria principium.

Philippicę ultimæ initiũ.

Orationis ad eqtes initiũ.

Docilitas.

Attentio.

Beniuolẽtia.

nit)eſt qua rerũ|perſonarũue qualitate|grate aliqd|fauorabiliterq;:ut dicamus: inducimur. Habent quoq; tres hæ uirtutes quendã non ſuperfluũ præceptiõis ordinẽ:ut doctrinæ rõne|quod horum facillimum ſit|pponatur:tum quod minus facile poſtremo quod pluribus fiat rationibus. Docilitas enim uno ſemp modo oritur. Attẽtio tribus pcipuæ modis:aut quattuor ad ſũmũ: Beniuolẽtia pluribus(ut ſuo loco dicetur)contrahitur. Docilitas breui cauſæ expõne ſatis liquet. Eſt enim humanis ingeniis hoc in primis inſitũ:ut cuiuſuis rei cuẽtũ: finemq;|uti optimum quiddã| in omnibus ſemp attendant:quẽ eo patientius: attentiuſq; expectant:quo & pprius illum eſſe:& ubi futurus ſit|ante didicere. Id uero fit breuitatis ſpe|& ordinis propoſitione. Huiuſmodi pro Cn. Rabirio principiũ eſt:quo & qd ſit dicturus:& quo ordine breuiter pponit. Et ſi inquit Quirites non eſt meæ cõſuetudinis initio dicendi rationem reddere:qua de cã quenq̃ defendã. Propterea quod qum oĩbus ciuibus in eoꝝ periculis ſemper ſatis mihi iuſtam cauſam neceſſitudinis eſſe duxi:tum in hac defenſione capitis famæ|fortunarumq; oĩum. C. Rabirii pponenda ratio eſſe uidetur officii mei.

Quibus modis attentionẽ faciamus enumerare licet parui operis non ſit|breuiter enumerabo: Eorũ. ſ. propoſitione:quæ magna ſint|noua|inuſitata:quæ publicum aliquod cõmodum:ſiue humanum ſit:ſiue diuinum:cõtineant:uel eorũ qui audiunt|aliquã habeant rõnem. Ex quo eni unicuiq; horũ eſt inſitum:ut diſcendi ſemp|ſciendiq; cupiditate ducatur: Tanto omnes ad intelligendum arrẽctiores fiunt:quanto quæ ſe intellecturos putant|uel honeſtiora|uel utiliora:aut etiam delectabiliora cognitu eſſe|ſibi proponũt. Magna uero ea appellamus quæ cõem ſui generis formã excedũt:uti magnũ crimen diceretur:patriã hoſtibus prodidiſſe:aut parentibus manus:uel ſacris ædibus faces inieciſſe. Noua ea dicũtur:uel quæ nuper facta:uel alias nunq̃ facta ſunt. Inuſitata dicuntur: quæ & magni ſunt momẽti:& raro alias accidiſſe credantur. Hæc nãq; ſingula:& ſi ſeparatim attentionẽ reddere:& merito ſatis facere uidentur pleruq; tũ oĩa:aut pleraq; cõiungi ſolent:uti in illo pro. Q. Ligario principio memorato: Nouũ crimen. C. Cæſar:& ante hunc diẽ inauditum. Q. Tubero propinquus meus ad te detulit. Hactenus qũo ex ſua cauſarũ forma & qualitate attentio fieret|expoſui: Nunc quomõ ex finali cauſa eã ipſam attentionem facere poſſimus:breuiter oſtẽdam:earum. ſ. rerum ppoſitione:quæ publicũ aliquod|priuatumue cõmodũ concernãt. Superioribus enim de cauſis nobiliũ imprimis animi excitantur:hiſce aũt facile omnes mouẽtur. Optimates nãq; cum ppriæ:tũ reip. utilitati|atq; ornamẽto fauent. Vulgares ſuis maxime cõmodis mouẽtur. Oẽs fere publicæ religionis opinioni libẽter accedunt. Hæc fere omnia illud in Catilinam Ciceronis principiũ cõplexum|uidetur. Remp. Quirites/uitãq; omnium ueſtrũ|bona|fortunas|cõiuges|liberoſq; ueſtros|atq; domiciliũ clariſſimi imperii|fortunatiſſimam|clariſſimãq; urbem hodierna die|deorũ immortaliũ ſũmo erga uos amore|laboribus|conſiliis| periculiſq; meis ex flãma| atq; ferro:

Docilitatis beniuolẽtiæ: & attentionis ordo.

Rabirianæ orationis exordium.

Attento quibus compare tur.

Magna quę.

Noua quæ.

Inuſitata.q̃

Ligarianæ orationis principium.

Attẽtio ex finali cauſa.

Orationis in Catilinã principium.

ac pene ex faucibus fati ereptã:& uobis cõſeruatam/ac reſtitutã uidetis. Præ-
ter cauſæ qualitatẽ/atq; expectationẽ foris etiã nõnulla aſſumi poſſunt:quæ ad
attentionẽ faciant.Ea ſunt ex pſona maxime noſtra.Si iudices/alioſue:quos no
ſtræ cauſæ cognitores eẽ uolumus:rogemus:uti attẽte audiant. Sed attẽden-
dum raro hoc attentionis genere alias utendum:niſi qum & actoris pſona bo-
næ ſatis apud auditores exiſtimatiõis ẽ:& quædã præterea præmiſſa ſint :quæ
cauſæ fauorẽ paraſſe uideãtur.Q uẽadmodum pro ſex.Roſcio Ci.fecit.Q ua-
propter uos oro.atq; obſecro Iud.ut attẽte bona que cũ uenia uerbã mea audia
tis.Præceptum hoc/uti diximus:Docilitati/attẽtioniq; pariter cõe ẽ:numero res
exponendæ ex Ci.pcepto:Attẽtius nãq; ea facile audiuntur:q̃ ordine quodã/nu
meroq; cõprehenſa fuerint:atq; pposita:q̃ in qbus quid/qũoq; expectandũ ſit:
non intelligitur.Eſt uero quantũ ad hoc pertinet/duplex p numerũ expoſitio.
Vna quidẽ explicita quũ certus dicendoꝝ numerus pponitur.Vt tribus/aut q̃t
tuor de rebus: Vobis ac reip.in primis opportunis ſum dicturus.Altera iplici-
ta:quũ res ipſæ de qbus oratio habẽda ẽ:ſeparatim/ diſtinctẽq; pponuntur: ut
& ſi numerus iiſce non ẽ appoſitus:auditores tñ facile p numerum eas comp-
hendant.Vt illud marõis georgicũ principium.Q uid faciat lætas ſegetes:quo
ſydere terram uertere Mecœnas: Vlmiſq; adiungere uites cõueniat: quæ cura
boũ:quis cultus habendo ſit pecori:atq; apibus quanta experiẽtia parcis:Hinc
canere incipiam.Hic.n.explicitus non ẽ numerus.Propoſitio tñ adeo clara atq;
diſtincta:ut numero/ac ſi expoſita eſſet:quattuor explicanda polliceatur.

Attentionis genus.

Expoſitio duplex per numerum.

Virgilii loc⁹ Georgicus.

De artificio Exordioꝝ Ex epl'a ad antoniũ condulmerium. Caput.xliiii.

IPſa beniuolẽtia/Tertia exordioꝝ utilitas ẽ:qui ẽ tacitus quidam audientiũ
fauor:ſtudiumq; cauſæ expoſitũ/ac fauorabile.Hanc inqt Cicero & ex per
ſonaꝝ demõſtratiõe:& ex rei/q̃ de agitur/q̃litate parari poſſe.Hæc duplex
eſt rei ſcilicet:cuius res agitur:& actoris.Eo.n.ſtudio/ac fide clientũ cauſas ora
tor/ideſt uir bonus ſuſcipiet:quo ſe aut res ſuas tuẽdas eẽ ſtatuerit.Ab rei itaq;
pſona beniuolẽtia capitur:ſi is ex præſenti/aut ex anteacta uita/ factiſq;:quãtũ
principii ratio patitur:cõmendatur: aut qbus is 'impſentia uexetur incõmodis
indignus oſtẽdatur.Vti illud eſt pro.L.Flacco Ciceronis principium. Q uũ in
maximis piculis huius urbis/atq; imperii/grauiſſimo/atq; acerbiſſimo reip. ca
ſu/ſocio/atq; adiutore cõſiliorum/periculorũq; meorũ.L.Flacco cædẽ a uobis:
cõiugibus/Liberis ueſtris/uaſtitatẽ a templis:delubris/urbe/ italia depellebam:
ſperabam iudices/honoris potius.L.Flacci me adiutorẽ futurũ/q̃ miſeriarum
deprecatorem. Actor quoq; a perſona ſua.quã(ut dixi)qum rei perſona cõ-
iunctã gerit:beniuolentiam captabit:ſi officium ſuũ ſine arrogantia laudabit:
qualiſq; in rempub.in parentes/in amicos/aut in eos ipſos qui audiunt/ breui-
ter:uerecundeq;:ne aut ſe extollere:aut quæ fecerit:tanq̃ qui gratiam non rece-
perit:exprobare uideatur.oſtenderit.Q ualia ſunt cum multa alia:& aliorum
& ciceronis principia:tum illud pro.C.Rabirio principium. Et ſi quirites non

Beniuolẽtiæ compatio.

Beniuolentia a perſona rei.

Orõnis p.Li Flacco prin-cipium.

Beniuolentia a pſona acto ris.

Rabirianæ orõnis prin- cipium.

eſt meæ conſuetudinis initio dicendi ratioñe reddere:qua de cauſa quẽquam defendam:propterea quod cum oibus ciuibus in eorum periculis ſemper ſatis mihi iuſtam cauſam neceſſitudinis eẽ duxi:tamẽ in hac defenſione capitis fa- mæ fortunarumq; omnium C. Rabirii proponenda ratio uidetur officii mei: propterea quod quæ iuſtiſſima cauſa eſt mihi:eadem uobis ad abſoluendũ ui deri debet. Nam metum amicitiæ uetuſtas:tum dignitas hominis:tum ratio hu manitatis:tũ meæ uitæ perpetua conſuetudo ad. C. Rabirium defendendum ẽ adhortata. At uero ut id ſtudiodiſſime facerẽ:ſalus reip. conſulare officiũ:con- ſulatus deniq; ipſe mihi una uobiſcum cum ſalute reip. cõmẽdatus coegit. Eiuſ ce ẽt orationis:qua populo patriæ reſtitutus gratias egit:principiũ expreſſius.

Orõnis: qua populo grãs agit Ci. prin- cipium.

Quod inquit precatus a Ioue opt. max. cæteriſq; diis ĩmortalibus ſum quiri tes eo tempore:qum me:fortunaſq; meas pro ueſtra incolumitate:ocio: concor diaq; deuoui:ut ſi meas rationes unq̃ ueſtræ ſaluti antepoſuiſſem:ſempiternam pœnã ſuſtinerem:mea uoluntate ſuſceptam:ſin & ea:quæ antegeſſeram:conſer uandæ ciuitatis cauſa geſſiſſem:& illã miſeram profectionẽ ueſtræ ſalutis gra tia ſuſcepiſſem: Vt quod odiũ ſcelerati homines:& audaces in remp. & in oẽs bonos conceptum iamdiu continerent:id in me uno:potiuſq̃ in optimo quoq; & uniuerſa ciuitate deficeret:& deinde. Eſt Ciceronis p̃ceptum: Si noſtra in- cõmoda proferemus inopiã:ſolitudinẽ calamitatẽ: Et ſi ſimul oñdemus in aliis ſpem nos hẽ noluiſſe Beniuolẽtiã captari. Hoc raro niſi ex pſona rei faciẽdũ: qum aut ipſe per ſe cauſam ſuã agit:ut illud in ſenatu contra Catilinarios prin cipium. Video. P. C. in me omnium ueſtrum ora atq; oculos eẽ cõuerſos. Vos ui deo nõ ſolũ de ueſtro:ac reip. uerũ etiam:ſi id depulſum ſit:de meo periculo eẽ ſollicitos. Eſt mihi iucũda in malis:& grata in dolorẽ ueſtra erga me uoluntas. Sed eam quæſo per deos ĩmortales deponite:atq; obliti ſalutis meæ: de uobis: ac de liberis ueſtris cogitate. Mihi ſi hæc conditio cõſulatus data eſt:ut omnes acerbitates omnes:dolores:cruciatuſq; perferrẽ:feram nõ ſolum fortiter:ſed ẽt libenter:dũmodo laboribus meis uobis populoq; Ro. P. C. dignitas: ſaluſq; pa riatur. Ego ſum ille cõſul. P. C. cui non forum:in quo omnis æquitas cõtinetur non campus martius conſularibus auſpiciis cõſecratus:nõn curia:ſummũ au- xilium omnium gentiũ:non domus:cõmune perfugium: non lectus ad quietẽ datus:non deniq; hæc ſedes honoris ſella Currulis unq̃ uacua mortis periculo: atq; inſidiis fuit. Aut defenſor pro illo. Vt illud pro. P. Sylla. Maxime inquit uellem iudices: Vt. P. Sylla & antea dignitatis ſuæ ſplẽdorẽ obtinuiſſet:& poſt calamitatẽ acceptam:modeſtiæ:fructũ aliquẽ potuiſſet percipere. Sed quoniã ita tulit caſus infeſtus:ut ampliſſimo in honore:tum cõi ambitionis inuidia:tũ ſingulari Antronii odio euerteretur:& in his priſtinæ fortunæ reliquiis miſeris & afflictis:tñ haberet quoſdam:quorũ animos ne ſupplicio quidem ſuo ſati re poſſet:Quanq̃ huius incõmodis magnam animo moleſtiam capio:tñ in cæte ris malis facile patior:oblatum mihi tempus:ĩ quo boni uiri lenitatem:miſeri-

Orationis p Sylla princi pium.

cordiamq; notã omnibus quõdam: nunc quaſi intermiſſam agnoſceret. Poteſt tñ quandoq; & huiuſmodi principium accuſatoris eſſe: qum pro eo dicit: qui inſolenter ac crudeliter iniuria ea uexatus ſit: quę ſi impunita euaſerit: magnam his ſit allatura calamitatẽ. Exordium autem totius orationis cõſideratiõe cogitandum docet Cicero. Hiſce omnibus rebus cõſideratis tum deniq; id: quod primum eſt dicendũ: poſtremo ſoleo cogitare. quo utar exordio. nam ſi quando id primũ inuenire uolui: nullũ mihi occurrit: niſi aut exile: aut nugatoriũ: aut uulgare: aut cõmune. Principia autem dicendi ſemper cũ accurata & acuta: & inſtructa ſententiis apta uerbis: tum uero cauſarum propria eſſe debent. Prima ẽ enim quaſi cognitio & cõmendatio orationis in principio: quæ continuo cum et qui audit: permulcere atq; allicere debet: in quo admirari ſoleo: nõ equidẽ iſtos: qui nullam huic rei operam dederunt: ſed hominẽ in primis diſertum: atq; eruditum. Philippum: qui ita ſolet ad dicendum ſurgere: ut quod primum uerbũ habiturus ſit: neſciat: & ait idem: ii quos bacchus cõcaleſecerit: tum ſe aiunt optime ſolere pugnare. Neq; attẽdit eos ipſos: unde hoc ſimile ducat: illas primas iactare haſtas: ita leniter: ut & uenuſtati uel maxime ſeruiant: & reliqs uiribus ſuis conſulant: nec eſt dubium: quin exordium dicẽdi uehemens: & pugnax nõ ſæpe eſſe debeat. Sed ſi in ipſo illo gladiatorio uitæ certamine: quo ferro decernitur: tñ ante congreſſum multa fiũt: quæ nõ ad uulnus: ſed ad ſpeciẽ ualere uideantur: quanto hoc magis in oratione ſpectandum: in qua non uis potius: Sed delectatio poſtulatur. Nihil eſt deniq; in natura rerum omniũ: quod ſe uniuerſum profundat: & quod totũ repẽte euolet. Sic omnia quæ fiunt: quæq; aguntur acerrime leuioribus principiis natura ipſa prætexuit. Hæc aũt in dicendo non extrinſecus aliunde quærẽda. Sed ex ipſius uiſceribus cauſæ ſumẽda. Idcirco tota cauſa ptentata ac pſpecta: locis omnibus inuẽtis: atq; inſtructis: conſiderandũ ẽ: quo principio ſit utẽdum: Sic & facile reperietur. Sumetur enim ex iis rebus: quæ ſunt uberrimæ: uel in argumẽtis: uel in iis partibus: ad quas dixi ſæpe digredi oportere. Ita & momẽti aliquid afferent: qum erunt pene ex intima defenſiõe deprompta: & apparebit eas nõ mõ eſſe cõmunes: nec in alias cauſas poſſe transferri: ſed penitus ex ea cauſa: quæ tũ agatur: defluxiſſe. Omne aũt principium aut rei totius: quæ agetur: ſignificationẽ habere debebit: aut aditum ad cauſam: & munitionẽ: aut quoddam ornamẽtum: & dignitatẽ. Bona cum uenia hic recitabo præcepta quædã Ci. ad exordiorũ legẽ maxime ſpectantia ex li. de or. Sed oportet: ut ædibus ac tẽplis ueſtibula & aditus: ſic cã's principia ꝓportione rerũ proponere. Itaq; in paruis atq; frequẽtibus cauſis ab ipſa re eſt exordiri ſæpe cõmodius. Sed qum erit utendum principio quod plerunq; erit: aut ex reo aut ex aduerſario: aut ex re: aut ex eis: apud quos agitur: ſententias duci licebit. Ex reo (reos aũt appello quorũ res eſt) quæ ſignificẽt uirum bonum: quæ liberalẽ: quæ calamitoſum: quæ miſericordia dignũ: quæ ualeat contra falſam criminationem. Ex aduerſario: iiſdem ex locis fere cõtra

Sine cogitatione dicere.

Principia debent ẽẽ leuiora.

Exordiũ ex uiſcerib9 cãæ

Principiũ qd hẽre debet.

Exordiorum præcepta quædam ex li. de or.

Rei qui.

ria.Ex re:ſi crudelis:ſi ĩfanda:ſi præter opinionẽ:ſi immerita:ſi miſera: ſi ingrata:ſi indigna:ſi noua:ſi quæ reſtitui:ſanariq̃ nõ poſſint:Ex iis autẽ: apud quos agetur:ut beniuolos:bene exiſtimantis efficiamus:quod agendo/ melius efficitur:q̃ rogando:eſt id quidẽ in totam orationem coufundẽdum:nec minime in extremam:ſed tamen multa principia ex eo genere gignuntur. Nam & attentum monent græci:ut principio faciamus/iudicem; & docilem:quæ ſunt utilia:ſed non principii magis propria q̃ reliquarum partium:faciliora etiã in pricipiis:quod & attẽti tum maxime ſunt:qum omnia expectant:& dociles magis initiis eẽ poſſunt,Illuſtriora enim ſunt:quæ in principiis: quam quæ in mediis cauſis dicuntur:aut arguẽdo:aut refellendo:Maxima autem copia principiorum ad iudicem:aut alliciendum:aut incitandum:ex iis locis trahitur:qui ad motus animorum cõficiẽdos inerunt in cauſa quos tamẽ tutos explicare in principio non oportebit:ſed tamen impelli iudicẽ primo leniter:ut iam inclinato/reliqua incumbat oratio.Connexum aũt ita ſit principium conſequenti orationi:ut nõ tanquã cytharædi procemium affictum aliqui:ſed cohærens cum omni corpore mẽbrum eſſe uideatur.Nam nõnulli:qum illud meditati ediderunt:ſic ad reliqua tranſeunt:ut audiẽtiam ſibi fieri nolle uideantur.Atq̃ eiuſmodi illa proluſio debet eẽ:non ut ſamnitium/qui uibrant haſtas ante pugnas/ quibus in pugnãdo nihil utuntur:ſed ut ipſis ſentẽtiis/qbus proluſerũt/uel pugnare poſſint.

Samnites uibrant haſtas ante pugnã.

De artificio exordiorum Ex epiſtola ad Antoniũ Condulmeriũ. Cap.xlv.

Incommodis expoſitis eſt implorandũ iudicum auxilium.

TEmpeſtiuũ præceptum ubi icõmoda noſtra inopiam/ſolitudinẽ/calamitatem protul rimus:tunc implorandũ ab iudicibus auxilium:oñdẽdãq̃ noſtrã ſingularem erga illos fidem:quam falli indignũ eẽ:quiſq̃ intelligat.Huiuſmodi principio Cicero pro.P.Q uintio:ubi multa/& pro cauſa ſua & in aduerſariorũ inuidiã pmiſit:uſus eſt.Q um tot tantiſq̃ difficultatibus affectus/atq̃ afflictus in tuã.C.Aquili fidem/ueritatẽ/miſericordiã.P.Q uintius confugerit:qum adhuc ei pp uim aduerſariorum/nõ ius par:non agẽdi poteſtas eadem;non magrãtus æquus reperiri potuerit:Q uũ ei ſummã per iniuriam omnia inimica/atq̃ infeſta fuerint:Te.C.Aquili:uoſq̃ qui in conſilio adeſtis/orat atq̃ obſecrat:ut multis iniuriis iactatã/atq̃ agitatã æquitatẽ in hoc tandẽ loco cõſiſtere:& cõfirmari patiamini.

Orationis pro P. Q uintio principium.

Aduerſarii qui.

Beniuolentia ab aduerſariorũ pſona.

Vbi Ci.ait:ab aduerſariorũ pſona beniuolentia captabitur:ſi eos in odiũ &c.Aduerſarios oẽs/eos itelligimus:qbus cum nobis in iudicio cõtrouerſia ẽ:ſiue rẽ ſuã agãt:ſiue alterius cãm agẽdã ſuſceperit. Beniuolẽtiã igr nobis ab eorum pſona cõparabimus:ſi dabimus operã eos pſenti fauore expoliare.Nã q̃tũ illis grãe ſubtrahemus tñ nobis/ & cãæ nr̃æ cõciliabimus Q uint.in.v.inqt:Eteni pr̃is patronus dabit exordio materiã:interi cũ honore:ſi eloquẽtiã eius/ac gratiam noſt.merẽ fingemus;Et:ut ea ſuſpecta ſint iudici:fecerimus.Interim per contumeliam:Sed hoc per quam raro,idem de aduerſariis libro quarto.Aduerſarii pſona prope iiſdem omnibus: ſed e cõtrario ductis impugnari ſolet:nam & potẽtes ſequitur iuidia :& humiles/& abiectos

Aduerſarii pſona quibus impugnatur.

contemptus:& turpes/ac nocentes odium. Quæ tria ſunt ad alienandos iudicum animos potētiſſima:de iudicibus hæc ſubiicit:Iudicem conciliabimus nobis non tantum laudando eum:quod & fieri cum mō debet:Et eſt tamen parti utriq̄ cōmune.Sed ſi laudem eius ad utilitatem noſtræ cauſæ coniunxerimus: ut allegemus pro honeſtis dignitatem illi ſuam:pro humilibus iuſtitiā:pro infelicibus miſericordiā:pro læſis ſeueritatē:Mores quoq̄ ſi fieri pōt iudicis uelim noſſe.Nam prout aſperi:lenes:iucundi:graues:duri:remiſſi erunt:aut aſſumere in eās naturas eorū qua cōpetent:aut mitigare:qua repugnabunt: oportebit: &c.Hoc Cicero pluribus in locis facit.

Iudices quō conciliantur.

Vbi Cicero ait:in odiū rapiemus:ſi qd eorū ſpurce:ſuperbe:pfidioſe:crudeliter:cōfidenter:malicioſe:flagitioſe factum pferemus.Sciendū quod Odium ē concepta de aliquo opinio:qua illum animaduerſione dignū ducimus. Inuidia eſt animi ægritudo ex alicuius fœlicitate:quæ nimia illi adeſſe uideatur. Cōtemptus eſt opinio:qua aliquē & ſibi : & aliis inutilem:quum aliter eſſe poſſet:exiſtimamus. Contrahunt uero odiū animi uitia:inuidiam:fortunæ ſucceſſus:cōtemptum corporis ignauia.Ea nimirū odiſſe debemus:quæ p inſolentiā contra honeſtatem/atq̄ æquitatem fiunt ſpurce/fœde/ac turpiter:uti abuſus ueneris:uel qd tale ſuperbe/& inſolenter:ut ſi dicatur hominē liberum/aut ciuem pulſare:aut aliena eripe:uel de finibus ſuis aliquē eiicere pfidioſe:contra datam fidē iniuriā facere.crudeliter:ut ſupplicē cædere:nec precibus/aut lacrymis moueri.confidenter:nec hoies / nec deos uereri: Malicioſe:Vt ſub beniuolētiæ prætextu fraudem facere . Flagitioſe :uel quod flagris ſit luendū:uel cuius animaduerſio ab oībus ſit:flagitanda.Huiuſmodi principia & in uerrinis actionibus multa ſunt:& in ſecunda Antoniana:ſed & illud pro.A.Cecinna in ſex ebutiū breuiter facit. Si qtū inqt ī agris/locisq̄ deſertis audacia pōt:tātū in foro/atq̄ in iudiciis īpudētia ualeret:nō minus in cā cæderet A.Cecinna ſex.Ebutii īpudentiæ:quātū in ui facienda ceſſit audaciæ.

Odium quid
Inuidia quid
Cōtemptus quid.

Verrinarum pricipia multa.

Orationis p̄ Cecinna initium.

De artificio exordiorum ex Epiſtola ad Antoniū Cōdulmeriū: Cap.xlvi.

VT in inuidiam aduerſarios trahamus:quæ Cicero ſcribit in Rheto: oīa præter factionē/& in cōtinentiā:quæ in malis habētur/indifferētia ſunt bona:ideſt quæ perinde ſe habēt.Atq̄ hi ſunt:a qbus poſſidētur:ut bonis ad bonū:malis ad malū ſint inſtrumēta.Hinc nō ſine cā additur a Cicerōe: Et his adiumētis magis/q̄ ueritati eos cōfidere apiemus. Hæc aūt in īuidiā trahūt: Vis/potētia/factio/diuitiæ/icōtinētia/nobilitas/cliētela/hoſpitiū/ſodalitas: affinitas.Vis eſt īſita unicuiq̄ rei aptitudo:qua quid poſſit:oſtēditur. Potētia eſt alicuius rei faciendæ facultas.Factio eſt multorū conſenſus ad malū.Ei idē eſt factio inter malos:quod amicitia inter bonos:Diuitiæ bona ſunt inanimata quæ exterius poſſidētur.Incontinētia eſt animi uitium/quo legibus/aut moribus uetita expetuntur:Hæc oībus fere uirtutibus aduerſatur:Nobilitas(ut hic accipiēdum eſt:)eſt clara/& probata ſui generis uetuſtas.Clientela(quod a colendo:hoc eſt obſeruando nomē deducitur)eſt multorū:qui in alicuius ſe fidē:

Vis.
Potentia.
Factio.
Amicitia.
Diuitiæ.
Incōtinentia.
Nobilitas.
Clientela.

Hoſpitalitas. ac protectionẽ tradiderint:cõgregatio.Hoſpitalitas eſt expoſitũ ad amicos/ ex
Sodalitas. ternoſq; excipiẽdos hoſpitiũ.Sodalitas in exhibẽdis cõuiuiis alacritas dici põt.
Affinitas. Affinitas largius hoc loco ꝓ iis oibus/qui ſanguinis neceſſitudine iuncti ſunt:
Exordium: accipitur:Hæc nanq; omnia (ut diximus)ſi malis adſint:ad iniuriam facile ad
quo inuehi// hortantur. Verũ hoc principii genere caute/modeſteq; utemur:ne aut ſi(quod
mur cautum perſæpe fit)maxime potẽtes/ac multis quoq; ſpectati/& grati ſint:& eos/& mul
eſſe debet. tos una aperte lædamus:aut nõ magis cauſæ noſtræ auctores/quã calumniato
res uideamur. Oportet nãq;(ut ſæpe ꝑcipiendo diximus)cũ prudentẽ/tũ uiꝝ
bonũ/maximeq; modeſtũ auditoribus uideri:Niſi qñ cõis officii/ aut reip.gra
tia in cũ/qui publice infamis ſit/Liberius/acriuſq; inſurgat.Vt in.L. Piſonẽ Ci
cero.Iam uides bellua. Iã ne ſentis:quæ ſit hoium querela frõtis tuæ?Nemo q̃
Orõnis in Pi ritur ſyrum neſcio quẽ de grege nouitioꝝ factũ eſſe conſulẽ. Non.n.nos color
ſonem initiũ. iſte ſeruilis/piloſæ genæ:nõ dentes putridi deceperũt:oculi:ſupcilia:frons:uul/
tus deniq; totus:q ſermo qdam tacitus mẽtis eſt: hic in errorẽ hoies ĩpulit.Hic
eos:qbus erat ignotus:decepit:hos fefellit:hic in fraudẽ induxit. Alias ut dixi/
mus:prudenter his locis utendũ.Vt idẽ ꝓ.P.Q uintio cõtra.Q .Hortẽſium:&
ſex.Neuiũ.Q uæ res inqt in ciuitate duæ plurimũ poſſũt hæ cõtra nos ambæ
faciunt in hoc tpe:ſũma gratia:& eloquẽtia:quaꝝ alteram.C.Aquili uereor:al/
teram metuo.Eloquẽtia.Q .Hortenſii ne me in dicẽdo impediat:non nihil eõ
moueor:Gratia ſex.Neuii:ne.P.Q uintio noceat.Id uero nõ mediocriter ꝑti
Locus orõis meſco.Neq; hoc tpe querẽdum uideretur hæc ſũma in illis eſſe:ſi in nobis eſſẽt
pro.P.q̃ntio. ſaltẽ mediocria:& deinde. In cõtemptũ adducimus aduerſarios/eoꝝ inertiam
ignauiã:& cætera cõmemorãdo:q̃ Ci.ſcribit.Hæc enim ſũt:q̃ facile uti inutilia
contẽnantur.Q uæ.n.nocẽt:odiſſe ſolemus:q̃ nõ conferũt contẽnere.Inertia q̃
ſi inhærẽtia:Vel magis ſine arte:qđ iners ex negatiua ꝑticula & ars quæ α̕ πο
τησ α ρετισ dr̃:cõſtare uidetur.Eſt uero inertia animi lãgor:ab actõe ꝑh:bẽs:
induſtriæ:ac ſolertię utiq; oppoſitã.Ignauia animi ĩbecillitas a laboribus deter
Inertia. rens:Fortitudini cõtraria.Deſidia eſt marceſcens ociũ itrius:exteriuſq; uacãs.
Ars unde di Luxuria aut nimius uenerearũ rerũ uſus:aut ſupflua uoluptatum abundantia
citur. dicitur. Q uibus itaq;:hæc/& huiuſmodi adeſſe dicemus:eos nimirũ uti nul/
Ignauia. lius momenti homines in cõtemptũ adducemus:Vt & in. L.Piſonẽ:de quo ſu
Deſidia. pra Cicero.Pauci inquit iſta tua lutulẽta uitia noramus:pauci tarditatem inge
Luxuria. nii:ſtuporẽ:debilitatẽq; linguæ.Nunquã erat audita uox in foro:nunquã picu
Orõnis in.L. lum factum cõſilii:nullum non mõ illuſtre:ſed ne notũ quidem factũ: ut mili/
Piſonẽ locus tiæ:aut domi.Et item in Vatinium teſtem:Si tua inquit tantummodo Vatini
Orõnis i Va quid indignitas poſtularet:ſpectare uoluiſſem:feciſſem id quod his uehemen/
tiniũ locus. ter placebat:ut te:cuius teſtimonium propter turpitudinem uitæ:ſordeſq; do/
meſticas:nullius momenti putaretur:tacitus dimitterem . Nemo enim horum
te ita refutandum: ut grauem aduerſarium:aut ita rogandum : ut religioſum
teſtem arbitraretur.

De artificio exordioꝝ ex Epiſtola ad Antoniū Condulmeriū. Cap.xlvii.

A Rebus ipſis beniuolum auditorē faciemus(ut ſcribit Ci.in rhe.)ſi noſtram cauſam laudando extollemus:& aduerſariorum per cōtemptum deprimemus. Hic captādæ beniuolentiæ locus iudicialibus imprimis cauſis:raro aliis accommodatur:Eſtq; magis defenſori:q̄ accuſatori cōueniens. Cā aūt extollitur:aut ecōtrario deprimitur:qum ex facti qualitate:tū ex pſonæ circūſtantiis:Vt ſi oſtēdamus:quā defendimus:cām:piā eſſe iuſtā:fauorabilem: cōtra aduerſarioꝝ cām iniquā:odioſam:inimicoꝝ:& maloꝝ hoīum cōſpiratione ſuſceptā dicemus:Vti pro.L.Flacco Ci.ubi & īdignāt:& pter opinionē:& accuſationē:& accuſatorē oñdit:ſuā aūt defenſionē:ſuūq; officiū maxime iuſtū: ac ꝓpe neceſſariū eē.Q uod & pro.M.Cælio diligenter pficit:accuſatoris cām iniuſtā:maximeq;:quæ a bono uiro ſuſcipiatur:indignū inqens.Etenim ſi attendere diligēter:æſtimare uere de omni hac cā uolueritis:ſic cōſtituetis iud. nec deſcenſurū quenq̄ ad hāc accuſationē fuiſſe:cui utrū uellet:liceret:nec quum deſcēdiſſet:qcq̄ habiturū ſpei fuiſſe:niſi alicuius itolerabili libidine:& nimis acerbo odio uteretur.Sed ego Atratino hūaniſſimo:atq; optimo adoleſcēti meo neceſſario ignoſco:qui hēt excuſationem:uel pietatis:uel neceſſitatis:uel ætatis.Si uoluit accuſare pietati tribuo:Si iuſſus eſt:neceſſitati:ſi ſpauit aliqd : pueritiæ. Cæteris nō mō nihil ignoſcendū:ſed etiā eſt grauiter reſiſtendū.Tria eſſe tpa:q̄ diligēter ſunt cōſiderāda ſcite:ac breuiter:qñ principio:& qñ inſinuatione utendū ſit oratori:ſcribens docuit Ci.Q ū.n.oñdit qbus in cāis inſinuatiōe exordiamur:illud ēt tacite docet:in cæteris oībus principio eſſe utendū.Tria inqt ſunt tpa:expſſius:meliuſq; tpa dixit:quā aut genera:aut q̄litates:aut circūſtantias cārum.Q đ non ſemp cauſæ gñe:ſed pſæpe iis ētiquæ extra cām ſunt:ut mox dicemus īpedimur:quo minus principio uti poſſimus:q̄ itaq; īpediant oīa ſub tēporū appellatione breuiter:ac pter alioꝝ:qui de hac facultate ſcripſerunt:tradi tiones cōplexus eſt.Sunt itaq; tria tpa.i.triplici fit rōne: Vt pricipio uti nō poſſimus:ſed pro eo īſinuatio ſuccedat.Eſt uero īſinuatio:quā nō ſtatim:ſed occulta qdā rōne auditoꝝ aīos ad audiendū idoneos reddimus. Nā & inſinuare ē tacite:atq; occulte quo uolumus illabi:atq; obrepere.Si turpē cām habemus.Primū atq; potiſſimū utendæ inſinuationis tps.Q um.ſ.res:q̄ ī iudiciū adducitur: auditoꝝ aīos offendit.Vbi ſciēdū qđ q̄ auditoꝝ aīos auertere pñt:aut ī cā ſūt: aut extra cām:aut ptim extra cām:ptim in cā.In cā eſt turpitudo facti:de quo cōtrouerſia eſt:Extra cām:tps ad audiendū minus auditoribus idoneū:Partim in cā:ptim extra cām. Eſt fides iudicibus ab aduerſariis facta:q̄ partim fit argumētis:ac rōnibus ex cā deſumptis:partim aduerſarii eloquentia:aut calliditate:quæ nō eſt in cā.Q uintilianus in.iiii.de inſinuatione.Illud in uniuerſum pceptum ſit:ut ab his q̄ lædunt ad ea:q̄ proſunt refugiamus.Si enim cauſa laboramus:perſona ſubueniat:ſi pſona:cauſa.Si nihil quod nos adiuuet erit:q̄ramus:qd aduerſariū lędat.Nā ut optabile ē plus fauoris mereri:Sic pximū odii

Beniuolentia a rebus ipſis.

Locus Ciceronis pro.L. Flacco.

Locus oronis pro.M.cęlio.

Inſinuationis tria tpa.

Inſinuatio quid.

Turpis cauſæ exordiū.

Fides facta iudicibus ab aduerſario.

minus.In his quæ negari nõ poterũt elaborãdum:ut aut minora/q̃ dictum eſt:
aut alia mẽte facta:aut nihil ad p̃ſentem q̃onem ptinere:aut emẽdari poſſe pœ
Locus orõnis pro Rabirio Poſthumo.
nitentia:aut ſatis iam punita uideãtur.Ideoq; agere aduocato/quã litigatori fa/
cilius:quia & laudat ſine arrogãtiæ crimine:& aliquãdo utiliter etiã rep̃hendere
poteſt.Nã te quoq; moueri interim finget:ut pro Rabirio poſthumo Cicero:dũ
ſum:audiamus inquit pulcellum puerũ craſſus:qum eſſet deriſum:non potui inquit mihi lamia formã ipſe fingerelingenium potui.))Plurimi huic lectioni inſunt errores:quos ſic tolles:inuertuntur autẽ uerba:ut craſſus apud.M.perpennam iudicem pro aculeone qum diceret:aderat contra aculeonẽ cratidiano .L.Helius Lamia deformis(ut noſtis)qui qum interpellaret odioſe audiamus inquit pulcellum puerum:craſſus:qum eſſet arriſum: Non potui mihi inquit Lamia formam ipſe fingerelingenium potui. A quo genere ne illud quidem plurimũ diſtat:Glantia metello uillam in tubu te habesl cortem in palatio.)) Corrupta eſt hæc lectiol tu ſic caſtiga:A quo genere ne illud quidem plurimũ diſtat: Glautia metello uillam in tiburte habes: cohortem in palatio. Vt ille Gallus olim in teſtis piſonem:qum innumerabilem magio pręfecto pecuniam dixiſſet datam:atq; ſcaurus tenuitatem magi redargueret & quæ ſequntur.)) Mendoſa ſunt hæc uerba:quæ ſi ſic corrigeslmẽdas auferes omnes:ut ille Gallus olim teſtis in piſonẽ: qum innumerabilem magio præfecto pecuniam dixiſſet datam:idq; ſcaurus tenuitate magii redargueret &c. Vt noſter ſcæuola ſeptumuleio illi anagnino:cui pro.C.Gracchi capite erat aurũ repenſumlrogantis: ut ſe in Aſiam profectu duceret.)) Corrigo corruptam lectionem ſic: Vt noſter ſcæuola ſeptumuleio illi anagnino:cui pro.C.Gracchi capite erat aurum repenſumlrogantilut ſe in Aſiam præfectum duceret. In hoc genere fannius in annalibus ſuis Africanũ hunc Aemilianum dicit fuiſſe ſed cum græco uerbo appellat ironiam.)) Corrupta uerba ſic reſtitues ſuæ ſinceritati:In hoc genere Fannius in annalibus ſuis Africanum hunc Emilianum dicit fuiſſe:ut cum græco uerbo appellet irona. ειρων quidẽ.ωνοσ dicitur κολαξ Cauillatorl diſſimulator hoc eſt ille qui ſemper tegit ſniam ſuam:unde ειρωνεια: Et Socrates dictus eſt ειρων:quia differẽdo nũquã aperiebat ſuam ſententiã. Quod Seneca apertiſſime ſic expreſſit In.4.de beneficiis libro. Quare ergo hoc Socrates dixit?ut FacetuslCuius per figuras ſermo procedere ſolitus erat. Et hæc cauſa eſt:Cur dialogi Platonis adeo ſint difficiles & obſcuri:Quia Plato in illis totum Socratẽ effinxit. Sunt etiam illa ſub abſurda:ſed eo ipſo nomine ſæpe ridicula:Non ſolum mimis peroppoſita:Sed etiam quodammodo nobis.)) Legendũ eſt:ſunt etiã ſubabſurdalſed eo ipſo nomine ſæpe ridicula: non ſolum mimis perappoſita:ſed etiam quodãmodo nobis. In quo ut mihi uidetur:perſalſum illud eſt apud neuium:Quid ploras pater?Minimũ ni cantem:cõdemnatus ſum.)) Corrige ſic corruptũ uerbum:& reſtitue omiſſum:In quo ut mihi uidetur:perſalſum illud eſt apud Neuiũ:Quid ploras pater?mirum ni cantem:qui cõdẽnatus ſum. Bellum etiam eſt:qum ſi cuiq; ſit conſentaneũ dicitur.ut qum ſcamnis nõnullam haberet inuidiam ex eo:quod pugionis Pompeii locupletis hominislbona ſine teſtamẽto poſſederat.))Corrupte ſic legitur:Tu uero corrige:Bellum etiã eſt:qum quid cuiq; ſit cõſentaneũ dicitur: ut qum Scaurus nõnullam haberet inuidiam ex eo:quod phrygionis Pompeii

locupletis hominis:bona ſine teſtamento poſſederat. Vel appii maioris illius qui in ſenatu qum ageretur de agris publicis/& de lege thoria/ & præmeretur lucilius ab iis qui a pecore eius depaſci agros publicos/& de lege dicerent.)) Illa uerba/& de lege iuxta uerbum dicerenti/ſunt redundantia/ quæ ſi tollas ſin cætam lectionẽ habebis. Q um ei.M.Flaccus multis probis obiectis.P.Mutium iudicem tuliſſet:cuiro inquit iniquus:& quũ eſſet admurmuratũ:at inqt patres conſcripti non ego mihi illum iniquũ cuiro:uerum omnibus.)) In his uerbis ſunt quædam corrupta:quædam ſuperflua: Tu uero ſic ſincære legas: Q um ei.M.Flaccus multis probris obiectis.P.Mutiũ iudicem tuliſſet inquit inimicus eſt:qum eſſet ad murmuratũ:at inquit patres conſcripti nõ ego mihi illũ inimicũ ciuro/ueꝗ omnibus. Hoc ita præter expectatiõnẽ accidit/ ut teſtes omnes riſus obrueret:huius generis plenus mutius eſt:locus eſt familiaris: ſapiẽs ſi algebis/tremes:& alia permulta.))Corrige ſic lectionẽ incaſtigatam: & incorruptam habebis:Hoc ita pręter expectationẽ accidit:ut teſtem omniũ riſus obrueret:huius generis plenus Neuius eſt:iocus eſt familiaris ſapiens/ſi algebis tremes:& alia permulta. Colliguntur a græcis alia nõnulla:exercitationes/admirationes/minationes.)) Sincære leges/ſi uerbum corruptum ſic caſtigaueris:Colliguntur a græcis alia nõnulla:execrationes/admirationes/minationes: Expectationibus enim decipiẽdis:& naturis aliorum irridendis:ipſarum ridicule iudicandis/& ſimilitudine turpioris/ & diſſimulatione/ & ſubabſurda dicendo:ſtulta reprehendendo riſu mouentur.))Extrema hæc duo uerba/riſu mouentur/ſi mutabis in/riſus mouetur purã reddes lectionẽ. Non enĩ uereor:ne quis me in iſto genere leuiorem me putet:Q uoniam quidem tu fabricios mihi uictores:& Africanos:maximo/Catones/lepidos protuliſti.)) Legendũ eſt:non enim uereor:ne quis me iſto genere leuiorem iam putet:Q uoniam quidẽ tu Fabricios mihi auctores/& Africanos/maximos/ Catones/lepidos/protuliſti. Summa deniꝗ huius generis hæc eſt:ut ſi in refellendo aduerſario firmior eſſe oratio/ quã in confirmandis noſtris rebus poteſt & quæ ſequuntur.)) Deeſt hic uerbum quẽ tu ſic repones:ſumma deniꝗ huius generis ratio hæc eſt/&c. Duo illa quæ facillima uidentur/quoniam quæ difficiliora ſunt/non poſſum:mihi pro meo iure ſumo.)) Verum hic quoꝗ librariorũ incuria omiſſum intexes:Duo deniꝗ illa quæ facillima uidẽtur/&c. Tum illum mihi reſpondeat memini:cætera in te eſſe laudanda.))Verba hæc ſunt corrupta/& mutila:quæ ſic ſua ſincæritate donabis:Tum illum mihi reſpondere memini:cætera in te ſumme eſſe laudanda. Aut rogatu ſermo ille ſequtur:occidit aduerſariũ ne:imo uero aiũt ſe/ & eũ/quẽ defendit.))Repone uerbũ omiſſum ſic:aut rogatu/ſermo ille ſequtur:occidit ille aduerſariũ ne:imo uero aiunt ſe/ & eũ quẽ defendit. Vt quũ te ipm ſulpiti obiurgabã:ꝗ miniſtratorẽ peteres:nõ aduerſariũ.)) Legendũ eſt:Vt qum te ipm ſulpiti obiurgabam:ꝗ me oratorẽ peteres/ non aduerſarium. Itaꝗ nunc illuc redeo catule:in quo tu me paulo

ante laudabas:ad ordinē/collationēq; rerum/ac locoꝝ/cuius ratio eſt duplex.))
Caſtiga incaſtigatam lectionē ſic:Itaq; nūc illuc redeo catule:in quo tu me pau
loante laudabas:ad ordinem/collocationemq; rerum/ac locorum:cuius ratio eſt
duplex. Nam & principia:& cæteræ partes oratiōis:de quibus paulopoſt pau
ca dicemus:habere hanc uim magnopere debēt:ut ad eorum mētes:apud quos
agetur:mouendas permanere poſſint.))Verbum penultimum permanere:cor/
rige pertranſire:& habebis lectionem ſincæram:tameſi ſunt exemplaria uulgata
in quibus permanere legitur. Itaq; uel narratione expoſita:ſæpe datur ad com
mouendos animos digrediendi locus:uel argumētis cōfirmatis:uel cōtrariis re/
futatis/uel utroq;/uel oībus ſi hēt cum cauſa dignitatem.)) Verbū quod deeſt
tu ſic repones:Itaq; uel narratione expoſita:ſæpe datur ad cōmouēdos animos
digrediendi locus:uel argumentis confirmatis:uel cōtrariis refutatis/ uel utroq;
loco:uel omnibus:ſi habet eam cauſa dignitatem. In quo illos quoq; errare ar
bitror:qui ſi quando(id quod mihi nunq̄ placui)cū pluris adhibent patronos:
ut in quoq; eorum minimorum putant eē:ita qum primum uolunt dicere.Res
enim hoc poſtulat:ut eorum expectatiōi:qui audiūt q̄ celerrime decurratur:cui
ſi initio ſatiſfactum non ſit:multo plus ſit in reliqua cā laborandum.))Errori/
bus hæc lectio exundat:quos ſic tolles:in quo illos quoq; errare arbitror:q ſi qn̄
(id quod mihi nunq̄ placuit)compluris adhibent patronos:ut quēq; eoꝝ mini
mum putant eſſe:ita eum primum uolunt dicere.Res.n.hoc poſtulat:ut eorum
expectationi:qui audiunt:q̄ celerrime ſuccurratur.cui ſi initio ſatiſfactum non
ſit:multo plus ſit in reliqua cauſa laborandum. Sed hominem in primis diſer
tum/atq; eruditum philippum:qui ita ſolet/ad dicendum ſurgere:ut quod pri/
mum uerbum habiturus ſit/neſciat:& ait idem: qum brachium concalefecerit:
tum ſe ſolere pugnare)) ſordes huius lectionis ſic deterges:& facto ſupplemen
to puram deinceps illam hēbis/& integram.Sed hominem in primis diſertum:
atq; eruditum Philippum:qui ita ſolet ad dicēdum ſurgere:ut quod primū uer
bum habiturus ſit/neſciat:& ait idem:ii/quos bacchus cōcalefecerit/tum ſe aiūt
optime ſolere pugnare. Ex aduerſario:iiſdem ex his locis fere contrariam.))
Dele uerbum his tanquam ſuperfluum/ex antiqua lectione : & cōtraria repone
non contrariam. Connexum autem ita ſit principium conſequenti orationi:ut
non tanquam citharœdi prohemium afflictum aliquid:ſed cohærens cum om/
ni corpore membrum eſſe uideatur . Nam nonnulli qum illud meditati edide/
runt:ſic ad reliqua tranſeunt:ut audientiam ſibi fieri uelle uideantur:Atq; eiuſ/
modi illa prælufio debet eē:non ut ſamnium qui uibrant haſtas ante pugnas: q
bus in pugnando nihil utuntur:ſed ut ipſis ſentētiis:quibus prçluſerunt:uel pu
gnare poſſunt.Narrare uero rem quidem breuiter iubent: ſi breuitas appellāda
eſt:qum uerbum nullum redundet.))Multæ huic lectioni inſunt mēdæ: quas:
ſi ſic legeris:penitus tolles:Cōnexum aūt ita ſit principiū conſequēti oratiōi: ut
non tanquā citharœdi proemiū affictum aliquid : ſed cohærēs cum oī corpore

Initio ſatiſfa ciēdum ē au/ditoribus.

Samnites ui brant haſtas ante pugnas

Principiū cō nexum eē de bet orationi cōſequēti.

mēbrum eē uideatur. Nam nōnulli qum illud meditati ediderūt:ſic ad reliqua trāſeunt:ut audiētiā ſibi fieri nolle uideantur. Atq; eiuſmodi illa pluſio debet eē non ut ſamnitiū qui uibrāt haſtas ante pugnas qbus in pugnādo nihil utuntur ſed ut ipſis ſentētiis:qbus pluſerūt:uel pugnare poſſint. Narrare uero rē qdē breuiter iubēt:ſi breuitas appellāda ē:qum uerbū nullū redūdet. Sed ſæpe obeſt: uel maxime in narrādo nō ſolū:q͂ obſcuritatē affert:ſed ēt q͂ eā uirtutē: q̄ narrationis eſt maxime de iucūda & ad pſuadēdū accommodata ſit.)) Corrigo corruptam lectionem ſic. Sed ſæpe obeſt uel maxime in narrādo non ſolum qđ obſcuritatē affert ſed ēt qđ eam uirtus q̄ narratiōis eſt maxime ut iucūda & ad pſuadendū accōmodata ſit. Quod ſi hāc breuitatem quęſiſſet:effertur imus:ad ſepulcrum uenimus in ignē poſita ē:in his fere decē uerſiculis totū cōficere potuiſſet quāq̄:hoc ipſum effertur:& imus conciſum eſt:ita ut non breuitati ſeruitū ſit:ſed magis uenuſtati.)) Mēdoſe ſic legitur:tu uero ſi ita correxeris ſincære leges:Quod ſi hanc breuitatē q̄ſiſſet effertur Funus:ad ſepulcrū uenimus in ignē poſita ē:in his fere decē uerſiculis totū cōficere potuiſſet:q̄q̄ hoc ipm effertur funus cōciſum eſt:ita ut non breuitati ſeruitum ſit:ſed magis uenuſtati. Et maiore piculo hæc ps orationis obſcura eſt:q̄ cæteræ.)) Deeſt uerbū qđ tu repones ſic. Et maiore ēt piculo hæc ps oratōis obſcura ē q̄ cæterę. Erit aūt pſpicua narrata ſi uerbis uſitatis ſi ordine tēpoꝝ cōſeruatis ſi nō interrupte narrabitur.)) Erit pfecto pſpicua hæc lectio:ſi eā ſic corriges:Erit aūt pſpicua narratio ſi uerbis uſitatis:ſi ordine tēpoꝝ cōſeruato ſi non interrupte narrabitur. Quæ qa pugnare inter ſe ſæpe uidentur qui utilitatem defendit enumerabit cōmoda pacis opum &c.)) Legēdū eſt ex cūctis exēplaribus manuſcriptis:Quę qa pugnare inter ſe ſæpe uidētur : qui utilitatē defendit enunciabit commoda pacis opum &c. Aut hoīum offenſione uel inuidia:quæ aut iuſta eſt:aut excriminatiōe atq; fama & quæ ſequuntur.)) Male ſic leguntur hæc uerba:quæ tu ita recte leges:Aut hoīum offenſione:uel inuidia:quæ aut iuſta eſt:aut excriminatione:atq; fama & quæ ſequūtur. Nihil.n.tam facile quam multitudo a triſtii: & ſępe ab acerbitate cōmode:ac breuiter:& acute:& hylare dicto deducitur.)) Errores huius lectiōis ſic tolles:Nihil enim tā facile quam multitudo a triſtitia : & ſæpe ab acerbitate cōmode:ac breuiter:& acute ad hylaritatē deducitur. Sed tamē quoniam eſt utēdū aliquando:non etiam ſcribēdū:uelut.P. Tuberon africani auunculum laudanti ſcripſit.C.Cælium uelut noſmetipſi ornandi cā græcorum more:ſi quos uelimus laudare poſſumus)) fœdata eſt:& impura hęc lectio:Quam ſordibus eius ſic deterſis:perſpicuam habebis: Sed tamen quoniā eſt utendum aliquando:nonnunquā etiam ſcribēdum:uelut.P.Tuberoni Africanum auunculum laudanti ſcripſit.C.Cęlius:Vel ut nos metipſi ornandi cauſa gręcorum more: ſi quos uelimus laudare poſſimus. Etiam hęc ſunt naturę:& fortunæ bona:in quibus eſt ſumma laus:non extuliſſe ſe in poteſtate:non fuiſſe inſolentem in non ſe prætuliſſe aliis propter abūdantiam fortunæ:&c.))

Breuitas q̄.

Laus a fortuna.

Verbũ pecunia hic omiſſum ſic repone:Etiã hæc ſunt naturæ:& fortunæ bona in qbus eſt ſumma laus:nõ extuliſſe ſe in ptãte:nõ fuiſſe inſolẽtẽ in pecunia:nõ ſe prætuliſſe aliis,pp abundantiam fortunæ &c. Quã facultatẽ:& exercitatio dabit:ex qua conſuetudo gignitur ſimiliũ uerboꝝ conſeruata & immutata caſibus &c.))Sincæram lectionẽ hẽbis:ſi uerbum cõſeruata:cõuerſa leges ris uel refragantibus manuſcriptis libris in qbus eſt connexa. Vidi.n.ego ſũmos hoies & diuina prope memoria athenis carneadẽ in aſia:quẽ uiuere hodie aiũt: ſcptũ metrodorũ:quoꝝ utrũq; tanq̃ lris in cæra : ſic ſe aiebat imaginibus in his locis: quos hẽret:quæ meminiſſe uellet:pſcribere.))Duo uerba huic lectioni inſunt alterꝝ ſupfluũ:alteꝝ corruptum:hoc corriges:illud delebis addita ex antiqs libris dictiõe ſic:Vidi.n.ego ſũmos hoĩes:& diuina,ppe memoria athenis carneadẽ:in aſia quẽ uiuere hodie aiũt:Sceptium metrodoꝝ:quoꝝ alter tanq̃ lris in cæra:ſic ſe aiebat imaginibus:in his locis:quos haberet:quæ meminiſſe uellet:i pſcribere. Quædam exẽplaria uterq;:Et fortaſſe melius. Equidẽ hoc me aſſecutũ puto: quod magno ſum leuatus errore:& illa admiratiõe liberatus: quod multis cum aliis ſemp admirari ſolebã:nec enim iſta attigiſſe arbitrabar.))Deſunt hic uerba:quæ tu ſic repone:Equidẽ & hoc me aſſecutũ puto:quod magno ſum leuat9 errore:& illa admiratõe liberatus:quod multis cũ aliis ſemp admirari ſolebam: uñ cẽt illa tanta tua in cauſis diuinitas:nec.n.te iſta attigiſſe arbitrabar. Sed tñ qd nam eſt id:quod dixiſti:fore ut tibi ignoſcemus:ſi cognoſcem usquæ te cauſa in ſermonẽ intuliſſet: Quæ eſt.n.alia cã niſi ꝙ nobis hoꝝ adoleſcẽtiũ ſtudio: qui te attẽtiſſime audierũt:morẽ gerere uoluiſti))corrige ſic lectionẽ corruptã: Sed tñ qd nam eſt id:quod dixiſti:fore ut tibi ignoſceremus:ſi cognoſceremus: quæ te cã in ſermonẽ impuliſſet: Quæ eſt.n.alia cã:niſi quod nobis & horum adoleſcentiũ ſtudio:qui te attẽtiſſime audierũt:morẽ gerere uoluiſti. An ſe neſciret quæ ego ſcro:quæ curſum arripui:q̃ ſubciuis operis(ut aiunt)iſte a puero ſummo ſtudio &c.))Corrigo:an ſe neſcire quæ ego ſcro:q̃ curſim arripui:q̃ ſucciſiuis operis(ut aiunt)iſte a puero ſummo ſtudio &c.

Caſtigatões:ĩ tertiũ de oratore ex epla ad Ludouicũ Martigenũ. C.lxxvii.

Vt enim Romã rediit:extremo ſcœnicoꝝ ludoꝝ die uehemẽter cõmotus ea oratiõe:quæ ferebatur habita eẽ in concione a Philippo: quem dixiſſe conſtabat:uidẽdum ſibi eẽ aliud conſilium illo ſenatu ſe rempublicã regere non poſſe:mane idibus ſeptẽbris:& ille & ſenatus frequens:uocatu Druſi in curiam uenit.))Lectionem hanc ſic ab erroribus uendicabis:Vt enim Romam rediit:extremo ſcœnicorum ludorum die uehementer commotus:ea oratione:quæ ferebatur habita eſſe in concione a Philippo:quem dixiſſe conſtabat prouidendum ſibi eſſe aliud conſilium:illo ſenatu ſe rempub.regere non ſe:mane idibus ſeptembris:& ille & ſenatus frequens:uocatu Druſi in curiam uenit. Quo quidem ipſo in loco multa a Craſſo diuinitus dicta efferebantur : qum ſibi illũ conſulẽ eẽ negaret quippe ſenator ipſe nõ eẽt.)) Corrupta ẽ illa dictio

Mẽoria carneadis diuĩa

quippe:quam ſic corriges.Q uo quidẽ ipſo in loco multa a Craſſo diuinitus di
ĉta efferebantur:qum ſibi illũ cõſulem eẽ negaret:cui ſenator ipſe nõ eẽt. Sen
tẽtiamqꝫ eam:qum ſenatus frequẽs ſecutus eſt ornatiſſimis & grauiſſimis uer/
bis:ut Po.Ro.ſatiſfieret nunꝗ ſenatus neqꝫ conſiliũ rei publicæ.neqꝫ fidẽ defuiſ
ſe.))Dele uerbũ neqꝫ|& repone quã ꝓ qum:& caſtigatam habebis lectionẽ ſic:
Sẽtẽtiamqꝫ eam:quam ſenatus frequẽs ſecutus eſt ornatiſſimis : & grauiſſimis
uerbis:ut Po.Ro.ſatiſfieret:nunꝗ ſenatus conſilium rei publicæ:neqꝫ fidem de/
fuiſſe. Q uod ſi quis erit:qui ductus opinione uulgi:aut Antoniũ iuniorẽ:aut
Craſſum pleniorẽ fuiſſe putet:ꝗ qũo a nobis uterqꝫ inductus eẽt.))Extremum
hoc uerbũ|eẽt|corrigẽdũ eſt|ut dicat|eſt|ſicqꝫ ſincæram lectionẽ habebis.Nullũ
eſt enim genus rerꝫ:quod aut auulſum a cæteris ꝑ ſeipſum cõſtare: aut quo cę/
teris|ſi careant|uim ſuam atqꝫ æternitatẽ conſeruare poſſint. Sed hæc maior eẽ
ratio uidetur &c.)(Corrigẽda eſt lectio|ſicqꝫ ſuæ ſincæritati reſtituẽda : Nullũ
eſt enim genus rerum:quod aut auulſum a cæteris per ſe ipm conſtare:aut quo
cætera:ſi careant uim ſuam atqꝫ æternitatẽ conſeruare poſſint.Sed ſi hęc maior
eẽ rõ uideatur &c. Ex qua me diſputatione forſitan occurrat illud: ſi pene in/
numerabiles ſint quaſi formæ figuręqꝫ dicẽdi:ſpecie diſpares:genere laudabiles
non poſſe ęa quæ inter ſe diſcrepant:iiſdẽ præceptis atqꝫ in una diſputatõe for
mari.))Si repoſueris inſtitutiõe|pro diſputatiõe penultimo uerbo huius lectio
nis:ab errore eam uẽdicabis ſincæráqꝫ hẽbis. Neqꝫ tñ erit utẽdum uerbis iis q
bus iam conſuetudo noſtra non utitur:niſi qñ ornandi cauſa:partes| quod oſtẽ
dam:ſed uſitatis poterit uti|lectiſſimis ut utatur iis qui in ueteribus erit ſcriptis
ſtudioſe & multum uolutatus.Atqꝫ ut latine loquamur: non ſolum uidendũ ẽ:
ut & uerba efferamus ea quę nemo iure repræhẽdat:& quæ ſequntur.)) Corru
ptam lectionẽ|ſi ſic caſtigaueris|incorruptam habebis : Neqꝫ tamẽ erit utẽdum
uerbis iis:qbus iam conſuetudo noſtra non utitur:niſi qñ ornandi cã|parce|qđ
oſtẽdã:ſed uſitatis ita poterit uti|lectiſſimis ut utatur iis:q in ueteribus erit ſcri/
ptis ſtudioſe & multũ uolutatus:& quæ ſequntur. Nolo exprimi lr̃as putidius:
nolo obſcurari negligentius:nolo uerba exiliter exanimata exire|nolo inflata &
anhelata grauius &c.))Aduerbiũ hic deeſt quod tu ſic repones: Nolo exprimi
lr̃as puditius:nolo obſeruari negligẽtius:nolo uerba exiliter examinata exire:no
lo inflata & quaſi anhelata grauius &c. Noſtri minus ſtudẽt litteris:quam lati
ne:tñ ex iſtis quos noſtris urbanis:in quibus minimum eſt litterarum:nemo eſt
quin litteratiſſimum togatorum omnium.Q . Valerium ſoranũ lenitate uocis:
atqꝫ ipſo oris præſſu:& ſono facile uincat.))Corruptam lectionẽ ſic caſtigabis:
ſi incorruptã hr̃e cupis:Noſtri minus ſtudẽt lr̃is:quam latini:tñ ex iſtis quos no
ſtis|urbanis:in qbus minimum ẽ litterarum:nemo eſt quin litteratiſſimũ toga/
torũ oĩum.Q .Valeriũ ſoranũ leuitate uocis atqꝫ ipſo oris preſſu:& ſono facile
uincat. Nã uetus qdẽ illa doctrina eadẽ uidetur|& recte faciẽdi: & bñdicendi
magiſtra:neqꝫ diſiũcti doctores:ſed iidẽ erant uiuẽdi pręceptores atqꝫ dicẽdi:ut

ille apud Homeꝝ phœnix:qui ſe a peleo patre Achilli iuueni comitē eē datum
dicit ad bellū:ut illū efficeret oratorē uerboꝝ:auctorēq; reꝝ.)) Si auctorem di
ctionē penultimā mutaueris in actorem totā hāc lectionem pſpicuam ac ſinceæ
rā hēbis. Ac primū ab ipſo Platone Ariſtoteles & Xenocrates:quoꝝ alter peri
pateticus|alter academicus nomen obtinuit.))Corrupte ſic legitur| tu ita corri
ge:Ac primū ab ipſo Platone Ariſtoteles & xenocrates:quoꝝ alter peripatetico
rum:alter Academiæ ſiue academicoꝝ(utroq; mō legitur in antiqs)nomē obti
nuit. Cuius ego & ſi multos auditores cognoui athenis:tñ auctores cetiſſimos
laudare poſſint &c.))Legēdū eſt:Cuius ego etſi multos auditores cognoui athe
nis:tñ auctores certiſſimos laudare poſſum.quod & pueri uident. Inſtrm aūt
hoc forenſe litigioſum:aciei tractum ex uulgi opinionibus:exiguum ſane| atq;
mendicum eſt.))Mendoſa eſt hæc lectio:quam ſic ſuæ ſinceritati reſtitues: In/
ſtrumentum autem hoc forenſe litigioſum|acre|tractatū ex uulgi opinionibus:
exiguum ſane|atq; mendicum eſt. Apparatu nobis opus eſt: & rebus exqſitis
undiq; electis:arceſſitis comportatis:ut tibi Cæſar faciēdū eſt ad amittit.))Cor
rigo ſic:Apparatu nobis opus eſt:& rebus exquiſitis:undiq; collectis: accerſitis:
comportatis:ut tibi Cæſar faciēdum eſt ad annum. Q uin ēt guſtatus:qui eſt
ſenſus ex oībus maxime uoluptarius.)) Antiqui codices:Q uin etiā guſtus:q
eſt ſenſus ex oībus maxime uoluptarius. De uirtute enim:de officio: de æquo
& bono:de dignitate:honore:ignominia:pręmio:pœna:ſublimibus de rebus in
utrāq; partem dicendi:animos:& uim:& artem hrē))debemus quod hic omiſ/
ſum:quod corruptum eſt ſic integrum ac ſincærū reddere:De uirtute.n.de offi
cio:de æquo & bono.de dignitate:utilitate:honore:ignominia:pręmio: pœna:ſi
milibuſq; de rebus:in utrāq; ptem dicēdi|animos:& uim:& artē hēre debemus.

Nam illud alterum genus:quod eſt temporibus:locis:reis:definitum obtinēt:
atq; id ipſum laſciuia.Num.n.apud philonem &c.))Corrupta ſunt hæc uerba|
quę ſi ſic correxeris|ſincæra manebūt:Nam illud alterū genus:quod eſt tpibus
locis:reis:definitum obtinēt:atq; ad ipſum lacinia. Nunc enim apud philonem
&c. Sed neq; uim:neq; naturam eius:nec partes:nec genera proponunt:ut prę
teriti omnino fuerit ſatius:quam tale:ac tantum deſeri.))Impura eſt hęc lectio
quā ſic perſpicuam reddes:Sed neq; uim:neq; naturam eius:nec partes:nec ge/
nera proponunt:ut præteriti omnino fuerit ſatius:q̄ tale attrectatū uel(qđ ma
gis placet)attentatum deſeri. Corrupta ſunt & uerba quę ſubſequntur.Nunc
enim inopia reticere intelliguntur| tum iudicio uiderentur)) quæ ſic corriges:
Nunc.n.inopia reticere intelliguntur:qum iudicio uiderentur:uel tū iudicio ui
debantur. Cognitiōis aūt tres modi complectuntur:coniectura:definitio:& ut
ita dicam conſecutio:deinde coniectura:Nā quid in re ſit coniectura q̄ritur.))
Superflua hic ſunt quædā uerba:quæ tu ſi ſic ſuſtuleris|ſincærā lectionē habe/
bis:Cognitionis aūt tres modi:coniectura:definitio:&(ut ita dicam)cōſecutio:
Nam quid in re ſit:cōiectura q̄ritur. Cōſecutiōis aūt duo prima gemina quę/

ſtionum genera ponuntur.)) Redũdat & hic uerbum illud/gemina/quod ſi ſu
ſtuleris/cætera omnia recte(ſic dixerim)hẽbunt. Q uæ uero referũtur ad agẽ
dum:aut in officii diſceptatione uerſantur/quo in genere quid rectum/ faciẽdũ
ſit:quæritur:cui loco omnis uirtutum/& uitioꝝ eſt illa ſubiecta materia: aut in
animorum aliqua permotione &c.))Corruptam lectionẽ ſic ſuæ integritati re/
ſtitues ex ſincæris codicibus:Q uæ uero referuntur ad agẽdũ aut ĩ officii diſce
ptatione uerſantur:quo in genere quid rectum:faciendũq; ſit quæritur:cui loco
oĩs uirtutũ & uitioꝝ eſt ſylua ſubiecta:aut in aĩoꝝ aliqua ꝑmotione &c. Q ũ
tu in illa lingua/a moribus natus:occupatiſſima in ciuitate &c.)) Legẽdum ẽ:
Q um tu alia in lingua/ac moribus natus/occupatiſſima ĩ ciuitate.&c. Q uis
doctor iiſdem illis tꝑibus aut cuius eloq̃ntior litteris inſtructior fuiſſe traditur:
Piſiſtratus diſpoſuit libros homeri.
q̄ Piſiſtrati/qui primus Homeri libros confuſos antea ſic diſpoſuiſſe dicitur: ut
nunc habemus.))Perſpicuam/ac dilucidam hẽbis hanc lectionem/ſi illud uer/
bum eloquẽtior/mutaueris in eloquẽtia & doctor in doctior. Dũmodo hoc cõ
ſtet:neq; infantiam eius q rẽ norit:ſed eam explicare dicẽdo non queat:neq; in/
ſciam illius/cui res non ſuppetit:uerba nõ deſint/ cẽ laudandam.))Male ſic le/
gitur:tu corrige ſic:Dummodo hoc cõſtet:neq; infantiam eius/qui rẽ norit: ſed
eam explicare dicẽdo non queat:neq; inſcientiam/uel(quod ęque placet)inſci/
tiam illius:cui res non ſuppetit:uerba nõ deſint/cẽ laudandam. Nam ut ueſtis
frigoris depellẽdi cauſa repta primo:poſt haberi cœpta ẽ ad omatum ẽt corpo/
ris:& dignitatẽ:ſic uerbi tranſlatio inſtituta eſt inopiæ cã:frequẽtia delectatiõis
nam geminare uires:luxuriem cẽ in herbis lætas ſegetes ẽt ruſtici dicũt.Q uod
enim declarari uix uerbo proprio põt:id trãſlatũ qum eſt dictũ:illuſtrat id/ qd'
intelligi uolumus/eiꝰ rei/quã alieno uerbo poſuimus/ſimilitudo.Ergo hæ trãſla
tiões/quaſi mutatões ſunt:qum qd' nõ habes/aliũde ſumas.)) Multis erroribꝰ
hæc lectio eſt conſperſa:quos:ſi ſic legeris:penitus tolles:Nam ut ueſtis frigoris
depellendi cauſa repta primo:poſt hẽri cœpta ad ornatum etiam corporis & di
gnitatem:ſic uerbi tranſlatio inſtituta eſt inopiæ cauſa: frequẽtia delectationis:
Tranſlatio q̄ re inuẽta.
Nam gẽmare uites:luxuriẽ cẽ in herbis:lætas ſegetes ẽt ruſtici dicũt.Q uod.n.
declarari uix uerbo proprio poteſt:id tranſlatum qum eſt dictũ:illuſtrat id/ qd'
intelligi uolumus eius rei:quam alieno uerbo poſuimus/ſimilitudine. Ergo hæ
tranſlationes:quaſi mutatiões ſunt:qum quod non habeas:aliũde ſumas. Nã
ſi res ſuum nomen:& uocabulum proprium non habet:ut pes in naui:ut nexus
quo libra agitur:ut in uxore:diuortiũ:neceſſitas cogit:quod non habes:aliunde
Res in naui.
ſumere.)) Corrigẽda ſic eſt hęc lectio:prout priſca docẽt exẽplaria.Nam ſi res
Nexum.
ſuum nomẽ:& uocabulum proprium non hẽt:ut pes in naui:ut nexum : quod
Diuortium.
libra agitur:ut in uxore diuortium:neceſſitas cogit:quod nõ habes aliũde ſume
re.Nexus aũt nexus uel nexi in obligatione dicitur. M. Tullius pro Murena:
Q uod ſi in repetundis q̄ mancipi ſunt:Is periculum iudici præſtare debet:qui
ſe nexu liberabit.Et ad Curionẽ: cuius qñ ꝓpriũ te cẽ ſcribis mãcipio & nexo.

Liuius ſcribit morē fuiſſe Romæ:ut q ſoluēdo nō eēnt addicerētur fœneratori
cui ſeruirēt quoad debitū pſoluerēt:in.ii.ait.hoc ꝓpoſito edito & q aderāt nexi
ꝓfiteri ex tēplo.Idē in.viii.Eo āno plebe Romanę uelut aliud initiū libertatis fa
ctū eſt:Q uod necti deſierunt.Mutatū aūt ius ob unius fœneratoris ſimul libi
dinem:ſimul crudelitatē inſignē.Necti inqt deſitū qm̄ dicti ſunt a nectēdo:un
de nexo frequētatiuū uel Priſciano auctore.Virgi:Nexātē nodis ſeq; in ſua mē
bra placātē.Varro aūt inqt:nexi ſunt liberi:q opas ſuas in ſeruitute pro pecūia
quā debebant dn̄o pſtabāt. Id accidere credo:uel qđ ingenii ſpecimē eſt qdam
tranſilire ante pedes poſita:& alia lōge repetita ſumere.))Puerilis eſt error: quē
ſic corriges:id accidere credo:uel quod ingenii ſpecimē ē quoddā trāſilire ante
pedes poſita:& alia longe repetita ſumere. Nihil eſt.n.in reꝝ natura cuius nos
nō in aliis rebus poſſimus uti uocabulo:& noīe:un̄.n.ſimile induci nō pōt(pōt
aūt ex oībus)itidē uerbum unum:qđ ſimilitudinē cōtinet:trāſlatū lumē affer
re oratiōi.))Q uædam inſunt huic lectioni uerba corrupta qdā ſupflua:tu cor
rupta ſic corriges:ſupflua demes:ut ſincæra lectiōe potiaris.Nihil eſt.n.in rerū
natura:cuius nos nō in aliis reb⁹ poſſimus uti uocabulo:& noīe:un̄.n.ſimile du
ci pōt(pōt aūt ex oībus)indidē uel(quod magis placet)in idem uerbum unū:
qđ ſimilitudinē cōtinet trāſlatū lumē:afferre oratiōi. Atq; ēt ſi uereare:ne pau
lo durior trāſlatio eē uideatur:molliēda ꝑpoſitio ſæpe uerbo:ut ſi olim.M.Cato
ne mortuo puſillū ſenatū qs relictū diceret paulo durius:ſin ut ita dicā pupillū:
aliqto minus ē.))Sincærā lectionē hēbis ſi ꝓpoſitio ꝓ ꝑpoſitio ſcribas:& illud
puſillū ſenatū dixeris pupillū ſenatū.Et notādū ē: ut ita dicā dici ad mitigādā
duritiē trāſlatiōis:nō ad euitādā turpitudinē uerbi:ut ſcribit Regulus quē iam
pridē cōfutauimus unaq; illos q ꝑfari honorē dicūt de honeſtis : qū nuſq apud
pſtabiles auctores dicatur niſi de meretricib⁹:lenonibus:ſordidis & turpib⁹ uo
cabulis:Q uibus uti ſint honoris ꝑfatiōe minime licet. Et eni uerecūda debet
eē tranſlatio:ut deducta eē in alienū locū:nō irruiſſe:atq; ut ꝑcatio: nō inueniſſe
uideatur.Modus aūt nullus ē florētior in ſingulis uerbis: nec q plus luminis af
ferat oratori.Nam illud qđ in hoc gn̄e ꝓfuit nō ē in uno uerbo trāſlato &c.))
Si integrā hēe lectionē cupis:ſic corrige.Etenim uerecūda debet eē trāſlatio:ut
deducta eē in alienū locū:nō irruiſſe:atq; ut ꝑcario:nō ui ueniſſe uideatur.Mo
dus aūt nullus ē florētior in ſingulis uerbis : nec q plus luminis afferat oratori.
Nam illud:qđ ex hoc gn̄e ꝓfluit non eſt in uno uerbo trāſlato &c. Grauis eſt
motus in ornatu orationis:& ſæpe ſumēdus ex quo gn̄e hęc ſunt:martē belli eē
cōmunē:cererē pro frugibus:liberum appellare pro uino:Neptunum pro ma
ri:Curiam pro ſenatu:campū pro comitiis:Togam pro pace:Arma ac tela pro
bello.))Si correxeris illud uerbū motus:dixeriſq; modus:Cætera oīa huius le
ctionis tibi haud quaq; diſplicebūt. Videtis ꝑfecto genus hoc totū:quū infle
xo cōmutatoq; uerbo res eadē nūciatur ornatius:qum ſunt finitima illa minus
ornata:ſed tn̄ nō ignorāda:qū intelligi uolumus aliqd:aut ex pte totū:ut ꝓ edi

ficiis quum parietes aut tecta dicamus:aut ex toto pte:ut quũ unã turmã æqta/
tũ.P.Ro.dicimus:aut ex uno plures:ut Romanus hóſtã etſi res bñ geſta ẽ cor/
de ſuo trepidat:aut qũ ex pluribꝰitelligitur unũ:nos ſumus Romani q fuimus
añ Rutilius:aut quocũq; mõ⁄nõ ut dictũ ẽ i eo gñe itelligitur:ſed ut ſenſũ ẽ.))
Caſtigatã ac ſincærã hẽbis hãc lectionẽ ſi pmutaueris uerbũ illud Rutilius⁄ ut
dicat Rutuli. Q uo nã igitur mõ tm̃ munus inſiſtemus:ut arbitremur nos hãc
uim numeroſe cõſeq poſſe dicẽdi:nõ ẽ res tã difficilis q̃ neceſſaria.))Squallorẽ
huius lectiõis ita crades:Q uo nã igitur mõ tm̃ munus inſtituemus:ut arbitre/
mur nos hãc uim⁄numeroſe dicẽdi cõſeq poſſe:nõ ẽ res tã difficilis q̃ neceſſaria.
Nõ.n.alia ſermonis:alia cõtẽtiõis uerba:neq; ex alio gñe ad uſum cotidianũ:
alio ad ſcænã:põpãq; ſumuntur:ſed ea nos quũ iactãtia ſuſtulimus emedio: ſi/
cut moliſſimã cęrã ad noſtrũ arbitriũ formamus:& fingimus &c.))Corrige il/
lã dictionẽ iactãtia:ut dicat iacẽtia & uerã hẽbis lectionẽ. Colũnæ:& tẽpla: &
porticus ſuſtinẽt:tñ hñt nõ plus honeſtatis:q̃ dignitatis.))Legẽdũ ẽ utilitatis:p
honeſtatis. Q uare primũ ad Heroum nos Dactyli:& anapæſti:& ſpõdei pe/
dem imutat &c.))Corrige ut ſincære legas:Q uare primũ ad Heroum nos Da
ctyli:& anapæſti:& ſpõdei pedẽ inuitãt &c. Eſt aũt pæon hic poſterior nõ ſyl
labaꝝ numero ſed auriũ mẽſura:qđ ẽ acrius iudiciũ:& cercius par fere cretico
qui eſt ex longa:& breui⁄& longa:ut qd petam p̃ſidi:aut exequar⁄ quo me nũc
a quo numero exorſus ẽ Ennius:Si quirites minas illius &c.))Male ſic legitur
ſed ſi legeris pro⁄quo me nũc quoue nũc:ſincærã hẽbis lectionẽ.Manus Priſca
ẽt hẽt præſidia nõ præſidi. Etenim ſicut ille ſuſpicatur:ex illis mõdis: qbus hic
uſitatus uerſus efficitur.))Dele uerbũ illis:& repone his modis⁄ & caſtigatã le/
ctionẽ adipiſceris. Q uaꝝ tãdẽ inqt catulus:aut qd diſputatõe iſta afferri põt
elegãtius:aut oĩno dici ſubtilius?))Corrupta eſt prima dictio huius clauſulę.ſ.
quaꝝ:loco cuius repone quid hac re & integrã hẽbis lectionẽ. Tũ Catulus:er/
ras inquit craſſe⁄ſi aut me⁄aut hoꝝ quẽq̃ putas a te hęc opa cotidiana⁄& puaga
ta expectare:iſta q̃ dicis:dici uolumus:neq; tã dici⁄quã iſto dici mõ: neq; tibi ho
rum me ſolũ:ſed pro his oĩbus ſine ulla dubitatiõe⁄rñdeo.Ego uero inqt Anto/
nius inueni iã⁄quẽ negarã⁄in eo quẽ ſcripſi⁄libello:me inueniſſe eloqntẽ:ſed ego
te⁄ne laudãdi qdẽ cã interpellaui:ne qd de hoc tã exiguo ſermonis tui tpe uerbo
uno meo diminueretur.Hãc igitur ad legẽ cũ exercitatione⁄cũ ſtilo⁄qui & alia
& hoc maxime ornate limat⁄formanda uobis oratio eſt:neq; tñ hoc tãti laboris
eſt⁄quantum uidetur:nec ſunt hæc rhythmicoꝝ ac muſicoꝝ acerrima nõ dirigẽ
da:& efficiẽdũ eſt illud mõ nobis:ne fluat oratio:ne uagetur⁄ne inſiſtat interius
ne excurrat lõgius⁄ut mẽbris diſtinguatur:ut cõuerſiões hẽat abſolutas.)) Cor
rupta eſt tota⁄& mutila fere lectiõis huius ſeries.Tu uero ſi ſic legeris ſincęram
hẽbis:Tũ Catulus erras inqt craſſe:ſi aut me⁄aut hoꝝ quẽq̃ putas a te hæc opa
cotidiana⁄& puagata expectare:iſta⁄q̃ dicis⁄dici uolumus : neq; tã dici⁄quã iſto
dici mõ:neq; tibi hoc pro me ſolũ:ſed pro his oĩbus:ſine ulla dubitatiõe rñdeo.

Ego uero inquit Antonius inueni tandem quē negaram:in eo quē ſcripſi libello me inueniſſe eloquentem:ſed ego te:ne laudandi quidem cā interpellaui : ne qd de hoc tam exiguo ſermonis tui tpe uerbo uno meo diminueretur. Hanc igitur Craſſus inqt ad legem cū exercitatiōe tū ſtilio:qui & alia & hoc maxime ornat & limat formanda nobis oratio eſt:neq̧ tū hoc tanti laboris eſt quanti uidetur: nec ſunt hæc rhythmicoꝝ:ac muſicoꝝ acerrima norma dirigēda: Et quę ſequuntur. Maxime autem in græcia uetere celebrata qbus utinā ſimilibus de rebus diſputari &c.)) Legēdū eſt:maxime a græcia uetere celebrata qbus utinam ſi/milibuſq̧ de rebus diſputari &c. Formatur aūt etiam & uerba & ſniæ penne innumerabiles:quod ſatis ſcio notum eſſe uobis:ſed inter cōformationem uer/boꝝ & ſententiaꝝ:hoc intereſt quod uerboꝝ tollitur ſi uerba mutās Sentētiaꝝ permanet:qbuſcūq̧ uerbis uti uelis:Quod qdem uos & ſi facitis tū admonen/dos puto:ne qd aliud oratoris eē putetis:quod qdē ſit egregiū atq̧ mirabile: & quæ ſequntur.)) Verba hic omiſſa ſic repone & integrā lectionē hēbis: Formā tur aūt ēt & uerba & ſniæ pene innumerabiles:quod ſatis ſcio notum eē uobis: ſed inter cōformationem uerboꝝ & ſniaꝝ hoc intereſt:quod uerboꝝ tollitur ue nuſtas:ſi uerba mutaris/ſniarum pmanet:qbuſcūq̧ uerbis uti uelis. Quod qdē uos & ſi facitis tamen admonendos puto:ne quid eſſe aliud oratoris putetis:qđ magis quidem ſit egregium:atq̧ mirabile:& quæ ſequntur. Et huic contraria ſæpe percurſio & plus ad itelligēdū:q̄ dixerit &c.)) Erratū iſtud paſſim occurrit quod ſic ſubtrahes. Et huic cōtraria ſæpe pręciſio & plus ad intelligēdū q̄ dixeris:&c. Deinde dubitatio:tum diſtributio:tum correctio uel ante: uel poſtq̄ dixeris:uel qum a te aliquid ipſo renias:præmonitio:& eſt ad id quod aggrediare: & quæ ſequntur.)) Vel nolenti mihi errores occurrunt:quos ſi ſic correxeris:ſplendores offendes: Deinde dubitatio tum diſtributio tum correctio:uel ante uel poſtquā dixeris: uel qum a te aliquid reiicias præmunitio eſt etiam ad id quod aggrediare:& quæ ſequntur. Declinatio breuis appoſitio: non ut ſuperior illa digreſſio &c.)) Corrige uerbū appoſitio ut dicat propoſitio : cætera.n. uerba huius lectionis recte ſe habent ſunt manuſcripti codices ita quibus legitur declinatio breuis a propoſito. Eſt etiam gradatio quædam:& conuerſio:& uerboꝝ cōtinua trāſgreſſio & contrariū & diſſolutū:& declinatio:& dephenſio & exclamatio &c.)) corrige tu:ut recte legatur:uerbum continua:ut dicat concinna tranſgreſſio:illa quoq̧ dictio declinatio in antiquis codicibus nō extat:caſtiga etiam illud uerbum depræhenſio:ut legatur repræhenſio : & nullus in hac lectione amplius remanebit error. Sed tamen huius generis demōſtratio:& doctrina ipſa uulgaris.)) Et infantes elementarii ſciūt:ut illud:& in eſt mutari debet. Quam id quidem perſpicuum eſt non omni cauſæ:nec auditorii:neq̧ perſonæ:neq̧ tempori congrue orationis unum genus. Nam & cauſæ capaces aliū uerborum quēdam ſonum requirunt &c.)) Mendas huius lectionis ſic tolles: Quāq̄ id quidem perſpicuum eſt:non omni cauſæ:nec auditori: neq̧ perſonæ

Oratiōis unū genus nō conuenit.

neq; tpi cōgruere oratiōis unum genus. Nam & cauſæ capitis aliū uerboꝝ quē
dam ſonum requirūt. Pleriq; codices antiqui ſic habent. Nam magnum genus
& cauſæ capitis: & reliqua: Aliud.n.uocis genus: iracūdia ſibi ſumit: aliud acu
tum: incitatū: crebro incidens. Ipſus hortatur me frater ut meos malis miſer mā
derem natos.)) Legendū eſt: Aliud.n.uocis genus: iracūdia ſibi ſumit: acutū: in
citatum: crebro incidens: Impius hortarur &c. Tum pauor ſapiētiam oēm mi
hi examinato expectorat: alter terribilem minitatur / uitę cruciatum necemq;: ne
mo eſt iam firmo ingenio / & tanta confidentia: qnin refugiat timido ſanguine:
atq; exalbeſcat metu. Aliud genus contentum / uehemēs &c.)) Errorē ſic huius
lectiōis erades: Tum pauor ſapientiā oēm mihi exanimato expectorat: alter ter
ribilem minitatur / uitæ cruciatū necemq; / quā nemo eſt iam firmo ingenio & tā
ta cōfidentia quin refugiat timido ſanguine atq; exalbeſcat metu. Aliud uis: cō
tentum / uehemēs &c. Aliud moleſtia ſine cōmiſeratiōe: graue quoddā : & uno
preſſu: ac ſono obductum.)) Corrigo ubi dicit preſſu ut dicat ſpiritu. Quidam
codices ductū nō obductū habēt. Neq; uero ē qſq̄ q eadem cōtinēs efficiat.))
Mendoſa eſt lectio. Tu ſic corrige: Neq; uero eſt quiſq̄ / qui eadē cōtuens / bñ hoc
efficiat. Nonnulla exemplaria priſca hic ꝓ hoc habēt. Sed illud uidetur ab hu
ius noſtri ſermonis officio non abhorrere: quod ut dixi / pauloante plurimis ī re
bus.)) Deeſt uerbū occurret quod poſt illud pauloante poſtpone: Vt dicat pau
loante occurret. Cum eburneola ſolitus eſt habere fiſtula : ſtareq; occultæ poſt
ipſum.)) Corrige ſtaretq;: ut dicat qui ſtaret. Et idē illud affirmādū eſt uoce
ſalutare &c.)) Corrigo ex ſincæris codicibus: Et idem illud ad firmandā uocē ē
ſalutare. Eſt item contra qddam in remiſſione grauiſſimum quoq;.)) Legēdū
eſt: Eſt item contra quiddam in remiſſiōe grauiſſimū: ad quod. Hæc uarietas
& hic per omnes ſonos uocis curſus / & ſe tuebitur: & orationi deferet.)) Caſti-
ga: ut legatur tactioni afferret non orationi deferet. Vobis uero illum tanto mi
norem ꝑcurrere uix honeſtū eſt. Sed iam iurgamus inquit: noſq; curemus ela-
ti: & aliqn̄.)) Lego: uobis uero illum tāto minorē ꝑcurrere minus honeſtum eſt.
Sed iam ſurgamus inquit: noſq; curemus: & aliqn̄ ab hac contētione &c.

Loca iurecōſultoꝝ emēdata Ex ep̄la ad Paridē ſtephaniū. Cap.lxxviii.

DIgeſtis de auro / & argēto legato hæc Vlpiani uerba legūtur: paliola ue-
ſtimenta / tragula / inſitaria / ſaga / & reliq̄ ſiſia: legendum eſt: ſtragula an-
ſata uel anſataria ab anſa / uaſis aurę utrinq; prominente: unde Plautus
in perſa: anſatum hominē appellat: q manus in utroq; latere conuexas ad ſimili
tudinem anſarum geſtat: Sed quis hic inquit anſatus ambulat? Sic iureconſul
tus anſatariam ueſtem dixit: q manicas uelut anſatas haberet: uel q fibulis eēt
ornata: quoniam anſa etiam pro fibula ponitur uel fixula quæ calceis inſuitur:
Tibullus: anſaq; compreſſos alligat &c. Idem Vlpianus eodem in loco corru-
ptus eſt: ubi legitur: faſciæ crinales: peduleſq; ueſtes & in pilia ueſtes ſunt: q̄ par
tem corporis ueſtiunt: alia cauſa udonum eſt: quia uſum calciamentorum pręſ-

Stragula: Anſataria ueſtis. Anſatus. Anſa. Crinales. Pedilex. Vndones.

ſtant.legẽdũ eſt crinales pedilexq; ex ſuida:& undonũ ex Hieronymo. Apud eũdẽ eodem in loco ita uulgo legitur:Sed ſtragulas:& bubulonicas:quæ equis inſterni ſolent non puto ueſtes eſſe.Ego locum mẽdoſum arbitror: atq; ita emẽdãdũ:ſtragulas & babylonicas:dictæ.n.ſunt babylonicę a babylone:moueorq; Plinii auctoritate:cuius uerba ex octauo libro ſubiiciam: Colores diuerſos piɫcturæ intexere babylon maxime celebrauit:& nomen impoſuit: plurimis uero liciis intexere quæ polymita appellãt Alexãdria inſtituit:Scutulis diuidere gallia:Metellus ſcipioni triclinaria babylonica ſextertiũ octingẽtis millibus ueniiſſe iam tunc poſuit in capitalibus criminibus:quę neroni principi quadringẽtis millibus ſeſtertiũ nup ſtetere. Amicus qdã noſter bubulonicas appellari putat: q; ex bubulorum ſetis fierẽt:auctorẽ adhuc nõ noĩauit:nec ego inueni. Tu tuo iudicio utere:& ſi quid melius olfacere poteris:nos quoq; pticipato odoris ſuaɫuitate. Idẽ iurecõſultus eodẽ in loco ſcriptũ reliquit:argumẽto ſunt ẽt natiões quædam ueluti ſennataꝝ:quæ pellibus teguntur:Ariſto ẽt coactilia ueſti cedeɫre ait.Corrigo ſarmataꝝ:nam ſannatas ſiue ſannatas nemo nouit:utputo.Sarɫmatas oẽs litterati:illiteratiq; ſedet:quæritur a multis quid ſignificet uox illa coactilia:& adhuc ãbigitur iter illos:ut uideo:& ipſe ſcribis.Ne igitur qs dubitet: uide Plinium lib.viii.in eo loco quẽ quadrageſimi octaui cap. titulo librarii inſcripſerunt:unde hæc uerba tranſcripſimus:Lanæ per ſe coactæ ueſtẽ faciũt: ẽ ſymballoton quaſi σνβμλλητον hoc eſt coacti p ſe uelleris implexu:potius q̃ textu.Vñ exiſtimant eruditi originẽ fortaſſis habuiſſe:quæ σνμβαλλωτα dicimus & undones.Hieronymus dicit quaſi ab undis:& fluctibusq; in eo gñe uideri ſolẽt. Quæ eẽt præſcriptio quinq; pedũ:quidq; ſignet in iure ciuili nec ualẽſis:nec alii intellexiſſe uidẽtur:nos conabimur qua poſſumus diligentia exponere.ſciẽdũ in.xii.tabulis qnq; pedes habitos inter uſucapiones: & ſi in digeſtis ipſis iuſtiniani pręſcriptio quinq; pedũ ſublata ẽ:ſicuti alia pmulta:q̃ pp nimiã uetuſtatẽ abolita fuerũt:ſed actionẽ hãc qnq; pedũ ex legibus ſolõis in.xii. Tab.trãſtulerũt:in qua cõtrouerſia haberetur de finibus:ſi quãdo ſpacium qnq; pedum intercessiſſet:ita.n:cautũ fuit a ſolone:ut ẽ auctor Plutarchus.Caius iuɫreconſultus legẽ ſolonis citat in finibus regundis ad hũc prope modum: ſi qui ſepem:uel maceriẽ ad alienam regionẽ effoderint:limitẽ ne excedunto: ſi muꝝ: pedẽ unũ:ſi domũ:pedes duos relinquunto.ſi ſepulcrum:aut foueam: quantũ ſit altum:tantũdẽ relinquunto.ſi puteum:paſſum: ſi oliuam: aut ficum.nouẽ pedes relinquunto:In cæteris arboribus qnq; pedes ſeruanto.Hinc Ci.iocatus ẽ in leɫgibus:ubi ait:ſe non permiſſurum depaſci poſſeſſionẽ academiæ a ſtoicis: quoniam uſucapionẽ inqt.xii.tabulæ inter qnq; pedes eẽ uoluerunt:quod in finibꝰ tantum diſſentirẽt:in cæteris oĩbus optime conuenirẽt. Vbi Modeſtinus digeſtis de tutoribus & curatoribus datis ab his manẽte Epytimio ſcripſiſſe uidetur corruptus fuit:legẽdũ Epithymia cum accẽtu in penultima: &.T. aſpirato yq; græco nõ in ſecũda:ſed in tertia ſyllaba:quid ſignificet uulgatum ẽ: & Suidas

Babylonicæ ueſtes unde Pollymita.

Coctilia quæ

Symuallota.

Vndones.

Præſcriptio qnq; pedum.

Locus Cice. in legibus.

Epithymia.

Paſina. Paſinatio: Paſtinatio. Paſtinare. Repaſtino. Repaſtinatū

docet. Papinianus digeſtis ſoluto matrimonio ſimili modo: & ſi paſinam inſti
tuit.))Corrupte legitur:Quid enim ſit paſina litteræ latinę minime agnoſcūt:
q̄uis delirus gloſſator:qui cauſa honoris a leguleis nominatur interp̄tatur nihili
dictionem uti & paſinationem:qum ſcribēdum ſit paſtinationē : uel paſtinatū:
ſemper.n.iureconſulti utuntur paſtinationis uerbo: & Paulus digeſtis de uerbo
rum ſignificatione:& Vlpianus digeſtis qđ ui aut clam:ubi dicūt:Arbuſti pa/
ſtinatione:& fundū paſtinādum locaueras:eſt qdem paſtinare:idem qđ fodere:
cuius cōpoſitū repaſtino ueteres ponebant pro refodio.hæc ꝓpria appellatio re
ſtibili uineto dabatur:nūc antiquitatis imprudēs conſuetudo quicqd emoti ſo/
li uineis præparatur repaſtinatum uocat:uñ repaſtinari ager dicitur:cuius natu
ra fodiendo mutatur.Plinius lib.xix.præcipuus fit caulis ſapore:ac magnitudi
ne primum oīum:ſi in repaſtinato ſeras.hinc repaſtinatio pro renouatione q̄nq;
capitur:& ad libros transfertur:Repaſtinatus autem quartæ declinatōis ē paſti
natio:Colu.li.iiii.Neq;.n.parum refert ſuſpēſiſſimum eē paſtinatum paſtinā ex
eo auctore ferramētum bifurcum:quo ſemina panguntur:licet palladius aliter
accipit:qum ait:paſtinum fieri non tp̄s eſt:mēſum inſtrui hæc eſt in tabula qua
drata iugerali:ut centeni octogeni pedes p̄ ſingula latera dirigantur:

Caſtigationes in digeſtorum libros Ex epiſtola ad Nicolaum Micaelem iu/
riſconſultum Senatorem Venetum. Cap.lxxix:

APud Pomponium digeſtis de auro & argēto ſunt lapilli abaſſiani nerië
tani.Verba iureconſulti ſunt hæc:Lapilli aūt contrarię ſup̄ioribus na/
turæ:ut Abaſſiani nerictani:ut recte admones diſertiſſime iuriſcōſulte
hic locus emendandus eſt:Ita ut pro Abaſſiani nerïetani legatur.Obſidiani ue/
ientani.Plinio auctore:qui in.xxxvi.naturalis hiſtorię lib.ubi mentionem facit
de uitro ſic ait:In genere uitri & obſidianæ numerantur ad ſimilitudinem lapi/
dis:quē in Aethiopia inuenit obſidius nigerrimi coloris.Aliquando & tranſluci
di craſſiore uiſu atque in ſpeculis parietum:pro imagine umbras reddente:gē/
mas multifaciunt.De ueientanis ipſe hiſtoricus in ultimo ita ſcribit.Veientana
Italica gemma eſt ueiis repta nigram materiam diſtinguente limite albo.Soli/
Veientana gēma. nus:Eſt & ueientana gemma a loco dicta:cui nigri coloris ſuperficies propria:
Quam ad gratiam uarietatis albi limites interſecant uenis candicantibus. cor
rupti ſunt codices:in quibus legitur uenies candidantibus. Mēdoſa ſunt Pō/
ponii uerba digeſtis de auro & argento legato:unguentis legatis : non tantum
ea legata uidentur:quibus ungantur uoluptatis cauſa:ſed & ualitudinis : qua/
Comagenum unguentum: lia ſunt comagina:gleucina:crinaroſa:mura:colum:nardum: legendū eſt coma
gena:gleucina:crina:roſa:myrrha:coſtum:nardum:Nam comagenum a coma
gena regione ſyræ dictum eſt medicamentum:quod fit ex adipe anſerū cū ci/
namomo:caſſia:pipere albo:& herba:quæ comagenę dr:utiliſſimum ad multos
morbos:de quo Plinius lib.x.Aliud inquit reperit Syriæ ps:quæ comagene uo
catur adipe coꝝ i uaſe æreo cū cinamomine multo obrutū:ac rigore gelido ma

cetatũ/ad uſum ꝑclari medicaminis:qđ ab gẽte dicitur comagenũ:Itẽ li.xxix.
De anſeꝝ ouis magnæ utilitatis/ipſoq; anſere dicturi hoc in lumine debemus
honorem comagenoꝝ clariſſimæ rei:fit ex adipe auſcrum alioquin celeberrimi
uſus eſt. Quid ſit labarioriſtus quæritur apud Vlpianũ/qui Ti.de auro & ar/ — Labarioriſtꝰ.
gento legato ſcripſiſſe uidetur.Mundus muliebris eſt/quo mulier mundior fit: — Mũdus mu/
Continentur & eo ſpecula/matulæ/unguenta:uaſa unguentaria:Et ſiqua ſimi/ — lieris.
lia dici poſſunt:ueluti labacioriſtus.dictio labacioriſtus eſt nihili dictio/& pe/ — Alabaſtros.
nitus inuerſa:loco cuius ſcribendum eſt Alabaſtros in maſculino genere:ſiue — Alabaſtrum.
Alabaſtri:ſiue Alabaſtrum:Eſt genus marmoris perlucidi/ & coloribus diſtin/
cti:Ex quo fiebant uaſa unguentaria.Martialis:Quot coſmi redolent alaba/
ſtra:Ci.li.ii.Academicaꝝ quæſtionũ:Quibus etiã alabaſter plenus unguenti
putreſcere uidetur.Et alabaſtrites penultima ꝓducta:de quo Plinius li.xxxvi.
Sunt aliqui lapides alabaſtrites uocant/quẽ cauant ad uaſa unguẽtaria:qm̃ ea
incorrupta ſeruare dicitur.De alabaſtro ẽt Suidas/Iulius pollux/& alii nõ pau
ca:Confiteatur iam tandẽ inſcitiã ſuã:qui hanc auctoritatẽ tranſcripſit in ſua
ſcripta. Et labacioriſcus emendauit. De legatis tertio:Coratinũ/aut inſignũ:
aut melinũ ſuo noīe/q̃ coctum/purpurãue deſignãdũ. Vera lectio reſtituẽda:
non coratiniũ/ ſed coccinũ:& non inſignũ:ſed hyſginũ legendum eſt. Plinius — Coccinum.
lib.xxi.hyacinthus in gallia eximie ꝓuenit.Hoc ibi pro cocco hyſginũ tingit: — Hyſginum.
radix eſt &c.Eſt.n.hyſginũ color ſimilis coccineo:Hinc apud Suidã/& Lucia — Hiacynthi/
num ὑσγινοβαφῆ. Et in.xxxv.cauſa eſt.Quod hyſgino maxime inficitur — nus color.
Vitruuius:fiunt purpurei colores infecta creta radice rubia/& hyſgino nõ mi/ — Vacinius co/
nus ab hyſge herba:quidã dici uolunt hyacinthinum colorem. Alii Vacinium — lor.
idem quod hyſginũ/hiacyntũq; eſſe tradiderunt. Virgi. Alba liguſtra cadunt:
uacinia nigra leguntur:Seruius ibi:uacinia ſunt uiolæ quas purpurei coloris
eſſe cõſtat.Plinius qui ipſum inter arbores cõmemorat/inquit:uacinia Italiæ in
aucupiis ſata:Balliæ uero ẽt purpurea tingẽdi cã ad ſeruoꝝ ueſtes. Vitruuius:
Eadem ratione uaciniũ temperãtes:& lac miſcentes purpurã faciunt elegantẽ.
Idẽ Pli.gẽmã colore uiolaceo dictũ ſcribit in ultimo:hiacynthos inq̃t Aethio/
pia mittit/& chryſolitos aureo colore trãſlucẽtes:& pauloante/Multũ ab ea di
ſtat hiacynthos:Tamẽ e uicino diſcedẽs.Differẽtia hæc:Quod ille emicans in
amethyſto fulgor uiolaceus dilutus eſt in hyacintho. Ipſe etiã teſtatur Home/
rus laudare tres flores/crocon/lothon/& hyacinthũ:Qui maxime durat.Diuus
Hieronymus in exordio illo ſcribit/pelles hiacynthinas appellari a colore:Et
uellum ex hyacintho/cocco/byſſo/purpuraq; contextũ:in quo hyacinthus aeri
deputabatur:ſicut coccus ætheri:byſſus terræ:purpura mari:Vt idem cum Io/
ſepho aſſerit.Sunt autem hiacynthi albi/& cærulei/& rubri ſiue purpurei. Vir
gi.& ſuaue rubens hiacynthus. Ex rubro hyacinthina ueſtis dicitur:hoc eſt ei
flori ſimilis. Perſius:huic aliquis cui circa humeros hyacinthina læna eſt:Vnde
inter gemmas / quæ berylli dicuntur hyacinthirontes uocantur : qui rubore — Hiacynthia.

quodá ſuffuſi ſunt|Q uo circa male ſatirici interp̄tes ſenſerũt:Q ui ſcribentes
hyacinthũ non numerari inter uiolas corruperũt uerſum a poeta prolatũ|itaq;
ſcriptũ:hyacinthina lena ẽ:Et refragrãte oĩ libraria fide ꝓ hyacithina|repoſu/
erũt:& iantina.Nã p̄ter cornuti ãtiq̃ iterp̄tis teſtimoniũ hieronymi auctoritate
ita legẽdũ cẽſueri:Q ui ad Furiã ſcribẽs iq̃t:hic aliq̃ cui circa hũeros hyacĩthia
lena eſt|Rãcidulũ qddã balba de nare locuta pſtrepit ac tenero ſupplãtata uer
ba palato:oĩs cõſonat chorus:Et latrãt uniuerſa ſubſellia. Addo fidẽ librariã:q̃
ex oĩ manuſcripta editiõe hyacithina hẽt.De hyacitho flore duplex extat fabu
la:nã & pueꝝ ſibi amatũ|quẽ imprudẽter iterfecit Apollo ĩ hũc florẽ mutauit:
Et Aiacẽ ĩ eundẽ florẽ cõuerſum aiunt:Q ui ſeip̄m ĩpatientia p̄lati ſibi Vlyxis
